# D. DIONYSII CARTHVSIANI

ENARRATIONES DOCTISSIMAE
in librum D. Iohannis Climaci Abbatis, uere aureum
qui inſcribitur κλίμαξ, ſiue Scala paradiſi, nunc
primum in lucem æditæ.




Coloniæ ex officina Melchioris Noueſiani, Anno a
Chriſto nato M. D. XL.

# D. DIONYSII CARTHVSIANI

## ENARRATIONES DOCTISSIMAE

in librum D. Iohannis Climaci Abbatis, uere aureum, qui inſcribitur κλίμαξ, ſiue Scala paradiſi, nunc primum in lucem æditæ.




Coloniæ ex officina Melchioris Noueſiani, Anno a Chriſto nato M. D. XL.

# CHRISTIANO AC MODESTO LECTORI.


QVAM INIQVE COMPARATUM eſt pijſſime lector, eos demum ſcriptores dignos poſteritate cenſeri, qui uerborum atq; dictionis Venere lectori blandiũtur, parua aut nulla ſententiarum ponderis ratione habita. Vnde factum eſſe arbitror, quod optimorum atq; orthodoxorum patrum quorũque elucubrationes pijſſimę hoc Genio carentes, aliquot annis blattis tineisq; arroſæ iaceant. Huic præpoſtero iudicio dum nimium uulgus ſtudioſorum indulget, euenit, ut externo illo fuco, callido illecebrarum genere, ineſcati complures, ſenſu quidem titillentur, mente nihil paſcantur uel emendentur. Atq; adeo hamum melle prælito deuorant, dum imprudentes ſine delectu in quoslibet picturatæ phraſeos libros irruunt. Quæ res alia, bone Deus, tam prodigioſa plæraq; dogmata paſſim per Chriſtianum orbem diſparſit, quam hominum ſtulta inſcitia? dum non tam ſanam ſpectent doctrinam, quam uerborum nitorem, hocq; lenocinio in deuia abducti, tandem intelligunt ſub herba amœniſſima peſtilentem delituiſſe colubrum. Quin potius neglecta litera, id eſt, illa externa bractea, quę occidit, fallit, & ſeducit, ſpiritum captamus qui uiuificat & ſanat. Equidem his rationibus libenter auſcultaui, malens pios orthodoxosq; ſcriptores qualicunque dictionis munditie ex noſtra officina prodire, quam phalaratis uerbis parum confirmatis animis imponere, inq; præcipitia errorum incautos abripere. Quæ eadem cauſa mihi perſuaſit. ut hæc doctiſſima pijſſimaq; Commentaria Domini Dionyſij in Abbatem D. Iohannem Climacum meo prælo excudenda ſubmitterem, ut famæ noſtræ in hoc ſtudio uulgatæ nunquam non reſpondiſſe uideamur. Nimirum prius ſemper habentes doctam pietatem. quam eloquentiam impiam, noſtram chalcographiam redolere, ut quum hæc modo tinnitu aurium uana delectatione in auram euaneſcat, illa mentem cœleſti nectare ad immortalitatis gloriam imbuat. Quam nobis largire dignetur Ieſus Chriſtus in ſecula benedictus. Vale proſpere, & noſtra ſtudia ſint tibi commendata. Coloniæ XVI. Calendas Septembris.

# INDEX EORVM QVAE

uel a Iohanne Climaco, uel a D. Dionyſio Carthuſiano in ſubſequenti libro inſigniter dicta ſunt, quam maxima fieri potuit diligentia collectus.


ABominabilis eſt deo q in oratione recipit immũdas cogitatiões, gra. 28
Ab inſenſibilitate animæ qũo poſſumus liberari, gradu 18
Acedia facit dinoſci violentos, qui cœlum rapiunt, gradu 13
Acedia diſpergit virtutũ diuitias, grad. 13
Acedia multiloquij primogenita Ibidem
Acediæ deſcriptio Ibidem
Acediæ genitores, filij, aduerſarij & impugnatores qui, Ibidem
Acedia vxor eſt ſolitario Ibidem
Adulator quid ſit, gradu 22
Affines ſpirituales qui ſint, gradu 3
Alphabetũ perfectum incipientium, proficientium, & deinde perfectoꝝ, qũo differat, & quid ſit, gradu 62
Amans quietis claudit os, gradu 11
Angeloꝝ boni & mali apparitio vnde dinoſcenda, gradu 5
Anima mundi amatrix abſit abſtante in deſerto, gradu 1
A ĩa quare nonnũq̃ oret dormiẽdo, grad. 2
Aĩa cur turbetur ventis tentationũ, gra. 1
Apoſtaſiam dæmon in monachis qũo machinetur, gradu 2
Apoſtaſia qd ſit, & vñ naſcatur, grad. 17
Armatura fortiſſima eſt nomẽ Ieſus, gra. 21
Aſcendere corpore in cœlũ qũo quis dicatur, gradu 1
Auaritia cur dicať idoloꝝ ſeruitus, gra. 16
Auaritia q̃ꝝ ſit radix maloꝝ, gradu 17
¶ Bellum inimici cur nõ ſentiamus aliquãdo, gradu 15
Benignitatis dei qñ recordandũ, grad. 6
Blaſphemiam conciliat nobis iudiciũ proximi, gradu 23
Blaſphemiæ ſpiritui qbus reſiſtendũ Ibidẽ
Blaſphemiæ ſpiritu qũo quidam fuit liberatus per quendam ſenem, Ibidem
Blaſphemiæ ſpiritus quare omniũ ſit crudeliſſimus Ibidem
¶ Cadere in peccatum non poſſe nemo cõfidat propter abſtinentiã, gradu 15
Carcer ſeu locus pœnitentium qs fuerit, & qũo pœniteatur in eo, gradu 5
Carnali tentationi qũo reſiſtendũ, gra. 15
Carnem vincere virtutis dei eſt Ibidem
Caſtitas quæ ſit Ibidem
Caſtitatem ſeruare, propriũ eſt ſtatus monaſtici, Ibidem
Caſtitatis principium quod Ibidem
Caſtus verus quis ſit Ibidem
Caſus in abyſſum peccatoꝝ, intret in abyſſum humilitatis oportet, ſi vult ſaluari, gradu 5
Caſus quos diuina permittit diſpẽſatio citius recuperantur Ibidem
Cauſæ tres vnde oriuntur tentationes dæmonum in nobis, gradu 26
Celans tentationes prælato in tenebris ambulat, gradu 4
Cœleſtia guſtare non poteſt, qui ſe extollit de bonis naturalibus, gradu 22
Charitas proximi demonſtrat amorẽ Dei, gradu 30
Charitatem ad proximũ habere vnde noſcamur, gradu 4
Charitatem, fidem & ſpem determinat, gradu 30
Charitatis flamma flammam ſtomachi ſæpe reſcindit Ibidem
Charitatis operationes Ibidem
Chriſtianus, amator dei, abſtinens, quis ſit, & quis vere dicatur, gradu 1
Ciborum multitudo fontem lachrymarũ deſiccat, ſubſtractio eorundem excitat, gradu 6
Claues eccleſiæ cur non ſint datæ apoſtolo virgini, gradu 15
Cogitatione non inquinetur corpus Ibidẽ
Cognitio quid ſit, gradu 25
Comeſſationes in monaſterio quid pariãt mali, gradu 4
Compunctione inebriata anima mentiri neſcit, gradu 12
Compunctionis filiæ, gradu 7
Compunctio præſtat omnibus exterioribus gratijs, gradu 26
Compunctio quid ſit, gradu 7
Concupiſcentia carnalis quædam crudelis & inhumana, gradu 15
Confeſſio cuiuſdam latronis, gradu 4
Confeſſio hoĩs publica & quantum ſibi & alijs profit audientibus Ibidem
Confeſſio pctõꝝ initio facienda eſt iudici ſpirituali Ibidem
Confeſſionem peccatorũ oportet aut tem-

poralem aut æternã ſuſtinere, gradu 4
Confeſſionis celatione dæmon accipit poteſtatem in nobis, gradu 23
Confeſſionis erubeſcentia aĩa aliquãdo vitat peccatum, gradu 4
Congregatim viuentes contra duo præcipue debent pugnare Ibidem
Conſcientias ſociorum fratrum q̃bus modis offendimus Ibidem
Conſilium ſenioꝝ tanq̃ ab ore dei eſt recipiendum, gradu 26
Conſolationes non oẽs recipiẽdæ, gra. 27
Conſtantia habẽda in oratione, gradu 28
Conſolatio quid ſit, gradu 7
Contẽptus verus mũdi qs debeat eſſe, gr. 1
Continẽtia gñale nomẽ eſt oĩm virtutum, gradu 15
Continens quis ſit eodem
Contriſtare præſtat parentes, q̃ dñm Ieſum Chriſtum, gradu 3
Contritus corde quis ſit, gradu 15
Conuicia q non receperit omni die, monachus diem illũ ſe ꝑdidiſſe credat, gra. 4
Coronam gloriæ adeptuꝝ tribus oportet renunciare, gradu 2
Culpã non fatetur diſcipulus magiſtro increpante, ſed poſtq̃ ceſſauit, grad. 4
¶ Damnandos cur deus decoret aliquãdo miraculoꝝ operationibus, gradu 26
Dæmones cur ceſſent à pugna nonnunq̃, gradu 8
Dæmones ob quam cauſam appareant hominibus, gradu 3
Dæmones ordinant acies ſuas contra nos, ad modum belli temporalis, gradu 15
Dæmones ꝙ à nobis vincant ſigna, gra. 27
Dæmones timore cedũt ſibijnuicẽ, gra. 26
Dæmonis tres flatus religioſos ſemper impugnant Ibidem
Dæmonis aſtutis ſuaſionibus nõ obediendum, gradu 5
Dæmon multorũ capitum dicitur dæmon philargiriæ 26
Dæmon præcurſor quis ſit, gradu 26
Dæmon quare varie tentat monachos ſub diuina laude, gradu 29
Dæmon q̃uo decipiat continentiã ſe habere putantem, gradu 15
Deſperatio duabus accidit ex cauſis, gra. 26
Detractio à rancore naſcitur, gradu 10
Detractio ſubtile vulnus eſt Ibidem
Detractator monachus, dæmon viſibilis lepide appellatur, gradu 4
Deus oĩbus eſt coĩs ipſum quærẽtibus, nec acceptor eſt perſonaꝝ, gra. 1
Deus tribuit humilibus plusq̃ digni ſint, gradu 25
Dilatare non debet ventrem greſſurus per arctam viam ad deum, gradu 14
Diſcretio quid ſit, gradu 26
Diſtractione & furto mentis ſolus angelus vacat, gradus 4
Donis naturæ præditis non eſſe vane gloriandum, gradu 26
Dormientis mens luctatur cum dæmone, gradu 15
¶ Aedificare ſuper petr terra mv elateres q̃ cenſeantur, gradu 1
Errarunt qui dixerunt vitia naturaliter eſſe in anima, gradu 26
¶ Fames fame nõ põt ſedari, gradu 14
Feſtucã docet oculo alterius extrahere, gr. 8
Fides eſt ala orationis, gradu 27
Fęditas corporis maxime lætificat dæmones, gradu 15
Fons lachrymaꝝ eſt alter baptiſmus, ſine q̃ pauci ſaluantur, gradu 7
Frater pauper eſt mundi dñs, gra. 17
Fuga pc̃tõꝝ ſeruus dei meretur etiam coronam, gradu 26
Furari dæmonum quid ſit Ibidem
Furoris parentes, filij, filiæ, & aduerſarij qui ſint, gradu 8
Furor ſignum ſuperbiæ quo pœnitens carere debet Ibidem
Furor quis ſit Ibidem
¶ Gloria diuerſa, gradu 22
Gloria cœleſti prægustata, terrena vileſcũt, gradu 22
Gratia non tollit liberum arbitrium, quin poſſumus peccare, gradu 16
G̃ras ſp̃uales q̃uo acquiramus, gra. 20
Gula & inanis gloria diſceptant ſuper miſero monacho, gradu 14
Gula in religioſis eſt radix omnium malorum, ſicut ſecularibus auaritia, grad. 26
Gula principium libidinis, gradu 14
Gula cur ſit hypocriſis vẽtris dicta, Ibidem
Gula vitioꝝ regina dicitur, gradu 4
Guloſitas oĩa ſp̃ualia pericula operatur religioſis, gradu 14
Guloſus cibos ſomniat Ibidem
¶ Habitus humilis & verbũ rectũ maxime ædificant alios, gradu 22
Hoĩm varia diſtictio ac definitio, grad. 1
Horæ tres vincendæ quæ, grad. 26
Homo tacitus amator eſt ſapĩæ, gradu 4
Humilis nõ profert per portã oris theſaurũ qui nõ eſt in domo conſcientiæ, gra. 25

Humilis



Humilis nunq̃ fidit ſibi, gradu 25
Humilitas certiſſimum ſignum ſanitatis animæ religioſo, gradu 4
Humilitas cur dicatur innoĩabilis, gra. 25
Humilitas gemibunda quæ dicat & ſplendida, gradu 1
Hũilitas principiũ eſt obedientiæ. grad. 4
Hũilitas ꝓfundiſſima quõ noſcat, grad. 25
Humilitas q̃tum poſſit habenti ip̃am, ibid.
Humilitas vbi non eſt vana ſunt oĩa, ibid.
Humilitatis altitudo propriæ miſeriæ profunditate cognoſcitur, ibid.
Humilitatis definitio ſecundũ parẽs, ibi.
Humilitatis gradus qui, ibid.
Humilitatis proprietates, ibi.
Hypocriſis eſt mr̃ mendacij, gradu 12
Hypoteſes à contrario recenſet, gra. 29
¶ Ieiunium quid ſit, gradu 14
Ignominioꝝ patiens initio, citius ꝑueniet ad internam requiem, grad. 4
Immundiciã aĩæ quõ abluamus, grad. 8
Impaſſibilem Chriſtus habitat, grad. 29
Impaſſibilitas & impaſſibilis definiunt, ibi.
Impius & iniquus quis dicatur, gradu 1
Inanis gloriæ ſpiritus quibus inſidietur animæ quietæ, gradu 27
Infidelium moris eſt veritatem mendacijs deprauare, gradu 4
Infirmitates cur deus immittat ſuis, gr. 26
Ingluuiei filij & filiæ qui ſint, gradu 14
Ingluuies princeps oĩm vitioꝝ, ibid.
Ingluuies ſæpe intrat per feneſtram charitatis, gradu 9
Inimicorum ſuaſionibus religioſus ſemꝑ debet ſatis contrariari, gradu 3
Iniraſcibilitas quid ſit, gradu 8
Iniraſcibilitatis principium, ibid.
Ira quæ ſit, ibidem
Iniuriæ non potenti obliuiſci quid ſit faciendum, gradu 4
Inſenſibilitas corporalis & ſp̃itualis quę ſit & vnde oriatur, gradu 18
Inſenſibilitas eſt mors animæ ante mortẽ corporis, ibidem
Inſultus minoratio, captiuatio, conſenſus, lucta paſſio, quid ſignificent, grad. 15
Iob vnde noſcitur non fuiſſe auarus, gr. 17
Ira maxime aduentui ſpiritusſancti contrariatur, gradu 8
Iudicium dei incertum, gradu 10
Iuuenes ſeculares vitijs impliciti quibus ſe debeant probare ſeruituri deo, grad. 2
¶ Laborantibus infirmitate corporali dæmon aliq̃ñ magis imponit, gradu 26
Lachrymæ vnde oriantur, gradu 7
Lachrymaꝝ dono à Deo dotata aĩa quomodo ſe habere debet, ibi.
Lachrymarum donum q̃obrem quibuſdã ſubtrahatur, ibidem
Lachrymarum ortus diuerſus, ibidẽ
Lactucæ agreſtes & panes azimi quid ſpiritualiter ſignificent, gradu 14
Lingua vigorem capit à cibo, ibid.
Lites qua ſolertia dimouebant veteres monachi, gradu 4
Locus plangentium cuius author meminit quis ſit & qualis, gradu 4
Loth quamobrem iuſtificatus ſit, ibid.
¶ Mactatio & perditio quid ſit, 28
Magiſter qualis ſit adhibendus guloſis luxurioſis ceruitioſis item & organtibus gradu 4
Malo cur magis inclinemur q̃ bono, g. 26
Manſuetudinis deſcriptio varia, gra. 24
Manſuetudo illegittima q̃ dicat, gra. 9
Manſuetudo præcedit ſemper humilitatẽ, gradu 24
Manſuetum poſſidet Deus & anima turbata eſt ſedes diaboli, ibid.
Matres virtutum quæ, gradu 26
Medium caſtitatis & finis qui, gra. 15
Memoriæ quæ ſollicitent mentem, gra. 6
Memoria maliciæ pulchre deſcribit, gra. 9
Memoria mortis declaratur, gra. 6
Memoria mortis eſt vita philoſophica, ib.
Memoria mortis & peccatoꝝ luctum pręcedunt & excitant, ibidem
Memoria mortis quid generet, ibidem
Memoria paſſionũ Chriſti liberat animã à rancore, gradu 4
Mendatium quod dicatur, gradu 12
Mens hebes & cor craſſum quid ſignificẽt gradu 30
Mentimur diuerſimode, grad. 12
Melodia & iubilus cantus eccleſiaſtici extingunt planctum, gradu 7
Monachi in primo feruore perſeuerantis premium in cœlo quod erit, gra. 1
Monachis curæ debet eſſe bona fama, eo quod ſint lumen alijs hoĩbus, grad. 26
Monachum non obſeruantem profeſſionem ſuam quæ mala ſequãtur, gra. 27
Monachum ſimul habere pecuniã & charitatem eſt impoſſibile, grad. 16
Monachus ſuperbus ſibi dæmon eſt & ab omni virtute alienus, grad. 23
Monaſterium eſt cœlũ terreſtre, gra. 4
Monachus varie deſcribitur, gradu 23
Mortem quandam ſemper circumferimus gradu 15

Mortis horã q̃re latere nos voluerit, gra. 6
Multiloqũ eſt cathedra inanis glorię, g. 11
Multiloquium variæ deſcribitur, gra. ibi.
Multiloquium vnde naſcatur, gradu eod.
¶ Narratio de monacho terribilis, gra. 7
Naturæ quomodo ſubueniendũ varios cibos deſideranti, gradu 14
¶ Obediens caueat iudicare neglig. gra. 4
Obediens fictus pctm̃ ſuũ portabit, ibid.
Obediens quot & quos deceptiões diaboli debeat cauere, gradu eod.
Obediens rationis reddendæ pro ſe nõ tenebitur ſed ſuus prælatus, ibidem
Obedientes & inobedientes quo dignoſcãtur iudicio, gradu eodem
Obedientiæ addictoꝝ bona ſigna, gra. 27
Obedientiæ varia definitio, gra. 4
Obedientia eo eſt promptior quo fides in corde fuerit vigorioſior, gradu eod.
Obedientia fugit hypocriſim, grad. eod.
Obedientia poſſibile ab impoſſibili nõ decernit, gradu 1
Obedientia quibus bonis muneret monachum, gradu 4
Obedientia verax eſt martyꝝ, gra. eodẽ
Obedientia mortui loquela paruus qdam ſenex cõuerſus eſt ad pœnitentiã, ibi.
Obedientiſſimus Innocẽtius etiã ſepultus obediuit rñdenda cuidam ſeni, ibid.
Obumbrationes diuinæ in anima modis fiunt diuerſis, gradu 26
Occidit ſe qui deſperat, grad. 5
Oculum mentis obtenebrare nituntur añ omnia dæmones, gradu 15
Opera monaſticæ cõuerſationis oĩa habẽt proprium tempus, grad. 26
Opera noſtra eſſe accepta quomodo noſſe poſſumus, gradu eodem
Opera noſtra oĩa fieri propter deũ & tanq̃ ipſe inſpicerem, grad. 27
Operi bonæ intentionis quõ ſæpe ſe admiſceant vitia, gradu 26
Opprobrijs ſe monachi exercẽtes diſcebãt ab extraneis illata tollerare, grad. 4
Oratione corporali dæmon repellĩ, gra. 15
Orationem quæ pareant, gradu 13
Orationis deſcriptio pœnes ſuas proprietates, gradu 28
Orationis principium quid debeat occupare, gradu eod.
Orationis principium, mediũ, & finis quæ ſint, gradu eodem
Orationis ſordidatio exterminatio furtũ & querela quid ſint, gradu eodem
Orationis ſtatus probat charitatẽ noſtrã erga deum, gradu 19
Orationis tpe quomodo debeamus ſtare ante deum die ac nocte, gra. 20
Oratio vnde noſcatur, gradu 28
Oratio oſtendit charitatẽ monachi ad deũ quia ipſa eſt ſpeculum monachi, ibid.
Origenis reproba ſententia, gra. 5
¶ Parentes odire & deſerere quõ deb. g. 3
Patientia datur ſecundũ humilitatẽ nobis à deo, gradu 27
Patientia quid, gradu eodem
Pauidi oẽs ſunt vane glorioſi, grad. 21
Pauoris definitio, gradu eod.
Pauoris remedium, gradu eodem
Pauor vnde naſcatur, gradu eodem
Pauper indiſcretus qs ſit, gradu 17
Paupertas quid ſit, gradu eod.
Peccare contra deũ nemo vult, gra. 10
Peccare in deum q̃ in patrem ſpiritualem quare melius ſit, gradu 4
Peccata carnis particulariter deo in orõne non eſſe confitenda, grad. 28
Peccatum aliqñ eſt vindicta pcti, gra. 8
Peccatũ contra naturã q̃re libentius induirat diabolus quã in id ꝙ eſt ſecundum naturam, gradu 15
Peccatum, negligentia, otioſitas, vitium, caſus, &c̃. qui differant, gradu 26
Pelagus horrendum tranſeundum eſt monachis, gradu eodem
Peregrinatio quid ſit ſpiritualiter & quę requirat, gradu 3
Peregrinatio vera facit hoĩem oñia relinquere temporalia, gradu eodem
Peregrinum ſe à ſuis domeſticis corpore et cogitatione faciat ſi nolit pire reli. ibi.
Periculis tentationum ſe nemo debet ingerere, gradu 26
Periculum maius cuſtodia tutiore opus ha habet, gradu 15
Periurium quid, gradu 12
Petitiones noſtras tribuere Deus quatuor differt ob cauſas, gradu 26
Planctus proficientium ſigna, gra. 7
Planctum purum timent dæmones, ibidẽ
Planctus præcurſor impaſſibilitatis, ibid.
Planctus quis ſit, gradu eodẽ.
Pollutio accidit propter tria, gra. 15
Pœnitẽs diem in quo nõ planxerit ſe credat perdidiſſe, gradu 5
Pœnitentia deſcribitur, gradu eodẽ.
Pœnitentia æſtimabitur apud Deum ſecundum quantitatem humilitatis non operis, gradu 26
Pœnitentium diuerſi modi, gradu 5

Porta



Porta deſperationis & vanæ gloriæ quæ ſit, gradu 22
Prælatis habere fidem quibus moneamur gradu 4
Prælatus negligẽs per exercitia augere merita diſcipuloꝝ in quibus offendat, ibi.
Prælatus non eſt iudicandus ob humanos affectus à ſuo ſubiecto ſi modo ſuæ ſubiectionis ſperet premium, gradu 4
Preliaturus cõtra inimicos ſine adiutorio occidetur ab eis, ibid.
Prelijs ſpiritualibus contra nos multiplicatis multiplicanĩ nobis coronæ, gra. 26
Principium, medium, & finis ipſius ſuperbiæ quæ ſunt, gradu 23
Principium medium & perfectio renuntiationis irę, gradu 8
Priuatio doloris quantum malum ſit & quid ex ſe pariat, gradu 18
Profectus noſtri leniter alijs non ſunt inſinuandi, gradu 27
Prophetias in ſomnijs dæmones cur demonſtrent, gradu 3
Propoſitum firmandum ei qui vult perſeuerare in religione, gradu 4
Pſalmodia quare non conuenit anguſtiali menti, ibi.
Pugnare cũ hoĩbus q paci reſtitui poſſunt præſtat quam cũ dæmonijs qui ſemp er inſaniunt, ibi.
¶ Quærens participare regnum dei nõ curabit res temporales, gra. 20
Quies corporalis & qes animæ q differant gradu 27
Quies ſolitaria diuerſas ob cauſas ſuſcipitur, ibidem
Quies ſuffocat inexpertos, ibidem
Quietem quæ demonſtrent, ibidem
Quieti contemplationis ſe dedentos quare quidem effecti ſint reprobi, ibid.
Quietorum bonorũ ſigna, ibid.
Quietum differentia explicatur, ibid.
Quod vni eſt cauſa peccati eſt alteri cauſa coronæ cœleſtis, gradu 15
¶ Radices tres ex quibus oĩa alia naſcãtur vitia, quæ ſint, gradu 26
Rationem operis ſui deo reddat qualibet veſpera monachus, grad. 4
Refectionis hora non tardãda, gra. 14
Religioſus ad peiora progrediens apoſtaticus eſt, gradu 26
Reprehenſioni ſiue iuſte ſiue iniuſte repugnans ſaluti ſuæ repugnare videĩ. gra. 4
Reprehenſi ſi qñ triſtamur quo recreari debeamus remedio, ibid.
Reſignãti ſe imperio alterius nocere neq̃ inimicus, ibidem
Reſurgere poſt lapſum homini propriũ eſt dæmoni aũt impoſſibile, ibidem
Rigans lachrymis pedes ſui abbatis lapſus monachus indulgentia meruit, gra. 6
Riſu simportunus, ſomnolentia, multiloquiũ, acedia, & hmõi vñ naſcanĩ, gr. 26
Riſus tempore orationis deo eſt abominabilis, gradu 12
¶ Sabulum ſignificat hũilitatẽ, gradu 15
Scurrilitas quæ ſit, gradu 12
Secreta dei pcipit auris ſolitarij, gradu 27
Secularium familiaritates prudens prælatus q̃ cõſilio fugere fecit mona. gra. 4
Senes nutriuntur lucro iuuẽtutis ſuæ, gr. 1
Senex qua ratione reppulit diabolos ipm beatificantes, gradu 25
Seruituri Deo primũ cõmittant ſe conſilio & obedientiæ, gradu 1
Seruorum ventris & Chriſti diuerſa cogitatio, gradu 14
Seruus Dei locaturus ſpirituale fundamentum, quas eum oporteat ſtatuere columnas, gradu 1
Senſualitas quomodo vincitur, gra. 15
Silentij diſcreti definitio, gradu 11
Silentium pertinax fugiendũ, gra. 4
Simplices noſtras animas quare velit deus gradu 24
Simplicibus & humilibus deus ſeſe manifeſtat, gradu 26
Simplicitas quid ſit, gradu 24
Solitarij cur plus infeſtentur à dæmo. g. 15
Solitarius falſus eſt ſibi ipſi dæmon, gr. 26
Solitarius q̃ ſpeculare doceatur, gra. 27
Solitarius quid, ibidem
Solitudinis amore dæmõ multos deci. g. 4
Somniũ & phantaſia quid ſint, gra. 3
Somniũ meridianũ pellere docemur, g. 27
Somnus primus inimicus incipientiũ, g. 20
Somnus prolixus obcæcat aĩam, ibi.
Somnus quis ſit, gradu 19
Somnus vnde cauſetur, ibidem
Spes quid ſit, gradu 30
Spiritus dei quomodo aliqñ pie decipiat animas, gradu 1
Spiritus fornicationis q̃ inſidietur repulſus à nobis, gradu 15
Stultum ſe finxit Iohannes Sabaithes vt laboribus Deo ſatisfaceret pro peccatis, gradu 4
Subditus verbo qui non eſt nec opere quidem erit, ibid.
Subijcientem ſe religioſis, quibus oportet

dere

ſtudere virtutibus,gradu 4
Surreptio mentis quæ dicatur,grad. 15
Superbia eſt vltima animę penuria,gra. 23
Superbia humilitate (tanq̃ ſibi contraria) curatur, gradu eodem
Superbiæ copioſa deſcriptio,gra. eodem
Superbiæ & vanæ gloriæ genealogia deſcribitur,gradu eodẽ.
Superbiæ quomodo reſiſtatur,grad. eodẽ
Superbo remedium datur,grad. 23
Superbus monachus non poteſt eſſe obediens,gradu eodem
¶Tentationes religioſorum quare Deus celet ſeculares, gradu 1
Tentationibus fratrum exercitatus frater quidam liber fuit à tentationibus diaboli,gradu 4
Timor mortis indicium eſt impœnitentiæ,gradu 6
Triſtitia ſancta quæ ſit,gradu 7
¶Vana gloria quomodo decipiat,gra. 22
Vana gloria tribulo aſſimilatur,qui quantumcunq; in partem incubuerit, erectã ſpineam præfert,gradu 22
Vana gloria quantũ diſtet à ſuperbia, ibi.
Vanæ gloriæ definitio ac deſcriptio, ibid.
Vanæ gloriæ quibus ſit reſiſtendũ cogitationibus,gradu eod.
Vanæ gloriæ vincendæ principium,medium & finis,gradu eodem
Vane glorij pauonibus ſimiles,grad. eod.
Vane glorioſi damna duo,grad. eod.
Ventris tribulatio opatur caſtitatẽ,gra. 14
Verboꝝ ornatui ac elegantiæ in orõne ad deum cur ſtudendum nõ ſit, grad. 28
Via ſalutis breuiſſima eſt alium tenere nõ iudicare, gradu 10
Viam arctam ſalutis quæ exercitia oſtendat religioſis,grad. 2
Viæ ſalutis & item perditionis multæ ſunt gradu 26
Victoria naturæ indicat virtutem eius ſolius qui eſt ſuper naturã,grad. 15
Vigilans oculus quos ſapiat fructus,gra. 20
Vilia ſeruitia gloriæ habita ſunt monachis veteribus, gradu 4
Vim ſuæ naturæ propter deum faciens beatus eſt, gradu 4
Vincens corpus naturã vincit,grad. 15
Virtutes à natura & itidem virtutes ſupra naturam, gradu 26
Virtutes & malitiæ quibus cõparent,gra. 9
Virtutum comparationes ad alias res,g. 27
Virtutum quarundam definitiones,pprietates ſimilitudineſq; recenſent. gra. 27
Vita actiua duabus virtutibus cõtenta eſt gradu 26
Vita monaſtica in quibus conſiſtat, idem
Vita ſecularium quamobrem plerunq; ſit corrupta, gradu 2
Vitia carnalia quanta difficultate ſuperentur ac vincantur, gradu 15
Vitia nulla nobis inſunt à natura, grad. 26
Vitia publica & latentia q̃ ſint, grad. 10
Vitijs alijs Senes, alijs impugnantur iuuenes, gradu 26
Vitiorũ natura eſt ſemp velle ducere virtutis amicũ ad primũ ſtatum, gradu 1
Vitioꝝ oĩm vnicus receſſus qs ſit,grad. 26
Vitium vitio quo pacto ſanetur,gra. 8
Vitioſos ſe fingentes patres decipiebãt dæmones, gradu 26
Vitioſus is eſt qui propꝰ ſua pctã ſe iudicat indignum ſeruitute dei non hũilis,gr. 1
Vituperij calix purgat luxuriam & carnalitatem, gradu 4
Viuentes ſub obedientia liberi debent eſſe ab auaritia, gradu 17
Voluntas dei quõ eſt reqrenda. grad. 26
Voluntatem propriã abneget volens fieri copioſus in virtutibus, gradu 4
Vtilia ad incontaminationem animæ quæ ſint,gradu 15

¶Finis indicis.



# A D. DIONYSII CARHTVSIANI IN LIBRVM IOHANNIS CLImaci, quo Commentariorum ſuorum modum rationemque declarat,

## PROLOGVS.

VIDIT IACOB IN SOMNIS SCALAM ſtantem ſuper terrã, & cacumen illius tangens cœlum, angeloſq; Dei aſcendentes & deſcendentes per eam, & dominum innixum ſcalę dicentem ſibi: Ego ſum dominus deus,&c. Geneſis 28. Quamuis hæc verba multipliciter exponantur,tamen hoc loco per Iacob intelligi poteſt author libri nunc explicandi, atq; ad ſtylum facillimum transferendi,Iohannes Climacus, vitiorum omnium inclytus ſupplantator,veruſq; Iſraelita,& vir Deum contẽplans. Qui vidit in ſomnis,id eſt,in quiete B contemplationis, ſcalam ſtantem ſuper terram, cuius vertex attigit cœlum. Hæc etenim ſcala eſt gradata,ordinata,aſcenſoriaq;,virtutũ connexio,à terrenis ad cœleſtia,ab humanis ad diuina,ab imis ad ſumma erigens ac perducens. Deniq; ſcala hæc habet triginta gradus. Primus in aſcendendo,qui & infimus eſt, terramq; tangens,eſt abrenunciatio terrenorum,ſeu fuga mundi,aut abdicatio vanę vitæ. Supremus vero gradus iſtius ſcalæ, qui eſt primus in deſcendẽdo & ſummus,ac cœlum attingens,eſt charitas,ſeu trium theologicarum virtutum poſſeſſio. Præter hos gradus ſunt medij,vt infra patebit,recte coordinati. Præterea per hanc ſcalam angeli ſancti aſcendunt atq; deſcendunt. Primo per angelos intelligendo homines virtuoſos,angelicam vitam in terris ducentes, quorum conuerſatio eſt in cœlis, qui per ſcalam iſtam ad Deum conſcendunt, quantum ad exercitia vitæ contemplatiuæ ad proximos quoq; deſcendunt, quantum ad opera vitæ actiuæ,imo etiam ad quotidianam ſuijpſoꝝ conſiderationem,diſcuſſionem,prouiſionem,expurgationem,per actus virtutũ moralium,purgatiuæq; viæ exercitationẽ rurſus aſcendũt per ſcalam hanc per quotidianum profectũ, euntes de virtute in virtutem,& meliora chariſmata æmulantes,ſcientes ꝙ non proficere extet deficere. Secundo per angelos ſanctos intelligẽdo ſpiritus illos angelicos,ciues cœleſtes, qui ad cõmiſſos ſuæ cuſtodię deſcendũt aſſidua & benigniſſima dignatione, C ſubuentione,præſentia: aſcendunt quoq; orationes & vota ac merita hominum offerendo altiſſimo. Poſtremo huic ſcalæ innixus eſt dñs,qui prope eſt omnibus inuocantibus eum,& oculi eius ſuper iuſtos,eſtq; paratiſſimus ſemper aſſiſtere aſcendentibus per hanc ſcalam ad ipſum. Itaq; ſicut iam domino operante tranſtuli tria volumina illuſtriſſimi patris noſtri Iohannis Caſſiani ad ſtylum facilimum: ita nunc eodem domino auxiliante, intendo librum præſtãtiſſimi ac illuſtriſſimi viri Iohannis Climaci elucidare. Veruntamẽ qm̃ liber iſte duplici difficultate frequẽter inuoluitur, vtpote ſtyli & ſenſus, propono in talibus locis non ſolum verba ad ordinem intelligẽtię planioris redigere,ſed item eadem breuiſſima expoſitione clarificare, inuocato ad tantum opus exequendum idonee auxilio ſuperdulciſſimi ſpiritus ſancti,qui totius veritatis examen,magiſter ac dator eſt. Nempè liber hic Climaci admirabili excellentia decoratur, atq; ab oĩbus non immerito commendatur,cum mirabiliter ſententioſus conſiſtat, & neſcio ſi ab aliquo queat plene intelligi,niſi habeat ſpiritum, guſtum,& exercitationem,imo perfectionem ſui authoris, videlicet huius CLIMACI. Quo conſtat inſufficientia mea ad tanti operis executionem plenariam.

Philip. 3
Pſalm. 83
1. Cor. 12
Pſal. 144.
Pſalmo 33

Prologi finis.

## Epiſtolæ Iohannis Abbatis monachorum in Raichu ad Iohannem Climacum expoſito. Articulus I.

D

SVPERMIRABILI, æquali angelo, patri patrum, & doctori ſuperex-
cellenti IOHANNI abbati montis Synai, peccator Iohannes Raichu,
abbas in Domino gaudere.] Iſta epiſtola præmittitur libro Climaci, quia
vt infra ex tenore huius epiſtolæ innoteſcit Iohãnes Climacus, abbas mo-
nachorum in monte Synai, domino militantium, edidit hoc volumen
ad affectuoſiſſimam humilimamq́; inſtantiam Iohannis abbatis monachorum in Rai-
chu, qui quàm ſublimiter ſenſerit de Iohanne Climaco patet ex epiſtolę huius exordio,
quod tanto fulget præconio, vt videatur tranſcendere qualitatem conditionis humanę.
Quomodo enim homo mortalis, purus viator, communi fragilitate circundatus po-
tuit ſupermirabilis nuncupari, quum hoc ſoli incomprehenſibili competat Deo, ſicut
apparet, quum is ſolus tranſcendat ac ſuperet capacitatem & admirationem omnis in-
tellectus creati. Rurſus, qualiter potuit æqualis angelos dici, quum de beatiſſimo Iohan-
ne Baptiſta CHRISTVS teſtatus ſit: Qui minor eſt, inquiens, in regno Dei, id eſt,
Lucæ 7 infimus eſt angelorum, maior eſt illo. Non enim poteſt purus viator in vita hac com-
prehenſoribus ſeu beatis æquari, quum omnis contemplatio atq; dilectio viæ, à contem- E
platione dilectioneq́; patriæ, quaſi incomprehenſibiliter diſtet. Amplius, Climacus
iſte, qui non profuit niſi monachis ſuis, aut & aliјs numero paucis, qui & multis præla-
tis erat inferior, quomodo potuit pater patrum vocari, præſertim quum præconium
iſtud nulli videatur in hac vita abſolute competere, niſi ſummo pontifici? Poſtremo
qualiter vere vocatus eſt doctor ſuperexcellens, cum temerarium videatur eum præfer-
re multis, qui eum præceſſerant, puta Baſilio, Gregorio Nazianzeno, Athanaſio, Chry-
ſoſtomo & Cyrillo. Sed ad ſoluenda ac declarãda hæc omnia, oportet aduertere, quod
in huiuſcemodi locutionibus ex feruoris magnitudine, aut deuotionis exceſſu prolatis,
magis penſanda eſt loquentis intentio, quàm forma verborum, propter quod talia ſunt
pie interpretanda, & ad loquentis propoſitum reſtringenda, non curioſe aut captioſe di-
ſcutienda. Vel etiam per modum hyperbolicæ locutionis, vt in pluribus accipi queunt.
Itaq; Climacus iſte fuit ſuperadmirabilis, id eſt magnus & admirãdus ſuper omnes aut
plurimos, qui ſuo tempore admirabiles erant. Et ſuper communem modum fuit mira-
bilis, propter eminentiam donorum gratiæ ei deſuper collatorum. Fuit quoq; æqualis,
i. ſimilis angelo, vnde ad inſinuandum excellentiam ſimilitudinis huius appellatus eſt
æqualis angelo. Nam & in ſcripturis frequenter accipitur ſimilis pro æquali, iuxta
Exodi 15 illud in Exodo: Quis ſimilis tui in fortibus domine, quis ſimilis tui. Item in Pſalmo: Do- F
Pſalm. 88 mine deus virtutum quis ſimilis tui. Sic & æquale pro ſimili ſuſcipi poteſt. Præterea di-
ctus eſt pater patrum in genere ac ordine ſuo, & quia multorum patrum extitit pater,
imo & omnium noſtrum pater eſt inſtructione, ſanctitate, & eminentia grandi. Appel-
latus eſt quoque doctor ſuperexcellens, hoc eſt, valde excellens, & excellentibus multis
excelſior, vtpote in ſapientia & doctrina præfulgidus. Et dicitur doctor ab actu docen-
di & etiam ab authoritate id peragendi, inquantum fuit prælatus ſeu abbas. Denique
humilitas Iohannis abbatis ſcriptoris huius epiſtolæ patet ex hoc, quod peccatorem ſe
nominat, cum tamẽ fuerit vir perfectionis eximiæ, vt probatur ex epiſtola Climaci, mox
ſequente. Sequitur ſalutatio: [In domino gaudere] Homo enim naturaliter appetit gau-
dium, ſicut & pacem. Et quia carnale gaudium eſt vitandum, debemus ſpiritale gaudiũ
amplexari aliјſq; optare. Porro ſpiritale gaudium eſt omnis delectatio actui virtuoſo
annexa. Dupliciter quoq; gaudemus in deo, primo directe & intime gloriando in ipſo
tanquam in obiecto, videlicet ipſum contemplando, diligendo, cum iucunditate inter-
na, & congaudendo infinitæ bonitati eius, itemq́; credendo ac ſperando in ipſum. Se-
cundo gaudemus in deo finaliter & tanquam in obiecto ſecudnario, ſeu mediato, faci-
endo quæcunq; actum virtuoſum circa obiectum creatum verſantem cum gaudio pro-
pter deum. Sequitur narratio [Cognoſcentes nos imperfecti obedientiã tuã nõ diſcernẽ-
tem ſeu indiſcretã, in dño præcipuã, ante oĩa exornatã, ſicut & in aliјs virtutib. vniuerſis
ornatus es, & maxime in illa parte in qua vtiq; cõuenit te lucrari inſiſtẽdo alioꝝ perfectui
ac ſaluti



A ſaluti, cum talento tradito tibi à Deo ſupplicatione huiuſmodi vtimur, illud dictum in
mente habentes: Interroga patrem tuum, & annunciabit tibi: ſeniores tuos, & dicent ti-
bi. Circa hæc quæri poſſet, an obedientia indiſcreta, ſeu non diſcernens ſit commen-
danda, & qualiter ſit ſeruanda. Sed quoniam infra ſpeciale capitulum introducitur de
obedientia, in quo etiam multa dicuntur de obedientia indiſcreta, idcirco vſq; ad illum
locum differo determinationem iſtorum. Porro Climacus in prælatione nequaquam
oblitus neq; reliquit obedientiam illam pleniſſimã, quam in ſtatu ſubiectionis tam per-
fectiſſime didicit atq; exercuit, quemadmodũ infra dicet. Sequitur ſupplicatio: Huius rei
cauſa per literas noſtras procidimus tibi, ſicut communi omnium patri, ſeniori q; , ſeu
maiori præ cunctis in pugna exercitationis atq; acumine intellectus, & virtuoſo ac
perfecto doctori, & exoramus ſummitatẽ virtutum tuarum, vt mittas nobis indoctis ea
quæ vidiſti in contemplatione dei, circa hunc eundem montem, ſecundum quod Moy-
ſes olim contemplatus eſt deum in monte hoc Synai. Et propone librum venerabilem
in doctrina, quaſi tabulas ſcriptas à deo ad te miſſas, ad nos. Propone, inquam, nouo
Iſrael ingreſſo perfecte ac nouiter de intellectuali Aegypto, & mare vitæ ſeculi huius, id
eſt, religioſis perſonis, qui relinquentes hoc ſeculum nequam (quod in Apocalyſi voca-
tur Aegyptus ac Sodoma) ingreſſæ ſunt ſolitudinẽ monaſticæ conuerſationis, & rigo- Apoca. 11
B rem obſeruantiæ regularis, ſeu arctum iter pœnitentiæ ſalutaris, per quas tanquam per
deſertum tendunt ad terram promiſſionis, ad regionem viuorum, ad patriam beatorũ.
Præterea ſicut Moyſes accepit à deo in monte Synai decem præcepta deſcripta in tabu-
lis, ita & Climacus in hoc monte accepit à deo ſapientiam, in hoc libro quaſi in tabulis
exaratam. Et ſicut decem præcepta Moyſi in tabulis tradita, concernunt ac pertinent ad
vniuerſos fideles, ita documenta in iſto libro contenta, ſpiritaliter ſpectant ad religio-
ſos & monachos. Poſtremo, quamuis per Iſraeliticum populum, de Aegypto egreſ-
ſum ac liberatum, deſignetur communiter totus populus Chriſtianus, de vitiorum edu-
ctus caligine, redemptus à diaboli ſeruitute, & renouatus Chriſti baptiſmate, nihilomi-
nus per populum illum Hebræum peculiarius figurati ſunt religioſi, qui ſe à vita mun-
dana, à iugo peccati, à tenebris ſeculi excellenter ſequeſtrant, abdicant & auertunt. Vo-
catur quoq; hoc ſeculum nequam, ſeu mundus in maligno poſitus, intellectualis ac ſpi-
ritualis Aegyptus, nõ qa in ſeipſo ſit res intellectualis, ſeu immaterialis & ſpiritualis, ſed
quoniam ſpiritualis & intellectualis eſt ratio, propter quam nominatur Aegyptus. Se-
quitur: [Quemadmodum ergo operatus fuiſti mirabilia in mari, functus Deilo-
qua lingua vice virgæ, ita & nunc rogatus, ne deuites ordinate deſcribere, ſicut doctor
vere magnus, ſine pigritia ſimul & bene diſcrete, documenta congruentia monaſticæ
C perfectioni, ad ſalutem omnium eligentium huiuſmodi angelicam conuerſationem.]
Climacus operatus fuit mirabilia in mari, hoc eſt, in ſeculo iſto, illud viriliter ſuperando
& aquas concupiſcentiæ illæſus pertranſeundo, ſecularesq́; homines mirabiliter con-
uertendo aut inſtruendo. Quod faciendo, functus ſeu vſus eſt deiloqua lingua ſua, id
eſt, loquẽte verba diuina, vice ſeu loco virgæ. Nam ſicut Moyſes fecit mirabilia in Aegy-
pto & mari rubro atq; deſerto per virgam, ita & Climacus in ſecularibus ac religioſis
hominibus fecit mirabilia deiloquam ac eruditiſſimam linguam ſuam. Nempe quod
per virgam lingua deſignet constat per id, quod Propheta Iſaias de CHRISTO
prædixit: Percutiet terram virga oris ſui. Sequitur: Non arbitrans blanditias ſeu adu-
lationes quæ à nobis dicta ſunt,] Hoc eſt, non ſis exiſtimans, quod adulando protuleri-
mus de te præconia tua iam tacta. [Noſti enim vere ſanctus vertex, quia extranea ſunt
iſta à nobis.] Id eſt, tu qui es ſanctus prælatus, & vir valde ſublimis, religioſorumq́; apex,
vere cognoſcis, quod adulari & ficte laudare ſint aliena à corde noſtro. [Sed illud arbi-
tror, quod eſt manifeſte viſum & intellectum ab omnibus,] hoc eſt, id de te dico & iu-
dico quod omnibus conſtat. [Propterea confidimus in domino, quod cito accipiemus
& amplectemur precioſas exarationes in tabulis,] ſeu deſcriptiones in libro, quas diu
ſperauimus obtinere à te, [quæ dirigunt vere & ſine errore volentes imitari,] eaſdem
quas amplectemur [tanquam ſcalam quandam confirmatam,] id eſt, firmiter pertin-
gentem, [vſque ad cœli portas, & ſurſum trahentem ſine læſione & nocumento eos,
qui præeligunt pertranſire mundi rectores tenebrarum harum, & principes aëris.] ten-

 dendo

dendo ad patriam abſq; prohibitione ſpiritualis malignitatis. Si enim Iacob exiſtens ouium paſtor intuitus fuit in ſcala viſionem talem tremendam, quanto tu magis rationalibus ouibus præſidens, vniuerſis oſtendes non ſolum viſionem, ſed aſcenſum opere & veritate atque ſine errore regreſſum ad Deum. [Vale in domino reuerendiſſime pater] Hæc omnia ſatis plana videntur excepto argumento iſto, quo ait: Si enim Iacob exiſtens ouium paſtor, &c. Quod non eſt ita accipiendum, quaſi author huius epiſtolæ intenderet Climacum præferre beatiſſimo Iacob eximio patriarchæ in donis gratiæ gratum facientis, aut gratiæ gratis datæ, ad quem pertinet gratia reuelationis ac viſionum, imo in vtriſq; donis forſitan illo inferior fuit, quamuis Iacob extiterat ouiũ paſtor, ſicut & Moyſes. Sed quantum ad hoc, poteſt argumentatio iſta ſaluari, quod Climaco inquantum prælato data ſit ſimilis gratia inſtruendi ac intuendi. D

## Epiſtolæ Iohannis Climaci ad Iohannem abbatem Raichu expoſitio. Articulus II.

IOHANNES Iohanni gaudere. Suſcepi literam venerandam valde conuenientem tuæ pudicæ & impaſſibili vitæ,] id eſt, à paſſionibus expurgatæ [imo mundo ac humili corde[quam deſtinaſti ad nos pauperes & egenos virtutibus. Magis vero præceptum & iuſſionem excedentem vires noſtras, verbum enim doctrinæ & eruditionis, quod poſtulaſti à nobis indiſciplinatis, opere ac ſermone indoctis, tuum erat atq; ad te magis pertinuit, & ſanctæ animæ tuæ amplius competebat, ſemper nanq; fuiſti ſolicitus proponere nobis per teipſum exempla humilitatis. Porro nos dicimus, quia niſi periculoſum eſſet ac formidandum, abĳcere à nobis iugum ſanctæ obedientiæ, matris vniuerſarum virtutum, non vtiq; auderemus irrationabiliter attentare ea, quæ ſunt ſupra noſtram virtutem. Decet autem ó admirabilis pater, vt is qui poſtulat iſta, diſcat ea à bene ſcientibus. Nos vero ſumus adhuc conſtituti in ordine docendorum. Sed quoniam doctores noſtri deiferi & myſtici ſeu ſpirituales ac myſteriales inſtructores veræ ſcientiæ determinant hanc veram obedientiam eſſe, obedire iumentis indubitanter & ſine diſcretione in his quæ proprias vires tranſcendunt, ecce humiliter & audacter obtemperare ſtuduimus, in his quæ ſunt ſupra noſtram potentiam, pie deſpicientes ea quæ ſunt ſecundum nos,] id eſt, vilipendentes propriam vim, imperitiam, defectuoſitatemq́; noſtram, [non quaſi noſtra reſponſione perducendo loquentes de his ad veritatis manifeſtationem, aut declarantes id quod tu ó ſanctum & diuinum caput ignores magis quàm nos. Certus ſum enim non ſolum ego, ſed & vnuſquiſq; bene intelligens, vt opinor, oculum tuæ mentis ac deliberationis eſſe purgatum ab omni terrena affectione & tenebroſa ſuperfuſione, & eundem eſſe infixum luci diuinæ ſine impedimento, atq; illuminari à deo. Verum, vt dixi, ego timens ex inobedientia incurrere mortem, & quaſi compulſus obedire, ex hoc veni ad exequendam tuam ſanctiſſimam iuſſionem cum deſiderio ac timore, tanquam obediens bene rationabilis & inutilis puer perfecti pictoris, vtpote exprimens vniformiter & vmbroſe eloquia atramento tantum viuentia prolatione vocis exili & vacua atq; non probata, ſeu informi ſcientia, relinquens reliquum tibi ſufficientiſſimo doctori ordinationiſq́; principi, & quaſi completori tabularum legis ſpiritualis, vt exornes, declares ac ſuppleas ea, quæ deſunt in libro iſto, quem tibi non miſimus tanquam emolumento tibi futurum. Abſit hoc, quia id eſſet extremæ dementiæ. Sufficis quippe in domino informari non alios tantum, ſed item noſipſos doctrinis moribuſq́; diuinis. Sed ó virtuoſe magiſter, librum hũc miſimus tuo collegio vocato à deo, & docto à te, à quo docti ſumus & nos. Itaq; leuigatus & alleuiatus ab indiſciplinabilitate orationibus tuis ac tuæ congregationis, quaſi quibuſdam fiducĳs intellectualibus, expandens de cætero calami velum, committens quoque C H R I S T O bono rectori directionem noſtri ſermonis, leuanſq́; manus cum omni ſupplicatione ad Deum, ex ipſo incipio ad tuum collegium per te. Rogo autem legentes, vt ſi quid vtile inuenerint in hoc libro, aſſcribant hoc vt bene prudentes noſtro præceptori, vt petant remunerationem dari nobis à Deo, pro executione mandati, & pro vigilia ſeu labore, non at- E F





A tendendo hæc ſcripta noſtra, quoniam imperfecta ſunt vere, & plena omni ignorantia ac ruſticitate, ſed acceptent intentionem deuotionemq́; noſtram, qui conſiderauimus oblationem pauperis viduæ. Deus nanq; mercedem retribuit non iuxta multitudinem munerum & laborum, ſed ſecundum feruorem intentionis, & electionem voluntatis atq; propoſiti. Epiſtolæ finis.

¶Non videtur in iſta epiſtola eſſe notabilis difficultas, ſed patet ex ea profunda & grandis humilitas ſui authoris. Ingens quoq; perfectio eius ad quem directa eſt. Per doctores autem ſuos Deiferos & myſticos inſtructores veræ ſcientiæ intelligit Climacus ſanctos patres Anacharitas & eremitas, monachorumq́; inſtitutores ac fundatores, videlicet beatiſſimum Anthonium, Baſilium, Caſſianum, ac alios. Inſuper vocat ſe puerum inutilem, id eſt, imperfectum diſcipulum perfecti pictoris, cuius cauſam inſinuat, quemadmodum tactum eſt. Perfectus etenim pictor imagines nouit multipliciter viuaciterq́; formare, & multiplici differentia precioſi, tum pulchritudinum ac colorum. Ipſe autem Climacus dicit ſe hunc librum compoſuiſſe modo vniformi, vmbroſo, & ſolo atramento ſplendente. Vniformi videlicet, quantum ad ſtylum: vmbroſo, id eſt, non ornato fulgore rethorico. At uero per præceptorem ſuum deſignat abbatem, ad cuius inſtantiam ſcripſit hæc, cuius meritis vult aſſcribi, ſi ipſe aliquid vtile hic
B conſcripſit.

### Prologi authoris expoſitio.

PRAESENS liber manifeſte ac ſapienter oſtendit viam currendi ad DEVM, his qui cupiunt nomina ſua deſcribi in libro vitæ, in cœlis. Hanc enim viam pergentes inueniemus manu ducentem nos ſaluatorem, & cuſtodientem ſuos ſectatores ab omni lapide offenſionis, & inueniemus nos tutos à læſione ac ſcandalo, reperiemus quoq; ſcalam vſque ad cœlum porrectam, ſeu in cœleſtibus confirmatam & fixam, prouehentem ſuos aſcenſores ad ſancta ſanctorum, quæ oſtendit Deum charitatis innixum vertici ſuo. Nempe ſcalam hanc arbitror, quam & Iacob ſupplantator vitiorum contemplatus eſt in exercitationis quieſcens cubiculo.] Hoc eſt, in exercitio virtutum quieto, ſeu loco pacis tranquillo. [Quocirca exhortor, vt prompte fideliterq́; ſcandamus curſum ſcalæ huius intellectualis atq; cœleſtis, & iter hoc ſurſum reducens, cuius initium eſt abdicatio & abrenunciatio omnium terrenorum, finis vero eſt charitas Dei, ſeu eius dilectio.

## De abrenunciatione terrenorum, & abdicatione uitæ inanis. Gradus primus. Articulus III.

C A Bono & ſuperbono, & toto bono Deo & rege noſtro] ſubintelligendum eſt aliquid, vt ſit ſenſus, inchoãdum eſt à deo naturaliter bono, nam & theologus incipit à ſupremo. Quemadmodum enim debemus primo quærere regnum Dei & iuſtitiam eius, agendo in primis ea quæ Dei ſunt, & omnia opera noſtra ad creatoris gloriã referendo, ita & in loquendo decet nos à Deo incipère, & omnia verba noſtra ad eius honorem referre, ita vt primo loquamur de Deo ſecundum ſe, vel de creaturis & affectibus eius per comparationem ad ipſum. Hinc ad Coloſſenſes monet Apoſtolus: Omne quodcunque facitis in verbo aut opere, omnia in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti facite. Idcirco Climacus ſubdit: [Pulchrum eſt enim ex Deo ad Dei famulos principium facere,] id eſt, rationabile conueniensq́; conſiſtit, vt famuli Dei faciant principium ſeu inchoationem ſui ſermonis ex Deo, id eſt, ab eo. Denique Deus tam proprie dicitur, vt in euangelio dicat Saluator noſter: Nemo bonus, niſi ſolus Deus: ſiquidem Dei natura eſt bonitas pura, perfecta ac infinita. Ideoq́; dicitur ſuperbonus, quia in infinitum melior eſt, quàm comprehendere valeamus, & bonitas eius tranſcendit omnia bona creata incomparabiliter & immenſe. Hinc quoque dicitur totus bonus, id eſt, quomodolibet ſeu omniformiter bonus. Quia ſecundum omnem ſui conſiderationem ac comparationem eſt bonus, hoc eſt, qualitercunque conſideretur aut comparetur. Itaque nec actu, nec habitu, neq; potentia eſt in eo aliquid mali aut priuationis, ſeu defectibilitatis, aut aliqua minoratio, vel diminutio bonitatis. Hoc autem non competit alicui creaturæ, imo omnis creatura per comparationem ad ſuam originem, ex qua, de ſe nihil eſt,

Matth. 6
Col. 3
Marci 10

& ſecundum ſe ſumpta vanitati ſubiecta eſt, quæ vanitas eſt defectus à vero, pleno,& D
incommutabili eſſe. Propter quod indiget inceſſabiliter conſeruari à D E O, & ſi
ſibimetipſi ad momentum relinqueretur,mox in nihilum relaberetur. De hac materia
diuinus Dionyſius plenius tractat in libro de Diuinis nominibus,& Boethius in ſpecia-
li quæſtione ſuper hoc mota. Conſequenter Climacus ponit quinque differentias,ſeu
quinquepartitam diſtinctionem & diuiſionem rationalium creaturarum, intelligendo
per rationales creaturas non homines tantum,ſed etiam angelos. [Omnium rationa-
lium ab ipſo creatorum.] id eſt, vniuerſarum rationalium & intellectualium creatura-
rum [ex liberi arbitrij dignitate honoratarum,] id eſt, quas Deus decorauit ac hono-
rauit libero arbitrio, quod contulit eis, per quod & fecit eas honorabiles ſecundum ſe,
ac cæteris magis eminentes, creando eas ad imaginem & ſimilitudinem ſuam. Harum
itaque creaturarum [quidam] ſunt amici ipſius Dei,quidam vero nobiles ſerui,quidam
vero inutiles,alij vero omnino extranei,alij vero licet infirmi,tamen[aduerſarij] Dein-
de exponit hæc omnia. [Et amicos quidem proprie,nos idiotæ ò ſanctum caput ex deo
ſumpſiums circa ipſum intellectuales & incorporeas ſubſtantias.] Ordo & ſenſus ver-
borum eſt: [Et quidem ò ſanctum caput,] id eſt, ſancte abbas Iohannes,cui hæc mitto
[nos idiotæ ex Deo ſumpſimus]hoc eſt,ex diuina inſtructione vocamus[amicos Dei in
tellellectuales & incorporales ſubſtantias,] vtpote angelos ſanctos circa ipſum Deum E
intentos, vt vultui gloriæ eius indeſinenter infixos. Amicorum nanq; eſt eadem velle
& nolle. Quum ergo angeli ſancti & omnes beati in patria ſint confirmati in bono, &
omnes beati in patria ſint confirmati in bono, & Deo inauertibiliter conniti, atq; diui-
næ voluntati plenarie conformati, à quo nec per mortale, neque per veniale peccatum
poſſunt deflectere aut errare,conſtat quod eis potiſſime competit eſſe amicos Dei:quod
tamen & virtuoſis hominibus, præſertim perfectis aliqualiter conuenit, quamuis non
ita plenarie.[Nobiles vero ſeruos Dei vocamus,vniuerſos facientes & facturos ſanctiſ-
ſimam voluntatem ipſius abſq; pigritia & negligentia. Inutiles vero ſeruos vocamus
quicunque arbitrati ſunt digni diuino baptiſmate.] Id eſt, quos Deus dignanter perdu-
xit ad C H R I S T I baptiſmum. [ad ipſum vero pactiones amabiliter non ſerua-
uerunt] id eſt,ea quæ Deo promiſerunt in baptiſmo non impleuerunt, ſed gratiam ba-
ptiſmalem amiſerunt peccando mortaliter. [Extraneos autem & peregrinos à Deo, &
inimicos intelligimus, quoſcunq; non baptizatos vel malecredentes videmus exiſtere]
id eſt,quos videmus interiori exteriorive oculo eſſe paganos, Iudæos &prorſus incredu
los,ſiue hæreticos, qui omnes à Deo extranei ſeu alieni ſunt, non quantum ad creatio-
nem,ſeu quoad dona naturæ,nam opera manuum eius ſunt vniuerſi. Aliqui etiam tales
ſunt Dei,& eius electi ſecundum prædeſtinationem æternam, quamuis extranei ſint ab F
eo ſecundum præſentem iuſtitiam. [Impugnatores vero & aduerſarij, qui non ſolum à
ſe proijciunt ac repellunt Dei præcepta, ſed etiam fortiter impugnant eos, qui ea obſer-
uant.] Iſti ſunt perſequutores iuſtorum,qui prædictis peiores exiſtunt, & eo ipſo, quo
ſeruis Dei aduerſari dicuntur. Secundo,quod CHRISTVS dixit ad Paulum: Quid
me perſequeris?Sunt tamen infirmi, quoniam Deus dum vult ſolo nutu deijcit eos atq;
condemnat. [Quoniam ergo vnuſquiſque omnium prædictorum poſſidet ſermonem
aliquem proprium & pertinentem ad rem,] Hoc loco accipitur ſermo pro re ſignificata
2 Reg. 1 per ſermonem,quemadmodum in ſecundo Regum libro: Quod eſt verbum, quod fa-
ctum eſt,vt ſit ſenſus: Vnuſquiſque omnium prædictorum, videlicet amicorum nobili-
umq; ſeruorum,inutilium quoq; ſeruorum, &c. habent aliquam proprietatem ſibi con-
uenientem & inhærentem.Formaliter enim differunt,non realiter ſemper,imo ſubſtan-
tialiter coincidere poſſunt: quia & amici Dei ſunt nobiles ſerui eius,& econuerſo. Vnde
Apocal.22 in Apocalipſi angelus dixit Iohanni apoſtolo:Conſeruus tuus ſum,&fratrum tuorum.
Pſalm.102 Et Pſalmiſta:Benedicite domino omnes virtutes eius,miniſtri eius,qui facitis volunta-
Hebræ.1 tem eius. Omnes enim ſunt adminiſtratorij ſpiritus. [Nobis autem indoctis non expe-
dit proſequi de omnibus illis ad præſens]Ex humilitate indoctum ſe vocat,ſicut & Pau
1.Cori.15 lus:Non ſum,inquit,dignus vocari apoſtolus. Salomon quoque:Stultiſſimus, ait, ſum
Prou.30 virorum. In talibus quippe orationibus ex humilitate prolatis,ſufficit quod ſecundum
aliquam conſiderationem verificentur. Eſt autem omnis homo viator indoctus non
ſolum



A ſolum reſpectu dei,ſed etiam comparatione omniũ ciuium ſupernorum. Propter quod
loquitur Ieremias:Stultus factus eſt omnis homo à ſcientia ſua.Et item Apoſtolus:Qui
ſe putat aliquid ſcire,nõdum cognouit quemadmodum oporteat eum ſcire. Sed cur nõ
expediebat Climaco proſequi in hoc libro de omnibus illis?Et reſpondendũ quod ideo
quoniam intentio & materia huius voluminis non exigebant hoc ipſum, præſertim vt
tractaret hic de naturis atque ordinibus angelorum,& propter prolixitatem vitandam
rurſus & propter difficultatem & ſublimitatem materiæ. Deinde hortatur ſeipſum ad
proſequendum de his,quæ præſentem concernunt tractatum. [Age iam age.] Age eſt
hic interiectio,cuius repetitio feruorem exhortationis deſignat. [Ad pie nobis tyranni-
zantes & vim fideliter inferentes, eorum præceptis.] C H R I S T V S in eu-
angelio Matthæi vndecimo capite loquitur: Regnum cœlorum vim patitur, & violen-
ti rapiunt illud. Et rurſus iubemur mortificare,ſuperare,frangere, perdere & odire noſi-
pſos. Hæc ergo eſt violentia ſalutaris, ſenſualitatem reprimere, propriam voluntatem
ſuppeditare, motus ac impetus paſſionum frenare. Iſta quoque eſt tyrannizatio contra
ſeipſum pijſſima,idcirco nunc ait:[Nos tyranrizantes ad pie,]id eſt,valde pie nobiſipſis
quaſi tyrannidem infligentes,ſęuiendo contra iudicia noſtra,non acquieſcendo proprio
ſenſui, ſed dure ac acriter reluctando omni inordinationi naturæ noſtræ, [& vim fideli-
B ter inferentes præceptis eorum]obediendo iuſſionibus patrum ex fide,quæ eſt Theolo-
gica virtus,ex qua omnia fieri debent,cum dicat Apoſtolus ad Romanos decimoquar
to capite:Omne quod non eſt ex fide peccatum eſt. Vel cum fide, id eſt, fidelitate, quæ
eſt pars iuſtitiæ,& cum vi,hoc eſt, cum violentia prætacta ſalubri. Taliter enim obedi-
re ardua aggrediendo & alios inſtruendo,ac librum componendo, contra propriæ hu-
militatis inclinationem,& contra proprij ſenſus dictamen,eſt ſibiipſi fideliter vim infer
re,quodque dicitur hic vim inferre ipſis præceptis,quia cum tali vi aggreditur quis præ-
cepta ad eodem exequenda. Iuxta quem modum loquendi,regnum cœlorum vim pa-
ti aſſeritur. [Et extendentes manum noſtram indignam per obedientiam non diſcer-
nentem]ſeu indiſcretam[ad ſeruos D E I dilectos]ſcribendo de eis,& item ad eos,
ideo ſubditur:[Suſcipientes calamum verbi,]id eſt,inſtrumentum ſcribendi[à cognitio
ne,]id eſt, manifeſtatione ſeu deſcriptione [ipſorum.] De ipſis nanque mox incipit lo-
qui ſeu ſcribere,quamuis pauca quædam pro introductione præmittat.Vel ſuſcipientes
calamum verbi à cognitione ipſorum,vtpote à notitia ſeu informatione, quam ab ipſis
accepimus, à quibus ſumus inſtructi, [& intingentes calamum hunc ſeu pennam atra-
mento humilitate merenti & ſplendenti,]id eſt,ex humilitate præcipua & præclara,quæ
dicetur mœrens, quia inducit hominem ad conſiderandum ac deplorandum propriam
C vilitatem,defectuoſitatem,ærumnam & culpam,ſicque parit ſalubrem triſtitiam. Dici-
tur quoq; ſplendens cum ſit pulcherrima virtus, mentẽ vehementer perornans,& qa in
veritatis cognitione fundatur, habetque ſapientiam ſibi ſemper coniunctam, quemad-
modum Salomon in Prouerbijs vndecimo capite proteſtatur: Vbi humilitas ibi & ſa-
pientia, imo ſplendore gratiæ ac luce virtutum ſingulatiter deçoratur. Humilibus enim
dat gratiam ſpiritus ſanctus, qui ſuper quietum & humilem requieſcit. Denique quàm
odibilis,turpis ac ſordida eſt coram deo ſuperbia,tam amabilis,pulchra ac ſplendida eſt
coram eo humilitas. [Quietantes hunc calamum in cordibus eorum expolitis ac candi-
dis tanquam in quibuſdam chartis,magis autem ſpiritualibus tabulis,] id eſt, quieſcere
facientes ſcripturam hoc calamo exornatam,ſeu libri huius doctrinam,in mentibus di-
lectorum ſeruorum D E I, veluti in membranis, imo potius velut in ſpiritualibus
tabulis. Ad hoc quippe C L I M A C V S iſta deſcripſit in libro hoc, vt
ſcriberentur ſeu imprimerentur cordibus talium ſenatorum, & ita ipſe impreſſit eis
hæc documenta diſpoſitiue ſeu miniſterialiter quantum in ſe fuit quietauitque cala-
mum ſuum in cordibus eorundem, quoniam actum ſeu vſum calami ſui ordinauit
ad finem hunc, in fine autem quieſcitur. Porro corda talium deuotorum expolita
ſeu decorata virtutibus & candida per innocentiam & ſapientiam ſalutarem, potius
comparantur ſpiritalibus tabulis quàm chartis, propter eorum ſoliditatem, quia in
D E I amore ſunt firma atque virtutibus roborata. [Depingemus diuina eloquia

magis vero ſemina & imaginationes,] hoc eſt, verba ſacra deſcribemus,& ea in illorum D
cordibus depurgemus, quæ verba potius dici poterunt ſemina, quia ad hoc ſcribuntur
& ibi punguntur, vt ex eis actiones vitioſæ procedant, vtpote ſanctæ meditationes, piæ
affectiones, fructuoſæ locutiones,& opera bona. Semen nanque (vt ait ſaluator) eſt ver-
Matth. 13 bum D E I. De quo denuo aſſerit: Semen cecidit in terram bonam, & attulit fru-
ctum centuplum. Dicit quoque quod magis depinget imaginationes quàm diuina elo-
quia,& hoc ait vel ex humilitate quaſi verba ſua ſunt potius imaginationes quædam ſi-
ue imagines diuinorum eloquiorum, quàm diuina eloquia, vel quia ex lectione & auditione ver-
borum ſuorum generantur imaginationes rerum ſignificatarum per ea in cordibus au
dientium atque legentium. Ex ſenſationibus enim procedunt imaginationes, ex imagi-
nationibus intellectiones ſecundum B O E T H I V M. Nam & iuxta Philoſo-
phum, intelligentem oportet ſpeculari phantaſmata, id eſt, ſimilitudines rerum interio-
ri ſenſu contentas. [Dicimus vero ſic deus eſt creator ac dominus, vita & ſalus omnium
libero arbitrio vtentium fidelium & infidelium, iuſtorum & iniuſtorum, piorum & im-
piorum, virtuoſorum & vitioſorum, monachorum & ſecularium, ſapientium & idiota-
rum, ſanorum & infirmorum, iuuenum & prouectorum.] Hic aſſerit Climacus quod
deus ſit omnium horum creator ac dominus, vita ac ſalus, veruntamen non eodem mo
do neque eiſdem ex cauſis. Eſt equidem omnium deus & dominus ratione & iure crea- E
tionis, prouiſioniſque generalis, & item authoritate iudiciariæ poteſtatis ac vniuerſalis
dominij, bonorum vero & virtuoſorum eſt D E V S & dominus per ſpecialem
prouidentiam & gratiam ſuam ad illos, & etiam per ſingularem ſubiectionem & cul-
tum eorum ad ipſum. Hoc etenim vnicuique deus eſt, quod maxime cupit, colit ac ve-
Philip. 3 neratur. Propter quod ait Apoſtolus de guloſis: Quorum deus venter eſt. Inſuper deus eſt
omnium horum vita, quantum ad hoc quod vitam naturæ omnibus his largitur,& con
ſeruat quam diu ſubſiſtunt, vnde & omnium ſalus vocatur, quoniam omne bene eſſe eo
rum ab ipſo dependet,& in ipſo conſiſtit, virtuoſorum vero vita eſt D E V S cau
ſaliter, quia nunc influit vitam gratiæ ac virtutum, eſt quoque eorum ſalus, quoniam vi-
Pſalmo 78 tam gloriæ præſtat eis in patria. Cui & ipſi nunc dicunt quotidie: Domine deus ſalutis
meæ. Nam & modo dat eis beatitudinem viæ proſperitatemque ſpiritalem, quæ eſt pro
fectus,& quicquid ad eum diſponit. Impij quoque vitam gratiæ ac ſalutem poſſunt ab
ipſo ſuſcipere, & ſi prædeſtinati ſunt ſortientur eas ab ipſo finaliter. Hinc in Deutero-
Deut. 30 nomio ſcriptum eſt: Ipſe D E V S eſt vita tua & longitudo dierum tuorum. Dein-
de exemplariter docet, qualiter deus ſit omnium Vita & ſalus ac deus. [Quemadmo-
dum luminis effuſio & ſolis aſpectus & viciſſitudines aeris & horarum,] id eſt, ſicut dif-
fuſio luminis cœleſtium corporum ac ſolis præſentia & permutationes aeris huius ac F
temporum communes ſunt omnibus, ſeu vniuerſis generaliter communicantur. Quem
admodum ſcriptum eſt Matthæi quinto capite: Deus ſolem facit oriri ſuper bonos &
malos,& pluit ſuper iniuſtos & iuſtos, ita & deus eſt generaliter omnium deus, ſalus ac
vita propter prætacta. [Et alius non eſt,] hoc eſt, præter vnum ac verum deum, non eſt
qui ſit omnium deus, vita ac ſalus, qui per Iſaiam quadrageſimoquarto capite fatetur:
Ego deus & non eſt alius deus, iuſtus & ſaluans non eſt præter me. [Non eſt perſonarum
acceptio apud deum,] hoc eſt, quod in Actibus apoſtolorum decimo capite aſſerit bea-
tiſſimus Petrus: In veritate comperi, quoniam non eſt perſonarum acceptor deus. [Im-
pius eſt natura rationalis, mortalis vitam voluntarie fugiens,& proprium factorem ſem-
piterne exiſtentem, quaſi non exiſtentem exiſtimans.] In hac deſcriptione natura accipi
tur pro ſuppoſito ſeu perſona, vt ſit ſenſus: Impius eſt ſuppoſitum rationale mortali, ſpon-
te ſeu ex propoſito ſe auertens à deo, atque per hoc voluntarie fugiens vitam gratiæ ſeu
viam iuſtitiæ & actus virtutum, propter quod ita ſe habet ac ſi proprium creatorem æ-
ternaliter conſiſtentem, putaret non eſſe. Quia non ſolum non curat nec metuit, nec ho
norat eum, ſed etiam tam audacter & irreuerenter ipſum offendit, quaſi non ſit proui-
dentia, neque iuſtitia, neque futurum iudicium dei. De talibus fertur in libro Iob XXII.
capite: Quaſi nihil poſſit facere omnipotens, ita æſtimauerunt eum. Et ſanctus Diony
ſius loquitur, quod conſtitutus in ſacro ordine & impie viuens, eſt D E I irriſor ac
ſubſannator, putans eum neſcire quæ ipſe facit. [Iniquus eſt qui retinet legem quæ ex

deo eſt



A deo eſt cum intelligentia propriæ malignitatis,& cum electione contraria putat ſe cre-
dere deo]. Ex D E O ſunt lex naturalis, lex ſcripa, lex euangelica ac diuina. Eſt
ergo iniquus qui has leges aut aliquam harum habet atque intelligit,& tamen in ſua maligni
tate perdurat & putat ſe credere deo & eſſe fidelem, cum tamen eligat ea quæ prohiben-
tur lege diuina. Idcirco non credit ſalubriter nec habet fidem formatam, eſtque infideli
deterior. Vnde de talibus ait Apoſtolus: Confitentur ſe noſſe deum, factis autem negant.
Et Iſaias: Tranſgreſſi ſunt pactum, mutauerunt ius, irritum fecerunt fœdus ſempiter- Titum. 1 Iſaiæ 33
num. Porro lex ſcripta adhuc obligat quantum ad præcepta moralia. De his legibus ait
dominus per Oſee: Scribam ei multiplices leges meas. De quibus habetur in Iob: Vtinam Oſee. 8
intelligeres, multiplex eſt lex eius. Itaque quod dicitur: Cum intelligentia propriæ mali- Iob. 11
gnitatis, tantum eſt dicere: Cum intelligentia ſeu cognitione ſua malignitati ſuæ coniun-
cta, vel cum intelligentia ſuipſius maligni. [Chriſtianus eſt imitator Chriſti Ieſu ſecun-
dum quod poſſibile eſt homini verbis, operibus & intentione credens recte & ſine quere
la in deum & in ſanctam trinitatem.] Hæc eſt compendioſa optimaque deſcriptio Chriſti
ani. Cui per omnia conſonat, quæ in libro de nomine Chriſtiano Auguſtinus diſſeruit:
Chriſtianus quippe à Chriſto nomen ſortitur, ideo Chriſtum ſequi tenetur. Sed quoni-
am deus non requirit impoſſibile quicquam ab homine, eſt autem impoſſibile omni ho
B mini Chriſtum perfecte ac plene ſectari, ſeu eius perfectioni atque virtutibus coæquari,
ideo ſcriptum eſt in deſcriptione prætacta, ſecundum quod poſſibile eſt homini, poſſibile
inquam, per gratiam adiuuantem, ſine qua nihil valemus meritorie operari. Debemus
itaque Chriſtum ſequi etiam intentione, locutione, id eſt, in omni conuerſatione, ſicut
ait Iohannes apoſtolus: Qui ſe dicit in Chriſto manere, debet ſicut ipſe ambulauit & ipſe
ambulare. Nam & Chriſtus in euangelio dixit: Quid dicitis mihi domine domine,& non 1. Iohan. 2 Lucæ 6
facitis quæ dico? Ex quibus conſtat quàm pauci ſint Chriſtiani. Inſuper recte credere eſt
credere ſine erroris permixtione, credere vero ſine querela eſt fidem vita ac moribus de-
corare, ſicut hortatur Apoſtolus: Omnia, inquiens, facite ſine murmurationibus, vt ſitis Philip. 2
ſine querela ſimplices filij dei. Poſtremo credere in deum & ſanctam trinitatem, eſt cre-
dere in vnum & trinum deum. [Dei amator eſt qui ſine peccato exiſtit in participatione omni
um naturalium,] hoc eſt, qui bonis naturalibus vtitur ordinate, omnes quoque natura-
les motus & affectiones ita refrenat ac regit, ne innaturales aut vitioſi reddantur. [Et ſe
cundum virtutem bona non negligit,] id eſt, quantum poteſt vitat omiſſiones bonorum,
imo & actus virtutum diligenter exequitur, ſignum nanque dilectionis eſt adimpletio
iuſſionis & executio operis. Propter quod ait ſaluator: Qui ſeruat mandata mea, ille eſt
qui diligit me. Porro quod ait: Qui ſine peccato eſt, intelligendum eſt de culpa mortali,
C quæ cum charitate non ſtat, non de veniali, cum ſcriptum ſit: Si dixerimus, quia peccatum
non habemus, noſipſos ſeducimus. [Abſtinens & continens eſt qui conuerſatur & viuit 1. Iohan. 1
in medio tentationum & laqueorum, atque tumultuum,& tamen conatur imitari & poſ-
ſidere cum virtute modos ac mores à tumultibus liberos.] Omnes in ſeculo iſto viuen-
tes conuerſamur in medio tentationum ac laqueorum, cum ſcriptum ſit: Militia ſeu ten Iob. 7
tatio eſt vita hominum ſuper terram. In medio quoque tumultuum, nam omnes qui vo
lunt pie viuere in Chriſto, perſecutionibus & tribulationibus exercentur. Qui ergo in 2. Tim. 3
iſtis ſtudet ac ſatagit pacem pectoris habere & conſeruare, & deo ſeruire corde tranquil-
lo, rite abſtinens continensque vocatur. Abſtinete nanque à multis illicitis, & continet a-
nimum ſuum à tentationum conſenſu & perturbationum tumultu. Vnde conſtat quod
abſtinentia & continentia non ſumuntur hoc loco vt ſunt ſpeciales virtutes ad tempe-
rantiam pertinentes. Per modum hic quoque intelligi poteſt modeſtia ſeu actio mode-
rata. Quantumlibet ergo forinſecus impugnemur, tentemur, pulſemur, non admittamus ali-
quam vehementiam paſſionum, aut indecentiam morum, ſed pacem pectoris conſerue-
mus. Hic nanque eſt proprius præcipuusque effectus virtutum, ſeruare hominem in omni
euentu imperturbatum, ita vt vultus eius non mutetur amplius in diuerſa.

¶ De definitionibus ſeu deſcriptionibus monachi.

Articulus IIII.

Mona

D

MOnachus eſt ordo & conſiſtentia incorporalium in corpore mortali, & ſordido conſummatus.] Climacus ponit hic quinq; deſcriptiones ſeu notificationes monachi. Infra quoq; XXII. capitulo ponit alias quaſdam, vt ibi deo præſtãte patebit. Sunt autem deſcriptiones iſtæ pie interpretandæ, atque ſecundum mentem authoris accipiendæ; & dantur de monacho ſecundum ſupremum ſuæ perfectionis, & ſecundum ſtatum ſuum perfectum. Itaque cum ait: Monachns eſt ordo & conſiſtentia, ſumenda ſunt nomina iſta ſubſtantiua, quorum vnum eſt abſtractum pro adiectiuis concretis, vt ſit ſenſus: Monachus eſt ordo & conſiſtentia incorporalium, id eſt, homo ordinatus & conſiſtens inſtar inuiſibilium angelorum, conſummatus in omni virtute in corpore mortali ac ſordido, hoc eſt, in carne mortali immunditijs plena. Cum enim ad omnem pertineat Chriſtianum habere ſe in omnibus ordinate, decenter, honeſte, iuxta illud Apoſto-

1. Cori. 14 li: Omnia honeſte & ſecundum ordinem fiant in vobis, iſtud tamen ad religioſos potiſſime ſpectat. Propter quod ipſa clauſtralis religio, obſeruantia, ſeu profeſſio dicitur ordo. Hinc ad inſinuandum quàm ordinatiſſime debeat monachus ſe habere, potius ait monachus eſt ordo, quàm monachus eſt res ordinate ſe habens. Monachus igitur oĩa agere debet loco & tempore oportunis cum omni diſcretione atque modeſtia. Angelicum quoque vitam ducere debet in terra, actibus quoque vacare cœleſtibus ac internis, deum contemplando, amando, orando, laudando, ac iugiter honorando. Secunda de- E ſcriptio eſt: [Monachus eſt, qui ſecundum ea quæ dei ſunt agit, cogitat, & loquitur, C H R I S T O vnitus omni tempore, loco, & negocio.] Si verba iſta accipiantur vt ſonant, & iacent, nulli tam proprie competit iſta deſcriptio monachi, ſicut beatis in patria, vt facile eſt penſare. Rurſus ſecundum talem verborum iſtorum acceptionem, omnis homo heroicus & perfectus exiſteret monachus, nec aliquis eſſet monachus niſi perfectus. Eſt igitur ſenſus: Monachus eſt homo religioſus, qui ſolum agit meditatur cupit ac loquitur ea que deo ſunt placita, ita quod talia ſolummodo agit ex intentione quamuis interdum ex humana fragilitate contra ſuum propoſitum veniales incidat culpas. Hoc quippe ad monachum maxime pertinet, vt omnes ſuas cogitationes, affectiones, verba & opera dirigat iuxta diuinæ legis tenorem, & ſuæ religionis inſtitutionem, omneſque actus ſuos ex virtutibus & charitate principiet ac producat, atque ad dei honorem ac beatificum finem ordinet eos, ſicque vnitus ſit C H R I S T O actualiter, aut ſaltem habitualiter omni tempore, loco, negocio. Nam quamuis impoſſibile ſit defectuoſitati humanæ actualiter eſſe vnitum Chriſto in omnibus iſtis indeſinenter. Ad hoc tamen monachus infatigabiliter niti debet, vt de die in diem ſtabilius, frequentius, ſynceriuſque vnitus ſit deo, & pro hoc impetrãdo iugiter oret, vt ſuſpiret ad creato-

Pſalm. 24 rem, exemplo prophetæ dicentis: Oculi mei ſemper ad dominum. Hinc innoteſcit quod F monachus aſſueſcere debet leuare cor ſuum ad D E V M, non ſolum in diuino officio, ſed item in menſa, in lecto, in labore & ſtudio, in via, in colloquio, imo & in ſcribendo. Deſcriptio tertia eſt: [Monachus eſt violentia naturæ indeſinens, & cuſtodia ſenſuum indeficiens.] Hoc eſt, monachus eſt indeſinens violentator, fractor, ſeu abnegator ſuïpſius, ſeu propriæ voluntatis, & affectionum naturæ infectæ, indeficiens quoque cuſtos ſenſuum ſuorum externorum & internorum. Spectat nanque ad monachum mortificare & vincere in cunctis ſeipſum, & coram altiſſimo ſemper eſſe ſolicitum, timoratum, & cuſtoditum. Quales ergo ſunt monachi, qui ſunt oculis vagi, etiam in diuinis, & incuſtoditi in ſenſibus ſuis. Deſcriptio quarta eſt: [Monachus eſt ſanctificatum corpus, & expurgatum os, & illuminata mens.] Hæc eſt deſcriptio totius integralis per partes ſuas. Itaque monachus eſt ſanctificatum corpus, id eſt, homo habens corpus diuino cultui conſecratum, à carnalibus inquinamentis mundatum, virtuoſis actibus occupatum, habens quoque os à loquacitate & omni exceſſu verborum purificatum, & mentem illuminatam ad contemplandum diuina. Quinta deſcriptio eſt: [Monachus eſt mœrens & dolens anima indefinentis mortis memoria, excitans, vigilans, & dormiens.] In hac deſcriptione rurſus accipitur pars pro toto ſeu principalis pars hominis pro toto homine. Et ſumitur hic genus pro ſpecie, vtpote anima pro anima rationali. Tamen differentia ſatis inſinuatur per verba animam determinãtia in deſcriptione hac ipſa. Monachus ergo eſt anima, nam & anima iuxta Philoſophum, homo eſt maxime ſuus intellectus. Eſt etiam monachus anima, id eſt, rationalis creatura, ſeu homo religioſus mœrens do-

lens



A lẽs ex iugi mortis memoria, ita vt in mortis memoria includãt rigor diuini iudicij, conſideratio infernalis purgatorijq; ſupplicij, proprioꝝ q̃q; attẽtio pctõꝝ. Nõ eñi eſt monachi ex ſola mortis recordatione mœrere atq; dolere, ſed inquãtũ mors eſt terminus vitæ pręſentis, in quo ſit peculiare iudicium, id eſt, retributio meritoꝝ. Vnde ex omniũ horum peruigili penſatione, debet religioſus aſſidue conteri, contriſtari ac pœniteri, id eſt, ſua atq; totius mundi peccata deflere, inanes quoque conſolatiunculas totis præcordijs deteſtari, vt dicere queat cum Ieremia: Diem hominis non concupiui. Et cum venerabili Sara: Nunquam cum ludentibus miſcui me, nec cum his qui in leuitate ambulant participem me præbui. Veruntamen exercitatio iſta pœnitentialis debet diſcretione ornari, vt viciſſim ꝑ ſerenioris cõſcĩẽtiæ itinera ambulet, & recreatio moderata non aſpernet, ne humani cordis imbecillitas obruat põdere grauiori. Quẽadmodũ in ſecũdo volumine collationũ patrũ plenius edocet in collatione Abrahæ anachoritæ. Denique monachus debet ſic eſſe mœrẽs ac dolẽs, excitãs, vigilãs & dormiẽs, hoc eſt, tã operando q̃ vigilãdo dormiendo, iuxta quem modum ſcriptum eſt: Erunt verba domini in corde tuo, & meditaberis ea ſedens in domo tua, & ambulans in itinere, & dormiens atque conſurgens. Quocirca queri poteſt q̃liter valeant iſta in ſomno fieri ac impleri. Et reſpondẽdũ, q̃d in hoĩe cõtemplatiuo, quieto ac ſobrio ex cõtinuis occupationibus virtuoſis ac ſerioſis in

B vigilia habitis, producũtur frequenter ſalubres meditationes, imo & profundiſſimæ ac ſynceriſſimæ conſpurcationes in ſomno ꝑſertim cooperante ad hoc cauſa ſuperiore vel deo aut angelo ſancto, ſecũdum quod ſcriptum eſt: Per ſomnum in viſione nocturna, quando ſopor irruit ſuper homines & dormiũt in lectulo, aperit deus aures virorum, & erudiens inſtruit diſciplinam. Poſtremo ex præinductis conſiderationibus monachi ſolerter penſet quilibet noſtrum an vere ſit monachus. Quomodo enim monachus poterit appellari, qui leuis eſt corde & moribus diſſolutus, qui nõ cuſtodit os ſuum, nec ſilentium diligenter obſeruat, qui ad exteriora aſpirat, aut præeſſe molitur, qui corpus ſuum per immoderantiam grauat, & animam ſuam ſomnolẽtia lædit aut per acediam perit.

¶ Proſecutio expoſitionis huius capituli, & q̃d ſit abdicatio mũdi. De tribus quoq; cauſis relinquẽdi mũdana, & q̃ neceſſarium ſit habere ſpiritalem rectorem. Articulus V.

REceſſus à mundo & abdicatio mundi, eſt voluntarium odium laudatæ materiæ,] id eſt, mundanæ ſubſtantiæ & oĩm ſeculariũ reꝝ, quas laudant & appreciant ſeculi amatores. Quæ odiẽdæ ſunt ſponte, nõ quantũ ad id q̃d ſubſtantialiter extant, atq; à creatore ſortitæ ſunt, ſed inquantũ à ſpirituali profectu impediũt, & ſanctæ charitatis puritatẽ obfuſcãt. Et itẽ reſpectu ac cõparatione boni increati, æterni, & infiniti, ac diuinorũ chariſmatũ. Iuxta quẽ ſenſum ait Apoſtolus: Exiſtimo oĩa detrimentũ eſſe, propter e-

C minentẽ ſcientiã dñi nr̃i Ieſu Chriſti, propter quẽ oĩa arbitror vt ſtercora, vt Chr̃m lucrifaciã. [Et abnegatio naturæ propter ſortionẽ] ſeu adeptionẽ [eoꝝ q̃ ſunt ſupra naturã]. i. abdicatio iſta & abnegatio ſuïpſius, ſeu reformatio naturaliũ affectionũ vel derelictio bonoꝝ naturæ intuitu & amore obtinẽdi ſupnaturalia bona, vtpote dona gr̃æ in præſenti, & munera gloriæ in futuro. Quæ incõparabiliter præſtãtiora ſunt bonis naturæ atq; fortunæ. Idcirco q bona iſta naturæ præferũt donis ſupnaturalibus gr̃æ ac virtutũ, vitio puerilitatis q̃d dono ſapiẽtię opponit ſeducunt, & vere ac miſerabiliter pueriles ac ſtolidi nũcupant. De q̃bus ait ſcriptura: Stultoꝝ infinitus eſt numerus. Pro q̃bus ſemꝑ orare debemus & ſolicitari, ne & nos in eoꝝ catalogo deputemur. Propterea monet Apoſtolus: Nolite pueri effici ſenſibus [vniuerſi ꝓpte relinquẽtes ea q̃ ſunt huius mundi & vitæ ꝑſentis]. i. diuitias, delitias, honores, vanitates, proſperitates, & libertates ſeculi huius [fecerunt hoc propter futurum regnum, aut propter multitudinem peccatorũ aut propter charitatem in deum.] Hic tangitur triplex motiuum ſeu cauſa & ratio abrenunciandi & bene agendi. Prima eſt deſiderium regni cœleſtis, ſeu amor præmij. Vnde ait: Propter futurum regnum. Secunda eſt timor ſupplicij ſeu quæuis aduerſitas. Vnde ſubiungit: Aut propter multitudinem peccatorum, hoc eſt, ex cõſideratione pœnarum, quas ſe promeruiſſe attendit per vitia ſua. Si quis autem reliquerit mundum ac priſtina vitia ex ipſa deteſtatione & abominatiõe ſuoꝝ exceſſuũ ꝓpter enormitatẽ & turpitudinẽ eoꝝ in ſe, & inquãtũ ſunt deo cõtraria eiuſq; offenſiua, hoc ꝑtinet magis ad tertiã cauſam, de q̃ ſubdit: aut propt charitatẽ in deũ, hoc ẽ, ex pura dilectiõe ad deũ & zelo diuini honoris, vt. ſ. deũ ꝑfectius veneret, cordialiꝰ amplectat, ſyncerius, atq; frequẽtius cõtẽple-

tur ac

tur,ac amet ardentius. Et iſtud eſt perfectorum & filiorum ac amicorum,qui non intui- D
tu proprij præmij, nec horrore tormenti, ſed ex puro, irreflexo, & non reciproco amore
diuino,ad deum & vitam religioſam conuerſi ſunt,ac domino ſeruiunt. Et iſti à perfecti
one quodammodo inceperunt. Inter quos fuerunt beatus Anthonius,Benedictus, Au-
guſtinus,Bernardus,& alij quidam deſuper gratioſiſſime mirabiliterq́; præuenti. Porro
ex ſolo deſiderio præmij,aut ſolo timore ſupplicij mūdum relinquere & facere bona ex
genere, non eſt meritorium apud deum, ſed ad mercenarios & ſeruos ſeruiliter metuē-
tes id pertinet. Nil autem eſt meritorium vitæ æternæ,niſi procedat ex charitate. Si vero
fiat partim ex dei amore & partim ex affectu mercedis , ſeu timore damnationis, aut ex
quacunq; aduerſitate,meritorium eſt. Affectio etenim charitatis quantumcunq; ſit par-
ua,maior & fortior eſt omni alia affectione. Nam & minima charitas plus diligit deum
quàm maxima cupiditas mundum,plus,inquam,appreciatiue & electiue,quamuis non
intenſiue. Præterea ſi quis ex ſolo deſiderio præmij aut ſolo horrore tormenti mundum
relinquat,poſtmodum tamē proficiat,& ex charitate proſequatur, quod ex naturali af-
fectione aut fide informi exorſus eſt,nil obeſt eidem ſic incepiſſe,nec à perfectione impe
dit eum. Nam & Paulus primus eremita ex timore pœnarum reliquit mundum. Et ab-
bas Moyſes ex ſimili cauſa occaſionem conuerſionis accepit. De hac materia diffuſe ha-
betur in primo collationum volumine. [Si vero nulla prędictarum intentionum ſint in E
illis,irrationabilis extitit receſſus eorum,]id eſt,ſi non relinquerunt mundum ex aliqua
trium cauſarum nunc prætractarum, irrationabiliter receſſerunt à ſeculo ad vitam mo-
naſticam. Verum qualis inuenietur finis]ſeu terminus[viæ noſtræ, talis ſuſcipietur à Ie-
ſu Chriſto bono poſitore noſtrorum agonum,]hoc eſt, Chriſtus qui eſt bonus inſtitu-
tor & iudex noſtrorum certaminum, talem iudicabit finem noſtrum ſeu terminum vi-
tæ noſtræ,qualem inuenerit eum, imo tales iudicabit noſipſos, quales inuenerit nos in
fine vitæ noſtræ,puta in morte. Si enim inuenerit nos tunc in charitate ſeu ſtatu ſalutis,
ſaluabit nos in æternum,ſtatim aut poſt debitam purgationem. Si autem inuenerit nos
tūc in auerſione à deo ſeu in culpa mortali,æternaliter nos damnabit. Nempe in illa diſ-
poſitione ſeu affectione permanet anima ſine fine,in qua terminat vitam hanc, & rece-
Ecclēs.11 det à corpore. Propter quod Salomon ait: Vbicunq; ceciderit lignum,ibi erit,ſiue ad au-
ſtrum,ſiue ad aquilonem. Damaſcenus quoq; diſſeruit: Quod angelis eſt ruina,hoc ho-
minibus mors. Et Auguſtinus: Talem,inquit,vnūquenq; inueniet nouiſſimus dies,qua-
lem eum inuenerit ſuus vltimus dies. Tanto ergo timoratiores & humiliores eſſe debe
mus,quāto plus ignoramus qualis in vltimo vitæ huius inſtanti reperiemur. Vnde hor-
1.Cor.10 tatur Apoſtolus: Qui ſtat,videat ne cadat. Habemus autem indefinentem agonem ſiue
2.Timo.2 luctamen contra hoſtes noſtræ ſalutis. De quo loquitur Paulus: Non coronatur niſi qui F
1Tim.6 legittime certauerit. Et rurſus: Certa bonum certamen fidei. Quod certamen Chriſtus
inſtituit qui præcepit nobis reluctari hoſtibus noſtræ ſalutis. [Qui ingreſſus es de mun-
do ad diſpergendum ac deſtruendum pondus peccatorum tuorum , imitare eos qui ex-
tra ciuitatem ante ſepulchrum ſedent.]Hoc eſt,ita deplange mortem animæ tuæ,ſeu vi-
tia tua, quemadmodum illi deplorant corporalem mortem charorum ac propinquorū
ſuorum,imo quo mors animæ extat deterior ac periculoſior morte corporea,eo ampli-
us eſt deflenda. Propter quod loquitur Auguſtinus: An non ſunt in te viſcera pietatis
Chriſtianæ,vt deplores corpus à quo receſſit anima,& non lugeas animam à qua receſ-
ſit deus. Hinc ſubditur:[& non ceſſes à calidis & ignitis lachrymarum guttis, nec ab eiu-
latibus cordis abſq; voce,quouſq; & tu videas Ieſum Chriſtum venientem & reuoluen-
tem]ſeu deponentem[lapidem cæcitatis cordis & liberantem Syrum Lazarum] vtpote
mentem tuam [à peccatis & iubentem angelis ſuis miniſtris: ſoluite iſtum à paſſionibus
& peccatis,& ſinite abire ad beatam impaſſibilitatem]hoc eſt, ad perfectam reformati-
onem à motibus paſſionum. [Si vero non ſic,]id eſt,ſi ita nō egeris [nihil proficies]hoc
videtur eſſe metuendū ac arduū verbū,cum perpauci videātur hæc obſeruare. Deniq; lo
quitur author hic parabolico modo ſumens hunc modum loquendi ex euangelio Iohan-
nis , vbi leguntur Maria Magdalena & Martha ſediſſe ante ſepulchrum fratris ſui La-
zari Syri, quia Iudæa extat pars Syriæ, & fleuiſſe ibidem quouſq; Chriſtus venit ad eas,
& iuſſit lapidem tolli à monumento,ſuſcitauitq́; Lazarum,& dixit apoſtolis: Soluite &
ſinite abire. Quo facto ſorores eius ceſſauerūt à lachrymis,& conſolatę ſunt vehemēter.
Sic er-



A *Sic ergo religioſus debet ſeipſum deflere & cordialiter lamentari inſtar dicentis: Affli-* Pſalm.37
ctus ſum & humiliatus ſum nimis,rugiebam à gemitu cordis mei. [Quouſq; videat] .i.
per conſolationem internā & gratiæ operationem experiat,& ſpiritaliter contempletur
Chriſtū ſibi aduenientē per vitioꝝ ſuoꝝ remiſſionē , ſicq́; reuoluentē à corde ſuo lapidē
cæcitatis ſuæ mentalis. Qui lapis eſt cordis duritia,conſuetudo praua,& quæcūq; culpa
mortalis,q̄ quaſi ſaxo grauiſſimo premit aīa. Iubet aūt ſaluator angelis ſanctis vt ſoluāt
nos,qm̄ angeli deo præcipiēte cooperant nr̄æ ſaluti,& animas noſtras illuminando,con
ſolando ac roborando ſoluunt eas à reliquis vitioꝝ atq; immoderantijs paſſionū, ita vt
currāt alacriter ad reformationē completam. Poſſunt q̄q; per angelos intelligi ſacerdo-
tes, q confitentes abſoluunt ex inſtituto diuino, nam ſacerdos dr̄ angelus dn̄i exercituū
in Malachia propheta. Porro q aqueas lachrymas neſcit effundere,igneas fundat ſpirita Malach.2
liter lachrymādo[Quicūq; ex Aegypto & Pharaone exire & fugere volumus].i. de hoc
ſeculo nequam & principe iniquoꝝ diabolo,per Pharaonē deſignato,egredi affectamus
[penitus indigemus Moyſe aliquo mediatore ad deū]puta prælato ac duce,q ſit media-
tor inter deum & nos,ſcd̄m q̄d Moyſes dixit ad filios Iſrael: Ego ſequeſter fui inter deū Deuter.5
& vos[quatenus prelatus noſter medius pro nobis exiſtens actu & theoria]. i. operatio-
ne & contemplatione præcedēdo & dirigendo nos per vtrunq; [manus extēdat ad deū]
orando pro nobis[vt ſub eius ducatu trāſeamus recte mare pctōꝝ]. i. inquietudinem ac
B abundantiam vitioꝝ euadamus ſine obliquitate iniquitatis, eundo ſemper per regiam
viam[& Amalech paſſionū]. i. impugnationes ac impetus irrationabiliū motuū[trium-
phando vincamus] oratione ac ope nr̄i rectoris,quemadmodū filij Iſrael ſuperauerunt
Amalech, Moyſe extendente manus ad deum pro eis. [Seducti ergo fuerūt confidentes Exodi 17
in ſeipſis,& ſuſpicantes ſe nullo duce dirigente indigere.]Tales eñ voluerunt eſſe magi
ſtri anteq̄ fuerunt diſcipuli,& à ſeipſis diſcere præſumpſerunt modum & artem vitę ſpi-
ritalis monaſticæ ac internæ, & qualiter contra inuiſibiles dimicandū ſit hoſtes,atq; cō-
pendioſius proficiendū,cum tn̄ ad iſta requirat peritia , illuminatio & exercitatio maxi-
ma. Hinc ſancti patres dixerunt, neminē debere ad vitam Anacharitică ſolitariāq́; pro-
cedere,niſi prius bene exercitatus & reformatus eſſet in clauſtro. Veruntamen quidā ex-
ſingulari gr̄a ſine humano ducatu in ſolitudine perfectionem adepti ſunt, q tn̄ in ſeipſis
nullatenus confidebant. [Et filij Iſrael exeuntes de Agypto habuerunt Moyſen ducem.
Exeuntes vero de Sodomis] vz vxor Loth ac filiæ ipſius,[habuerunt angelum ducem.
Et primi aſſimulantur eis , qui à ſpiritualibus paſſionibus ſanant per curam & ſtudium
medicoꝝ.] hoc eſt,filij Iſrael ex Aegypto educti ſumunt ad figurandum ac deſignandū
C eos,qui curātur à ſpiritalibus vitijs,q̄bus impugnant,vz à ſuperbia,vana gloria,inuidia,
triſtitia: curātur,inquam,per piam diligentiā ac conatum prælatoꝝ ſuoꝝ,q hn̄t ſe circa
ipſos condeſcenter & compaſſiue vt medici pij,non iniungendo eis tam arduas abſtinen
tias atq; vigilias,ne ex eis amplius extollantur,maioriq́; gloria vana pulſentur. Vnde vt
recitat Caſſianus,ſancti patres & fratres in eremo infuderunt vnam olei guttam ſuo ci-
bo ad repellendum vanam gloriā de abſtinentia duriore[& iſti ſunt q ex Aegypto egre
diuntur]. i. hi præfigurati ſunt per filios Iſrael de Aegypto egreſſos,nam & hi de hoc ſe-
culo quaſi de Aegypto exire dicuntur. [Secundi vero aſſimulant his]. i. egreſſi de Sodo-
mis accipiuntur ad deſignandum eos [q deſiderant expoliare immunditiā corporis ad-
uerſantis]. i. ſeipſos expurgare conantur à paſſionibus & vitijs carnalibus,ſc; gula,luxu-
ria,auaritia,& eis annexis[propter q̄d indigent duce angelo]puta viro angelico pręſidē-
te, q per rigorem abſtinentiæ auſteritatemq́; vitæ & corporis mortificationē doceat eos
vitia illa penitus extirpare[ſecūdū eñ corruptionē plagaꝝ indigemus artifice & medico
magis perito]. i. q̄ grauius corrupti & lęſi ſumus in aīa,eo plus indigemus pręlato ac du-
ce magis exercitato , diſcreto ac virtuoſo: quemadmodū etiam ad ſanandum grauiora
corporis vulnera,reqritur in medico maior peritia. Sed contra hæc obijci poteſt,qm̄ vi-
tia ſpūalia ſunt grauiora q̄ carnalia, loquendo in gn̄e,vt ait Gregorius, ergo ad extirpā-
da ſpiritualia vitia requirit prælatus magis angelicus & perfectus. Rurſus experientia do
cet,ꝙ religioſus multo facilius celeriusq́; curatur ab omni auaritia , q̄ à vana gloria,ela-
tione atq; pigritia, vt etiam in Collationibus patrū habetur. Et reſpondendum,ꝙ q̄uis
iſta ſint vera,nihilominus paſſiones gulæ & iniuriæ ita inuiſceratæ & naturales ſunt ho-
mini,ꝙ difficilimū eſt eas plene & integre reformare. Nam & vis concupiſcibilis eſt ma-
bb gis

gis infecta in hoīe q̃ iraſcibilis & rationalis . Religioſus quoq; vitio auaritiæ ſemel cor D
ruptus,valde difficulter curatur ab eo,vt in Collationibus dicitur.[Violentia vero & cō
tinuis laboribus & doloribus egent, qui cum corpore cælū intrare conantur].i.qui car-
ne circūdati conantur contemplari cæleſtia, & conuerſationē habere in cælis,atq; in ter
ris angelicam ducere vitā [& pſertim in prohæmijs] ſeu exordio] abrenunciatiōis ipoꝝ,
quouſq; mos noſter amator concupiſcentiaꝝ & concupiſcibiliū,& cor ſine dolore con-
uertantur per luctū efficacē in diuinū amorem & ſanctificationē].i.priſtinus noſter affe
ctus quo aſſueti ſumus concupiſcibilia huius mundi & carnis appetere , & cor noſtꝝ q̊d
ſine ſalubri compunctiōis dolore eſt,impleantur ſpiritali amore,& puritate interna : ad
q̊d per luctū efficacem pertingit,lachrymoſę etēm ꝓces maxime ſunt virtutis,& oīa ipe-
trant à pijſſimo dn̄o.[Anguſtia nāq; & vere anguſtia eſt & multa inuiſibilis amaritudo,
potiſſime cōuerſantibus negligēter,donec canē vic; ,intellectū noſtrū immunde aman-
tem macellū & cibos,fecerimus amatorē caſti & cuiuſcunq; viſitationis per ſimplicitatē
& profundā iniraſcibilitatē & ſolicitū ſtudiū] hoc eſt: Magna valde ꝑſſura & amaritu
do interior ineſt nobis adhuc imperfectis,& maxīe negligentibus, q̊uſq; intellectū nr̄m
inſtar canis aſſuetū amare delectabilia carni,& cōſentire ſupfluis ac immūdis:fecerimus
amatorē caſtitatis ac puritatis:ac cuiuſlibet viſitationis.i.tribulationis & caſtigatiōis ſeu
correptionis & correctionis: q̊d fit ꝑ hoc q̊d damus nos ad columbinā ſimplicitatē,& ꝓ E
fundā manſuetudinem,& ad ſolicitū ſtudium circa ſpiritalia ac diuina.Qui eñ carnalia
appetunt,frequenter ſunt duplices corde, atq; per quaſdā verſutias quærūt adipiſci quæ
ſi deſint faciliter iraſcuntur & indignantur etiā ſuperioribus ſuis. Tales quoq; præferūt
bonum delectabile,& propria cōmoda bono honeſto,refugiūtq; pro ſuis exceſſibus vi-
ſitari & corripi ac puniri,& potius ſtudēt circa appetibilia,q̃ ſua circa ſalubria & interna.
Incipientibus ergo,via ſalutis & obſeruantia regularis anguſta & amara videtur,præſer
tim ſi negligentes exiſtant, quouſq; per præfatas virtutes puta ſimplicitatē & mititatē &
exercitationē ſpiritalem mens eoꝝ transformetur in affectū boni honeſti, & delectetur
in his quæ ſaluti ſuæ veraciter proſunt.Interea conſtat,ꝙ quanto quis occupat ſe inten-
ſius ac frequentius circa diuina & interiora,tanto minus curat carnalia . Vnde Hierony.
dixit:Ama ſtudia ſcipturaꝝ,& carnis vitia non amabis.Cum eñ quis in ſpiritalibus de
lectatur,& per aſſuefactionē illis ex corde afficitur,ſenſualia deteſtatur. Hinc ſancti viri
Bernardus,abbas Paſtor,& alij multi iuerunt ad corporalem refectionem quaſi ad car-
cerē.[Veruntamē cōfidamus nos vitioſi & ſine virtutibus.] Verba hæc implicare viden
tur. Qui eñ eſt vitioſus & ſine virtutibus:q̃diu talis eſt,non pōt confidere ſicut hic dicit.
Eſt itaq; ſenſus. Nos vitioſi & ſine virtutibus,hoc eſt,nos imperfecti & in virtutibus de- F
fectuoſi carentes perfectis virtutibus,non deſperemus ſed cōfidamus in pietate diuina,
[offerentes Chriſto Ieſu cum fide conſtanti & indubitanti dextera manu noſtra] .i. vir-
tute ſalubriter operatiua ſeu practico intellectu per fidem & gratiā informato [noſtrā
infirmitatem & animalem impotentiam noſtram]hoc eſt,pronitatē noſtrā ad vitia, in-
fectionēq; fomitis,& difficultatem ac tarditatē ad opera virtuoſa[& cōfitentes] eaſdem
hūiliter,tam confeſſione ſacramentali, q̃ accuſatione ꝓpriæ calamitatis ac peruerſitatis
aſſidua.[Et oīno ipſius adiutoriū etiā ſupra noſtrā dignitatē reportabimus] i.ſic agēdo
obtinebimus auxiliū gratiæ dei vltra merita noſtra.Deus eñ per infinitā ſuæ pietatis ac
liberalitatis plenitudinē,inæſtimabiliter tranſcendit ſupplicantiū vota ac merita. Hanc
ergo noſtrā infirmitatē & impotentiā debemus Chr̄o offerre fide cōſtanti , non q̃ſi mi-
nus acceptū aut hoſtiā ei placentē,ſed debemus eas ei offerre,hoc eſt,ꝑſentare cōſideran
do,cōfitendo ac deplorando eaſdē cū fide certiſſima impetrādi miſericordiā,& gratiam
Iob 13 ſaluatoris.Quēadmodū S.Iob.Vias meas in cōſpectu eius arguā, & ipē erit ſaluator me-
us.Et Pſam.delictū,inquit,meū cognitū tibi feci,& iniuſtitiā meā nō abſcōdi.Dixi con
Pſalm. 13 fitebor aduerſum me iniuſtitiā meā dn̄o,& tu remiſiſti iniquitatē pc̄ti mei.In verbis aūt
præhabitis Climacus ex hūilitate cōmunerat ſe impfectis & defectuoſis, cū tñ perfectus
Eſaiæ 53 eſſet virq; heroicus ſeu diuinus:Iuxta quemmodū loqtur Iſaias. Omnes nos quaſi oues
Eſdræ 9 errauimus.Eſdras q̊q;.Peccata inquiens noſtra creuerunt vſq; ad cœlum.[Cognoſcant
omnes accedentes ad hunc agonē pulchꝝ,arctū & durū & leuem,quod aduenerunt inſi
lire in ignem,ſi tamen recipiunt ignem immaterialē habitare in ſeipſis.]Per agonem in-
telligit ſpiritalem militiam ſeu abrenunciationē mundi,& cōuerſationē monaſticā q̃ eſt
grauis



A grauiſpugna contra hoſtes humanæ ſalutis. Qui agon dicitur pulcher cum ſit virtuo-
ſus,virtute aūt nihil pulchrius eſt, & arctus ſeu ſtrictus,quia conſiſtit in medio,à quo nō
declinare extat difficile:ac durus,quia incipientibus ac puſillis eſt ſæpe laborioſus:perfe-
ctis autem ac feruidis,eſt leuis,dulcis ac facilis,quemadmodum ait Chriſtus:Iugum meū Matth. 11
ſuaue eſt,& onus meum leue. Qui ergo agonem iſtum aggrediuntur,ſciant ſe ad hoc
venire ad ipſum, vt ignem inſilant,id eſt,tribulationes & tentationes ſuſtineant , iugi-
terq; ſanctis exerceantur laboribus. De quo igne ait dominus per Zachariam:Ducam Zach. 13
eos per ignem.Et Pſalmiſta:Tranſiuimus, ait, per ignem & aquam. Venerunt quoq; Pſalmo 85
inſilire ignem, hoc eſt,ardorem concupiſcentiæ impugnare, & aggredi ad extinguendū
eundem.Rurſus venerunt inſilire ignem, vtpote ad hoc,vt diuini amoris feruori ſe inge
rant,& abſorbeantur in deum,de q̃ ait ſcriptura:Etenim deus noſter ignis conſumēs eſt. Deut. 4
Hoc itaq; ſciant,ſi tñ recipiunt,admittunt ſeu credunt immaterialem ignem,de quo iſta
intelliguntur,habitare & reſidere in ipſis. Vnde affirmat & dn̄s: Ignē veni mittere in ter- Lucæ 12
ram.[Probet aūt vnuſquiſq; ſeipſum].i.diſcutiendo conſcientiā ſuam,& experiendo vi
res proprias, ſeq; probatū exhibeat[& ſic edat de pane ipſius,].i.exercitijs huius agonis
reficiat mentem ſuam[cum lactucis agreſtibus].i.duris & aſperis diſciplinis ac pœnitē-
tiæ actibus[& ex calice ipſius bibat cum lachrymis] .i.poculo huius agonis vtatur cum
fletu ſalubri, iuxta id Pſalm.Poculum meum cum fletu miſcebam. Poculum aūt huius Pſalm. 101
agonis, eſt conſolatio ſpiritalis annexa actibus bonis. propter quam agon hic dicitur Eccl. 11
leuis ac dulcis quę conſolatio temperanda eſt miſcendaq; fletui,vt in die bonoꝝ memo
res ſumus maloꝝ,nec vnq̃ inaniter reſoluamur [vt nō ſibijpſi in iudiciū militet]hoc eſt,
B ne grauiorē damnationem incurrat ex hoc,ꝙ agonem iſtū aggreſſus eſt,in quo non di-
micauit viriliter,ſed acediæ,negligētiæ,cæteriſq; peccatis ſuccubuit.Nam vt beatiſſmus
princeps apoſtoloꝝ teſtatur. Melius erat non cognoſcere viam iuſtitiæ,q̃ poſt agnitio- 2. Petri 2
nem retrorſum reuerti.Dum ergo religioſus corripitur,caſtigatur,deſpicitur,ſubſanna-
tur,laborat,eſurit,ſitit,laſſatur & multipliciter tribulatur,nequaq̃ deficiat aut frangatur,
nec puſillanimis fiat:ſed cur venerit penſet,impleatq; quod Iacobus docet apoſt.Omne Iacobi 1
gaudiū exiſtimate fratres,cum in tentationes varias incideritis. [Si non omnis,qui ba-
ptizatur ſaluatur:quod ſeqtur tacebo] Cum ſcriptum ſit:Multi ſunt vocati,pauci vero Matth. 22
electi,conſtat ꝙ eoꝝ qui baptizātur maior pars pereat.Sed quid ſequitur inde, & cur au
thor tacuit illud? Certe inde elici pōt,ꝙ nō oēs ſaluantur qui ſpiritalem agonē accedūt,
religionēve intrant, ſed qui in ea digne proficiunt, & perſeuerant vſq; in finem. Quod
ideo tacuiſſe videtur,ne forte auerteret quenq̃ à religionis propoſito. Vel tacuit hoc,qm̄
ſatis elici pōt ex dictis:ſiue vt nobis relinqueret conſiderationis diligentioris occaſionē.
[Omnia abnegabunt,omnia contemnent,deridebunt,excutient accedentes,vt bonū ia-
ciant fundamentū].i.qui ad vitam religioſam accedūt,vt in ea bene ſe fundent & digne
incipiant,debent abnegare,cōtemnere, deridere atq; abijcere oīa iſta terrena,& qcquid
C aduerſatur eoꝝ profectui ac ſaluti,vt in vera paupertate,obedientia, humilitate & mor-
tificatione propriæ ſenſualitatis à voluntatis ſe fundent. [Pulchra & bona & triangu-
laris eſt domus.i.ſpiritalis ſtructura , quam cupit religioſus ædificare in aīa ſua , vt in ea
ſpūs ſanctus moretur,eſt pulchra decore virtutum,& bona qa deo accepta,& triangula-
ris ad laudem & gloriam ſuperaltiſſimæ trinitatis[ſecundum ꝙ tres columnæ qbus ful-
citur & innititur ſunt in ea.]Vnde ſubiungitur[& trium columnaꝝ fundamentum] .i.
fundamentum domus iſtius eſt fundamentū trium columnaꝝ,quę in ea figunt,& ſunt.
[innocentia,ieiunium humile,& caſtitas.]Oportet eñ in primis ad innocentiam quan-
dam reuerti , imo ad baptiſmalem innocentiā ſuo modo redire vt nemini noceat homo
ꝟbo aut facto, imo oībus proſit pro poſſe,orando,exemplariter conuerſando,bonā fa-
mam habendo, & item loquendo loco & tpe opportuno ſicut oportet & expedit. Hæc
innocentia valet contra concupiſcentiā oculoꝝ,ieiunium humile contra ſuperbiā vitæ,
caſtitas contra concupiſcentiā carnis. [Oēs in Chr̄o paruuli].i.puſilli & imperfecti[per
iſta innitent]hoc eſt,vitā religioſam incipient à fundamēto prædicto,& à tribus iſtis co-
lumnis, vt in primis ſtudeant ſeipſos & oīa ſua veraciter abnegare,deinde nulli nocere,
humiliter abſtinere,concupiſcentias penitus refrenare.Hic nanq; funiculus triplex rum
pitur difficulter[paruulos ſenſibiles in exemplum ſumentes] .i.à corporaliter infantulis Eccl. 4
accipientes exemplum,q̊d & Chriſtus facto & ꝟbis docuit eſſe agendum,qui aduocans

 paruulum

paruulũ ſtatuit eum in medio diſcipuloꝝ,dixitq́;: Niſi conuerſi fueritis & efficiamini ſi- D
cut paruuli,non intrabitis in regnum cœloꝝ.[In paruulis eñ nulla crudelitas,nulla du-
ritia,nulla fraus inuenitur,non inſatiabilis appetitus,non inſaturabilis venter, non cor-
pus libidinoſum:aut fures,ſed iuxta appoſitionem eſcarum creſcunt & calorẽ aſſumũt.]
In his ergo proprietatibus debemus eis aſſimulari & q̃to frequentius ſacramentis Chri-
ſti reficimur,eo plus proficere in magnitudine perfectiõis ac ſpiritali feruore debemus.
[Odibile vero & valde periculoſum eſt eũ qui certat]contra aduerſarios ſuæ ſalutis[eua
cuari]virtutibus[ſtatim à principio ſui certaminis,& vniuerſis hoſtibus animæ ſuæ dare
Lucæ 8 arma propriæ occiſionis.] Hoc dicitur contra eos qui cito reſiliunt à bono incepto,de q-
Hebræ. 12 bus in euangelio ait Saluator: ꝙ radices non habent qa ad tempus credũt ſeu bñ agũt:
Lucæ 14 ſed tempore tentationis deficiunt.Idcirco hortat̃ apoſtolus. Non fatigemini aĩs veſtris:
nondũ enim vſq; ad ſanguinẽ reſtitiſtis aduerſus pctm̃ repugnantes.Vnicuiq; talium ir-
riſorie dicitur.Quia hic homo cœpit ædificare,& non potuit conſummare.[Vtilitas no
bis eſt oĩno ex firmo principio,etiã in eo quod eſt poſt euacuationem]hoc eſt,poſt tepe
factionem & lapſum prouenit nobis vtilitas ex hoc quod ſemel feruenter fortiterq; in-
cepimus deo ſeruire,quod qualiter veꝝ ſit,conſequenter exponitur.[Anima nanq; viri-
liter agens]ad tẽpus[& rurſus ſubmiſſe]ſeu tepide[operans,à memoria prioris ſolicitu-
dinis quaſi ſtimulo pungetur].i.ex recordatione priſtinæ diligentiæ ſuæ atq; feruoris in
Apocal. 2 citabitur ad emendandum ſe,& ad hoc vt conetur redire ad primũ feruorẽ. Vñ in Apo-
cal. dicit̃ hoĩ tali. Memor eſto vnde excideris & pœnitentiã age, & prima opa fac. Hinc
in Vitas patrũ fertur de quodã fratre euacuato,ꝙ ad mentẽ rediens dixit: Quando inue
niam me talẽ,qualis aliq̃n fui,vz,tam alacrẽ & feruentẽ.Hoc figuratũ eſt ꝑ id q̃d S. Iob E
dixit:Quis mihi det vt ſim iuxta priſtinos menſes,q̃n deus ſecreto erat mecũ.Veruntñ in
ſe valde malũ eſt à primo feruore corruere.Iuxta illud in Apocal.Habeo aduerſum te,ꝙ
charitatem tuã primã reliquiſti.Imo interdum valde difficile eſt à tali tẽpore ad feruorẽ
redire,ſecundũ ꝙ dicit̃ ad Hebræ.Impoſſibile eſt eos qui ſemel ſunt illuminati,& prola-
pſi ſunt,rurſus renouari ad pœnitẽtiã,vbi impoſſibile pro difficili ſecundũ vnã expoſitio
nem accipitur.Verum deus miſericors electos ſuos ſic lapſos non deſerit, ſed reducit,de
quibus ſubiungitur. Propter quod & ex hoc, id eſt, ex recordatione prioris diligen-
tiæ ſuæ[quidã renouauerunt ſeipſos quaſi pennis & alis] redeundo vt dictum eſt,ad id
vnde exciderãt per orationes & compunctiones, per quas volauerũt ad illum primæuũ
ardorem quaſi per pennas & alas[Erant eñ ſicut aquilæ quæ dicũtur pennas proijcere]
.i. antiquas pennas deponere.Iſtud eſt renouari in interiori hoĩe iuxta quod ſcriptũ eſt:
Renouabitur vt aquilæ iuuentus tua. [Quando aĩa ſemetipſam prodens].i.vane oſten-
tans aut iactans[perdit calorem ſuperamabilem & beatum]vtpote charitatis ardorem
ſeu ſpiritũ ſanctum infinite amabilem,q eſt charitas ipſa, tũcq; amittitur,quando q ha-
bet eum peccat mortaliter[quærat diligenter qua cauſa ipſo priuatur,]hoc eſt, ſolerter F
conſideret pro qua culpa aut per quam occaſionem perdidit hunc calorem:[& cõtra illã
(cauſam) reaſſumat totum laborem & deſideriũ & pugnam & ſolicitudinẽ]vitando de
cætero talem cauſam cum omni labore, affectu,pugna & cura.[Non eſt enim poſſibile
ipſam animã reuerti per aliam portam niſi per quã exiuit] Porta iſta eſt cor,de q̃ exeunt
bona & mala.Sicut ergo per incuſtodiã cordis exitur à deo & peccatur, ita per cordis di
ligentiam ad deum reditur,& q̃d amiſſum eſt recuperat̃.Propter q̃d loquit̃ Iſaias:Redite
præuaricatores ad cor.Salomon q̃q;:Omni,inqt cuſtodia ſerua cor tuũ.Vel porta iſta eſt
os,per cuius inſipientem locutionẽ pctm̃ oſtentationis incurritur,& per oris refrenatio-
nem ac humilem confeſſionẽ virtus amiſſa rurſus acquirit̃. [Qui ex timore abrenuncia-
tionem facit comparatur quaſi ardenti incenſo in principijs ſuæ conuerſionis, ex bono
odore iniciante. Iſte bonus odor inicians ſeu inchoans opera bona eſt conſideratio ſiue
perceptio rigoris diuini iudicij,ac ęternalis ſupplicij,qui odor procedit ex timore de quo
loquitur modo. Loquitur autem nunc de timore pure ſeruili,ex quo poteſt quis magna
quædã peragere etiam cum feruore,non vtiq; charitatis,ſed cuiuſdam naturalis affectio
nis.Propter q̃d ita renuncians aſſimilatur ardenti incẽſo:ſed niſi quis ex tali timore pro
ficiat ad timorem initialem & filialem, tandem cadit & deficit à bono incepto ac perit.
Ideo ſubdit [vltimo vero in ſummum deſinente].i.tandẽ finẽ accipiente in ſummo ne-
gligentiæ ac torporis & culpæ[Qui vero ſpe mercedis facit abrenũciationẽ, molendinã





A aſinariũ conſtituitur ſemper ſimiliter motũ].i.tali molendino aſſimilat̃:nam ſicut mo-
lendinum illud aſſidue circũfertur vniformiter propter quæſtum ſeu lucrum, ita iſte in-
tuitu præmij ſui mouetur ad opera bona,permanens in eodem,neq; proficiſcens niſi ad
charitatem aſcendat.[Qui ex charitate diuina receſſum facit].i.mundũ relinquit[con-
feſtim poſſidet ignem in prohœmijs].i. in exordio ſuæ abrenunciationis habet ignem
feruentis deuotionis [& miſſus in anteriora ſuccendet vehemẽtiori combuſtione velut
ſyluam].i.in anteriora & viciniora ſaluti extendens ſeipſum,amplius incaleſcet & inten
ſiore flamma amoris conſumet quotidiana peccata, atq; præteritoꝝ vitioꝝ delebit rea-
tum,quemadmodũ Salomon ait:Vniuerſa delicta operit charitas.[Sunt quidã ædificã Prou. 10
tes ſuper petras latericeas,& ſunt alij q ſuper terrã firmauerunt columnas,& ſunt q am-
bulantes modicũ pedeſtre peragrarunt volocius confotis neruis eoꝝ & artubus.Qui in
telligit intelligat,verbum ſymbolicum eſt].i.ſimilitudinarium & obſcurum,idcirco dif-
ficile eſt certitudinaliter ſcire quid author intellexerit per hæc verba. Porro Chriſto te-
ſtante agnoſcimus ꝙ ſapientis ſit ædificare ſupra petram lapideam, quæ non cito frangi Matth. 7
poteſt neq; reſolui.Petra aũt latericea graue pondus diu ferre non poteſt,q̃uis videatur
pulchra ac dura:idcirco per ædificantes ſuper huiuſcemodi petram, poſſunt intelligi,qui
opera excellentis virtutis exercent, & contemplari conantur,cum nõ ſint in vera ac ſoli-
da humilitate,atq; in plena patientia ſatis bene fundati,idcirco dum irruit ſuper eos ten-
B tatio grauis,aut tribulationũ & iniuriaꝝ tempeſtas,vincuntur. Porro q ſuper terrã fir-
mauerunt columnas ferreas,poſſunt intelligi,qui ſolitariã & Anachoreticã vitam aggre
diuntur & exequuntur ad tempus, cum nõ ſint in congregatione ſufficienter exercitati,
fracti & obedientiæ iugo ſubiecti.Qui dum excellentiſſima opa ſuper terrenũ ac debile
fundamentũ conſtruere nõ verentur,ab inuiſibilibus hoſtibus proſternuntur. Qui vero
ambulant omni die modicũ iter pedeſtre,ſunt q in monaſterijs ſub obedientia humili-
liter viuunt,& faciunt q̃d ipſis iniungitur,ſicq; velocius pertrãſierint viam præſentis exi-
lij,neruis & artubus ſeu membris eoꝝ confotis.i.viribus virtutibuſq; eoꝝ confortatis
& inflammatis per gratiã & ardorẽ ſpũs ſancti.Hi eñ ſecurius ambulant,& frequenter
pertingunt celerius ad brauium ſupernæ vocationis.

¶Elucidatio partis huius Capituli,de varijs ſaluberrimis documẽtis. Arti. VI.

PRompte curramus tanq̃ à deo & rege noſtro Chriſto Ieſu vocati].i.feruenter ac fe
ſtinanter tendamus ad nuptias ſponſi cæleſtis. Ad quod incitare nos debet,primo
dignitas mutãtis,propter quod ait,tanq̃ vocati ſeu inuitati à Chriſto, qui eſt deus & rex
noſter.Secundo,tantæ beatitudinis magnitudo. Tertio,incertitudo ac breuitas vitæ pię
ſentis.Vnde ſubiũgitur [ne forte paucoꝝ dieꝝ exiſtentes].i.modico tempore hic viuen
C tes [inueniamur ſteriles ſine fructibus in die mortis.] Hoc eſt quod ait Saluator:Vigila-
te quia neſcitis diem neq; horam. Quarto,pondus annexi periculi ſi negligentes fueri-
mus.Ideo ſubditur [& famæ intereamus].i.ex defectu virtuoſoꝝ operum,quibus refi-
citur anima condemnemur.Propterea in Eccleſiaſtico ſcriptum eſt:Ante obitum tuum
operare iuſtitiã,qm̃ non eſt apud inferos inuenire cibos.[Beneplaceamus dño ſicut mili
tes regi] hoc eſt, deo placere conemur ſicut decet milites ad hoc niti vt placeãt ſuo regi,
præſertim regi huic altiſſimo. Hinc dicitur ad Hebræos. Seruiamus deo placentes cum
metu & reuerentia.[Poſt militiã eñ requiritur à nobis diligens ſeruitus].i.poſtq̃ manci
pauimus nos deo & profeſſi ſumus Chriſtianã militiã,exigit deus à nobis,vt ei diligẽter
obſequamur.Et eñ maledictus eſt qui facit opus dei negligẽter. Et vnuſquiſq; ſecundũ
exigentiã ſuæ vocationis debet digne deo ambulare ſeu conuerſari. Et præſertim reqrit
deus à religioſis,vt ei purã ac feruidã exhibeant ſeruitutem.Cui eñ plus datum eſt,plus
requiretur ab eo.[Timeamus dñm ſicut timemus beſtias].i.non minus timeamus beſti
as rabidas ac feroces timore ſeruili,quod multi non faciunt,de quibus adijcitur. [Vidi
eñ viros euntes ad prædandũ qui deum non timuerunt,audientes vero vocem canum,
cõtinuo ſunt reuerſi ad locũ ſuum.Et q̃d timor dei non fecit, hoc timor potuit beſtiaꝝ].
Nam timor dei non refrenauit eos à præda:ſed timor canũ. Hinc ſanctus Iob faſſus eſt.
Semper quaſi timentes ſuper me fluctus timui deũ.Itaq; qui ſolus exiſtens habet ſe negli
genter & pigre, multaq; facit illicita quæ corã hominibus non patraret, cõuincitur ho-
mines magis timere q̃ dñm maieſtatis.Quod q̃ vile ac miſerum ſit quis poſſit exprimere?
[Amemus deũ ſicut amamus & honoramus amicos]Certum eſt ꝙ teneamur deum in-

cõparabilit̃ plus amare q̃ noſipſos & cæteros vniuerſos, ſed ad quẽ ſenſum author dixe D
rit verbum iſtud pandit ſubdendo.[Vidi eñ quoſdam deũ ſæpius contriſtantes].i.gra-
uiter offendentes,ita ꝙ quaſi per modũ cõtriſtati ſe habuit [& de hoc nihil curantes. Et
vidi eoſdem exacerbantes ſuos dilectos aliquo minimo verbo, & appoſuerũt oẽm indu
ſtriam,ſolicitudinem,intentionem, tribulationẽ ſeu laborem & oẽm confeſſionem per
ſeipſos per amicos & propinquos & dona dederunt vt reducerent eos quos offenderant
ad charitatem antiquã ſeu priſtinã.] Ita ergo & nos debemus deũ diligere, vt cũ offen-
derimus eum quantũlibet modice,mox conemur eum placare omni mõ iam tacto: Sed
heu quanta imo q̃ infinita eſt imperfectio defectuoſitas, miſeria,ingratitudo,negligẽtia
& peruerſitas noſtra:qui omnipotentẽ creatorẽ non ita timemus,diligimus,veneramur
curamus:ſicut timemus,amamus, honoramus atq; curamus homines ſimiles nobis de-
fectuoſos.[In principio abrenũciationis operamur virtutes penitus cũ labore & violen-
tia & amaritudine] quod contingit propter reliquias priſtinorũ vitiorũ,quę manent in
nobis poſt cõuerſionis initiũ,quouſq; per exercitationẽ aſſiduã & aſſuefactionẽ ad bo-
na eis contraria,extirpentur. Porro ſeipſum ſic frangere,reformare & proprias volunta
tes ac paſſiones mortificare,vocatur hic violentia & amaricatio quædã [proficientes ve
ro deinceps ſine triſtitia ſumus].i. bona agimus ſine mœrore ac tædio aggrauante. Salu
tarem vero ac ordinatã triſtitiã nunq̃ debemus abijcere,cũ Salomon dicat: Cor ſapien- E
tum vbi triſtitia. Et Saluator: Beati qui nunc fletis [ q̃uis in ipſis modicũ contriſtati affi-
ciamur.]Proficientes enim non ſunt adhuc tam integre alieni à difficultate pręfata atq;
triſtitia ſicut perfecti,iccirco in bonis quæ agunt interdũ afficiũtur aliquali triſtitia.[Qñ
vero voluntas & noſtrum mortale ſapere conculcatur & abſorbetur & poteſtatiue ſub-
ijcitur à promptitudine exiſtente in nobis]. i.poſtquã iã didicerimus conculcare & abne
gare in omnibus propriã voluntatẽ, ſapientiãq; carnalem ſeu ptoprij ſenſus immãſionẽ
& abſorpta ſeu extincta hæc fuerint ac potenter victa à feruore & alacritate exiſtente in
nobis[tũc de cætero operamur virtutes cum oĩ gaudio & ſolicitudine]ſpiritali [& deſi-
derio & igne cordis,& cum flãma diuina.] Habitus.n. ſeu cõſuetudo eſt q̃ſi altera natu
ra:& qñ natura perfecte ſubiecta eſt gratiæ,tunc ſine reſiſtentia & ſine inclinatiõe ad op
poſitũ exequimur actus virtutũ. Nam & virtus ex ſua natura delectabilis eſt ac dulcis,cũ
ſit habitus rõni & naturæ bñ diſpoſitæ conſentaneus. De hac re multa habentur in regu
la S.Benedicti,atq; in Homelijs Euſebij Emiſeni epiſcopi. Hinc religioſus feruens ac di-
ligens etiã in pręſenti ſortitur pro ꝑte pręmium feruoris ac diligentiæ ſuæ,q̊niam cum in
ingenti alacritate & gaudio agit q̃ ordinis ſunt,& cum hoc multo plus promeretur q̃ im
perfectus & piger eadẽ agens cum anguſtia & labore.[Quãtum laudabiles ſunt qui ope
rantur virtutes cum gaudio & promptitudine ſtatim à principio ſuę conuerſionis & mã
data] tam dei quã ſuperiorum ſuorũ [perficiunt ] q̊d quibuſdam ex ſpeciali gratiæ præ- F
uentione cõceditur,quibus etiã valde neceſſaria extat diſcretio,ne per immoderatã cor-
poralẽ exercitationẽ deſtruãt corpus ſuum,& caput ſuũ debilitent, [tñ miſerabiles ſunt
qui diu immorati ſunt in obſequio dei adhuc cũ labore gradãtur per exercitia cultus di-
uini,& cũ labore eadem exequunt.]Hoc equidẽ ſignũ eſt ꝙ modicũ ꝓfecerunt & diu ne
gligentes fuerunt. Quod ſi iſti rite tam miſerabiles appellantur, q̃ miſerabiliſſimi ſunt
cenſendi qui cum diu in ordine fuerint,adhuc tñ multa quæ ordinis ſunt non obſeruãt.
[Non abominemur nec dijudicemus abrenunciationes quæ ex ſeditionibus fiunt].i. ſi
aliq mundo renuncient ex diſſenſione aut contentione quã contra aliquã habuerũt, nõ
reprobemus hoc ipſum.[Vidi nanq; quoſdã fugientes & non volũtarie occurrẽtes regi,
& deinceps circa ipm arma tuliſſe,palaciũq; ĩgreſſos fuiſſe cũ rege in cõuiuio] hoc ẽ,ſicut
interdũ cõtingit in ſæculo ꝙ aliq fugiũt à rege terreno,nec ei occurrũt ſpontanee ſed in-
uite ſiue coacte,nihilominus poſtea fiunt regi ſuo tam familiares & chari, vt iuxta eum
pergãt,& arma corã eo deportent ſecũq; epulentur, ita cõtingit interdũ,ꝙ qdam ex diſ-
ſenſione,aduerſitate ſeu diſplicẽtia,in ſe nõ bona,occaſionẽ accipiũt ſæculo renũciandi,
& ingrediendi religionẽ.Et tñ q̊d minus bñ ceperũt:mutato corde in melius, laudabilit̃
ꝓſequũt.[Vidi ſemen cadẽs in terrã nõ voluntarie,& afferens fructũ valde pulchꝝ & co
pioſum].i.quẽadmodum hoc ita fit in exterioribus,ita cõtingit ꝙ gr̃a ſeu inſpiratio dei
deſcendit in aliquẽ contra aut ꝑter ipſius conatũ aut præparationẽ:& tamen mox cõſen
tit & coopatur eidẽ & proficit multũ [quẽadmodum vidi & econuerſo ] vtpote ſemen
in ter-



A in terrã voluntarie cadens,non tñ fructificans, quia volucres cœli comederũt illud, aut
ex alia cauſa infructuoſum effectum eſt. Sic quoq; contingit aliquem ex deuotione reli-
gionem intrare,& tamen per negligentiam ſuam deficere.[Vidi quendam veniẽtem in
locum medicinalem iuxta aliquam aliam opportunitatem, & tentum ab aſtutia medici
elegantis,ac tractum à multitudine, abijcientem caliginem ſuperimpoſitũ lumini eius,]
hoc eſt,ſicut aliquando accidit quod aliquis male videns veniat ad medici domum non
vt ſanetur,ſed ex alia cauſa opportuna,& teneat̃ ab induſtria medici eruditi,atq; à mul-
titudine ibi ꝑſentiũ trahat̃ vt curationem à medico ſumat,ſicq; per medicũ liberetur à ca
ligine ſuperinducta oculis eius,ita interdum contingit,ꝙ aliquis vitijs excæcatus veniat
ad congregationem hominũ deuotorũ,nõ vt eoꝝ vitam aſſumat,ſed ex alia cauſa, & tñ
à patre congregationis ſapienter alliciatur, atq; à fratribus de conuerſione admoneat̃,
ſicq; illuminetur & eis aſſocietur.[Et non ſpontanea facta ſunt in aliquibus firmiora &
principaliora voluntarijs].i.quidã abrenunciantes & conuerſi ex aduerſitatibus & cau-
ſis quaſi cogentibus ac inuoluntarijs ſic profecerunt,ꝙ meliores ac ſtabiliores ſunt facti
his q ex voluntarijs & ꝓſperis cauſis renunciauerũt atq; cõuerſi ſunt. Occulta qppe ſunt
dei iudicia,& deus ipſe cuius ſapientiæ non eſt finis varijs & impſcrutabilibus modis ac
vijs trahit & perducit ad ſalutẽ ſuos electos. Inſuper præinductis cõcordat q̊d Paulus a-
it apoſt. Quidã ex contentione annunciant Chriſtum. Et dicit ſe gloriari ꝙ Chriſtus an
B nunciatur ſiue ex ſynceritate,ſiue per occaſionẽ.[Nemo cauſans pondus & multitudinẽ Philip. 1
pctõꝝ ſuoꝝ appellet ſe indignũ monaſtica ſponſione & ꝓfeſſione].i.nullus ita exagge
ret,penſet,accuſet multitudinẽ & magnitudinẽ vitioꝝ ſuoꝝ, vt aſſerat ſe prorſus ineptũ
ad hoc ꝙ promittat ſeu profiteatur vitam religioſam[& per amorẽ vitioſæ delectationis
& cõcupiſcentiæ vilipendere putet ſeipſum]hoc eſt,ex amore delectatiõis ſuæ iniquæ &
concupiſcentiæ prauæ,nõ arbitretur ꝙ ita rite vilipendat ſeipm,quaſi non poſſit cõuerti
[excuſans.i.excuſatorie ꝓferens[excuſationes in pctis]hoc eſt,paruitatẽ ſuã pũerſe ex-
cuſans:dũ ex cauſa illa iam tacta aſſerit ſe nõ poſſe conuerti,cũ tanto plus debeat merito
ad conuerſionem accelerare,q̃to vitioſior extat,ſecundũ ꝙ ſubdit.[Vbi eñ multa corru
ptio,ibi & magna neceſſitas medicinæ,vt ſordes deponat]ipa medicina[Etenĩ ſani & bñ
habẽtes nõ veniũt ad remedia medicinę,neq; ad ſtationẽ locũ ve medici]ꝓ medela,hoc ẽ
quod loquitur Chriſtus. Non egent qui ſani ſunt medico. Deniq; qui ita excuſant ſe fi-
gurati ſunt per Petrũ adhuc infirmum qui dixit ad ſaluatorem. Exi à me quia homo pec Lucæ 5 Ibidem
cator ſum dñe,vt exponit Gregorius. Si rege terreno nos vocante & volente nos milita-
re in obſequium ſuæ perſonæ,non excuſamus:ſed relinquentes & excutientes] oñia im
pedimenta[accedimus prompte ad ipſum: Attendamus nobiſipſis ne quando rege regũ
& dño dominoꝝ & deo deoꝝ nos vocante ad cœleſtem ordinẽ iſtũ, renuamus acquie-
C ſcere ei ex pigritia & negligentia noſtra,& inexcuſabiles inueniamur ante magnũ tribu
nal ipſius]cui nos præſentari & aſtare oportet tam in die particularis iudicij, quã in die
generalis iudicij.[Vinctum negotijs ſecularis vitę,ac ferreis curis poſſibile eſt adhuc am
bulare,ſed difficulter:quoniam compedes circũpoſiti pedibus,faciunt conantes ambula
re cum eis,frequentius ceſpitare & multotiens ſuſcipiunt vulnera]ex ruina. Senſus ver-
boꝝ iſtorum eſt,q̊d homines ſæculares mundanis ſolicitudinibus negotijſq; intenti &
occupati,poſſunt adhuc aliqua facere opera bona,ſed difficulter. Nam ſicut cõpedes pe-
dibus alligati faciunt vinctos ambulare conantes multoties vacillare ac ruere,ita vt ſępi
us vulnerentur,ſic duræ & ferreæ illæ curæ ac occupationes mundanæ impediunt ſæcu-
lares à multis bonis operibus,& faciunt eos ſæpe peccare ac ledi. Hinc ait ſaluator: Eru- Marcĩ 4
mnæ ſæculi & deceptio diuitiaꝝ,& circa reliqua concupiſcentiæ introeuntes in cor ſuffo
cant verbum & ſine fructu efficitur. [Non coniugatus ſed ſolis rebus in mundo ligatus
comparatur habenti ferrum in manibus dextris.] Talis enim adhuc liber eſt & ſolubili
vinculo detinetur in mundo, videlicet, amore & poſſeſſione diuitiarum ſuarum, à qui-
bus poteſt ſeipſum diſſoluere, & eas ſponte propter Chriſtum deſerere ſicut qui tenet
ferrum in manibus deponit illud ad libitum. Ideo ſequitur [propter quod non prohi-
betur currere ad vitam manaſticam [cum voluerit. Nubens vero ſimilis eſt circumuin-
cto manibus & pedibus.] Eſt enim inſolubili vinculo matrimoniali coniunctus vxori
poſt copulam illam carnalẽ,nec poteſt ad libitũ ſuũ ingredi clauſtrũ,habetq; plurima bñ
viuendi obſtacula dicẽte Apoſt. Qui habet vxorẽ ſollicitus eſt q̃ ſunt mundi,quõ placeat 1.Cor. 7
bb iiij vxori

vxori,& diuiſus eſt. [Audiui quoſdam in mundo negligenter permanentes & dicentes D
ad me:Quomodo conuiuentes vxoribus & circumgradientes]ſeu occupati vndiq;[pu-
blicis curis poſſumus viam monaſticam ambulare.Quibus reſpondi:Omnia bona quæ
poteſtis facere facite.Nemini maledicatis,nemini mentiamini,non furemini ſuper nul-
lum vos efferatis,neminem odiatis. Non recedatis à congregationibus officijsq́; diuinis:
vinctis & indigentibus compatiamini.Nullum ſcandalizetis:alienis parietibus non ap-
propinquetis,& contenti eſtote ſtipendijs vxorum veſtrarum. Si ſic feceritis non eritis
Lucæ 2 longe à regno cœloꝝ.]Hæc plana videntur.Non eſt aũt recedendũ à congregationib.
officijsq́; diuinis niſi tempore opportuno,vc;.finito officio & dimiſſa eccleſia,niſi ratio-
nabilis cauſa aliud exigat.Vnde de beatiſſima Anna vidua ait Luc.Euangeliſta,ꝙ nõ di
ſcedebat de templo.Porro alienis parietibus appropinquare,eſt cauſa illicitæ ꝑſertim ad
ulterinæ cõmixtionis ad fœminas ire.Quid aũt eſt eſſe contentũ ſtipendijs propriæ cõ-
iugis,niſi ſolutionem debiti ei ſolũ impendere,atq; ab ea tm̃ exigere. [Occurramus cum
gaudio & timore,pulchro & bono certamini,non dubitantes neq; timẽtes inimicos no
ſtros.]Pulchrũ & bonum certamen eſt ſpũalis militiæ pugna contra inuiſibiles hoſtes:
quæ pugna dicitur pulchra,qm̃ ſapientialis & iuſta,& bona,qa ſalubris & virtuoſa.Cui
pugnę debemus occurrere gaudioſe,quod eſt cũ ſpirituali lætitia ſemper eſſe accinctũ,pa-
ratum & agilẽ ad reſiſtendũ aduerſarijs noſtræ ſalutis.Quod etiam fieri debet cũ mode E
rato timore,ita vt gaudium ſpiritale oriatur ex cõſideratione & ſpe ſubuentionis diuinę,
timor vero ex conſideratione infirmitatis defectuoſitatisq́; propriæ. Nam vt ait Hiero-
nymus,non debemus eſſe ſecuri,qm̃ aduerſarius noſter diabolus etiam Chriſti victoris
Lucæ 11 voce vocatur fortis armatus.Deniq; ſicut in bello exteriori,ita in ſpiritali certamine mo
deratus timor eſt vtilis qm̃ facit hominem eſſe conſiliatiuum, ſolicitum, & circũſpectũ
ad præcauendũ pericula.Nõ debemus etiam dubitare de dei auxilio,quantũ eſt ex parte
infinitæ bonitatis ac miſericordiæ dei,ex qua nõ erit defectus.Quod vero nunc ait, non
timentes inimicos noſtros,intelligendũ eſt de timore immoderato rationem impedien-
te,aĩam proſternente,hominemq́; grauante,& vires debilitante.[Qm̃ in faciem animæ
noſtræ intuentur q̃uis non videantur]hoc eſt,inuiſibiles hoſtes conſiderant diſpoſitionẽ
animæ noſtrę.[Quod ſi viderint ipſam ex pauore cõmutatã].i.ex inordinata formidine
alteratã,& ab arce ſpei deiectam puſillanimemq́; effectam[tunc contra nos crudelius ar
mantur].i.ferocius irruunt,& magis audacter inſurgunt[intelligentes fraudulenti quia
timuimus]congreſſum eorum.Interdũ tñ armantur contra nos tanto ferocius,q̃to vide
rint nos virilius eis reſiſtere,ſed ſi in virili reluctatione manſerimus fixi,cito deijciuntur.
Ephe. 6 [Idcirco armemur contra ipſos gaudenter.Nam contra gaudenter certantẽ,nullus ꝓm-
pte concertat.]Porro qualiter debeamus contra eos armari docet Apoſtol.Cõfortami- F
ni,inquiens,in dño & in potentia virtutis eius. Induite armaturã dei,vt poſſitis ſtare ad-
uerſus inſidias diaboli,induti loricam iuſtitiæ,in omnibus ſumentes ſcutum fidei:omni
tempore orantes in ſpũ,&c̃.Qui autẽ videt certantẽ aduerſus ſe gaudioſe certare,frangi-
tur corde,& ita vt cõmuniter non certat contra illũ tam prompte. [Dominus diſpenſa-
tiue alleuiat pugnas à nouis incipientibus: nequando ex prohæmijs confeſtim in mun-
dum denuo reſoluantur]hoc eſt,deus ſapienter & pie minuit tentationes & impugnati-
ones nouiter conuerſoꝝ,ne mox poſt conuerſionis ſuæ exordium redeant victi ad ſecu-
lum,ideo nõ permittit eos tentari tam acriter,aut ſi acriter impugnentur,celeriter eis ſuc
currit,& pias conſolationes infundit. [Ideo gaudete in domino ſemper omnes ſerui ei-
us,cognoſcentes in vobiſipſis hoc primum ſignum charitatis regis veſtri ad vos]vtpote
quod tam gratioſe & diſpenſatiue alleuiat in vobis pugnam præfatam circa exordium
veſtræ conuerſionis[& quomodo vos vocauit].i. hoc etiam attendentes quam pie vo-
cauit vos ad viam ſalutis[facienſq́; hoc deus multotiens cognoſcitur].i. ex hoc frequen
ter cognoſcitur benignitas dei,quod tam amoroſe atq; clementer agit cum ſeruis ſuis.
Vidi eñ ſæpe viriles animas,& ſtatim ex prohæmijs deus permiſit pugnas relaxari].i.
extendi,augeri ac multiplicari in eis(ſic enim ſumitur nunc relaxari vt patet ex eo ꝙ lo-
quitur de animabus virilibus.i.virtuoſis fortiterq́; pugnãtibus: quas deus permittit lati-
us ac multiplicius impugnari.Diſpenſat nanq; tentationes ſecundum menſurã & capa-
citatem ac vires hoĩm qui tantantur,nõ permittens quenq̃ tentari ſupra id quod poteſt:
Et idem conſtat ex eo q̃d ſubdit [volens eas in breui coronare]ideo finit eas mox à prin
cipio



A cipio conuerſionis abundantius impugnari, vt conſummatæ & victrices factæ in breui
expleant tempora multa,celeriter quoq; pertingant ad brauium,imo & nunc coronen-
tur à dño corona iuſtitiæ & diademate iudicij in miſericordia & miſerationibus.[Occul
tauit deus ab his qui ſunt in mundo ſtadij importunitatem,magis vero oportunitatẽ.]
Per ſtadium intelligitur iter obſeruantiæ regularis,ſeu ipſa religio qua ad æternam bea-
titudinem imus & currimus,in quo ſtadio ſæpe occurrunt magnæ difficultates,exercita
tiones,tentationes,caſtigationesq́; corporis,& duri labores,quos deus occultauit ſæcu-
laribus hominibus,ne ex timore illorum retrahantur à religiõis ingreſſu. Propter quod
ſubditur.[Si enim hanc cognouiſſent non vtiq; abrenuntiaſſet oĩs caro].i.nullus homo
reliquiſſet mundum intrando clauſtrũ ſeu heremum.Veruntñ multi abrenunciantes ſci
unt talia in communi, imo abrenunciare cupientibus ꝓponuntur in gñali,ne poſtea dif
ficultate obruti reſipiſcant a bono incepto. In particulari tamen omnia nõ prænoſcunt.
Porro per ſtadij importunitatem deſignat vehementẽ ac copioſum impulſum ꝑtactarũ
difficultatum & anguſtiaꝝ,quæ tñ importunitas eſt magis opportunitas reputãda,quo
niam diſcreto moderamine diſpenſantur à deo & vere ſalutares ſunt his qui bene vtun-
tur eiſdem.Da prompte labores iuuentutis tuæ Chriſto Ieſu].i.iuuentutem tuã Chriſto
alacriter offer in ſanctis laboribus, [& gaudebis in ſenio ſuper diuitijs impaſſibilitatis]
.i.de copioſa reformatione ab immoderantijs paſſionũ, atq; de fructibus ac meritis vir
tutum tuaꝝ conſummataꝝ.[Congregata enim in iuuẽtute cõſolantur ac nutriunt con-
fectos ſenio.]Ideo loquitur Hieremias.Bonum eſt viro cũ portauerit iugũ ab adoleſcen Treno. 3
tia ſua.Maximũ etem̃ gaudiũ eſt antiq̃, ꝙ dies iuuentutis ſuæ expendit fructuoſe in dei
obſequio[laboremus in iuuentute feruenter,curramus vigilãter,quia mors eſt incerta]
B Hoc eſt quod ait Saluator.Videte,vigilate & orate.Neſcitis enim qñ dñs veniat, ne cum Marci 13
venerit repente inueniat vos imparatos. Ad quem omnia peragenda incitare nos debet
aduerſariorum noſtroꝝ malignitas.Vnde ſubiungitur. [Habemus inimicos vere mali-
gnos,crudeles,doloſos,aſtutos,potentes nõ dormientes,immateriales inuiſibiles,in ma-
nibus ignem tenentes.]Manus eoꝝ ſunt naturales potentiæ operatiuæ,aut actus eorum
peruerſi,in quibus tenent ignem furoris,inuidiæ,atq; libidinis cauſaliter,ignem q̃q; ten-
tationis & tribulationis.[Cupientes & nitentes comburere templũ dñi noſtri Ieſu Chri
ſti per flammam quæ in eis eſt].i. præfato igne optant ac ſtudent fideles vitijs inflãma-
re,ſpiritaliterq́; deſtruere,& eos ad varias paſſiones inducere, quibus vera dilectio extin-
guatur in eis.De hoc templo ait apoſtolus.Templum dei ſanctũ eſt quod eſtis vos. Ad
quod poteſt & illud myſtice applicari.Incenderunt igni ſanctuarium tuũ in terra.[Nul- 1.Cor. 3
lus iuuenis exiſtens recipiat].i.conſentiendo aduertat[inimicos ſuos dæmones dicẽtes] Pſalm. 73
per ſuggeſtionem occultam ſiue apertam. [Non conteras carnem tuam, & corpus tuũ
ne concidas infirmitatibus atq; languoribus. Nam in præſenti generatione vix aliquis
inuenitur,qui præeligat corpus ſuum mortificare, & ipſum priuare ſaltem delectãtibus
eſcis multis.Intentio nanq; dæmonum eſt, ipſum noſtrum introitum facere vacuum &
C negligentia plenum in ſtadio: & de cætero finem noſtrum concordare principio.]Non
ſunt audiendæ dæmonum ſuggeſtiones,qui &ſi interdum videantur bona ſuggerere,in-
tendunt tamen finaliter fallere,& ſub ſpecie boni proponunt plurima mala. Quoſdam
autem inſtigant ad hoc,vt per immoderatas abſtinentias vigilias, diſciplinas deſtruant
corpus ſuum,alios quoſdam quos vident in talibus ſe diſcrete habere,conantur inde re-
trahere ac remiſſos efficere,perſuadendo ne deſtruant corpora ſua,ne incidant in lãguo-
res,& cæteris oneroſi reddantur, inutileſque conuentui. Veruntamen audire debemus
doctrinam apoſtoli edocentis. Rationabile obſequium veſtrum. Tamen conſilium i-
ſtud de corpore non deſtruendo videtur nunc neceſſarium ſatis paucis, eo quod modo Roma. 12
ad tantam ſumus carnalitatem deiecti,vt non ſolum non vitemus cibos ſuperfluos, ſed
nec delectabiles ſeu delicatas eſcas vitamus,& propriæ ſenſualitati irritamenta concupi-
ſcentiæ delectationiſque prauæ apponimus,fiuntque duo cõtra vnum,& periclitatur ſo
brietas.Porro intentio dæmonum prætactam remiſſionem ſuggerentium eſt facere in-
troitum ſeu initium conuerſationis noſtræ vacuum à profectu, & negligentijs plenũ,vt
tandem perducãt nos ad finem periculoſum,tali principio proportionatum. Volentes
aũt Chriſto prudenter ſeruire,ante omnia quærunt & faciunt iſtud,puta,[vt eligant lo-
ca,modos,mores,inſtitutiones,adinuentiones & ſtudia ipſis cõuenientes,obediẽtiã q̃q;
ſpiritua-

ſpiritualium patrũ,& cognitionem ipſorum deo familiarẽ]Volentes ſeculo renunciare de- D
bẽt in primis perpendere quæ religio,quæ loca,quæ obſeruantiæ,quæ occupationes,quę
ſocietates magis conueniant mature viribus eorum, ne poſtea doleant ſe aſſumpſiſſe q̊d
aſſumpſerunt. Debent item curare vt ſtent ſub obedientia ſpiritualiũ patrũ,& notitiã ha
beant eorundẽ,vt inſtruantur ac dirigantur ab ipſis, ne prius velint eſſe magiſtri quam
Ecci 6 diſcipuli. Vñ & ſcriptum eſt,cũ videris ſenſatum ſtatim euigila ad illum. Et rurſus:Cum
Ecci 37 viro ſancto aſſiduus eſto. Talium nanq; cognitio familiaris eſt deo, quia per eam effici-
mur deo familiares acquieſcẽdo & confirmãdo noſipſos,& ipſi deo familiares exiſtũt.
Deinde tangitur in primis quærenda ac eligenda ſint iſta. [Non eñi oĩm ſunt cœnobia
propter ſcurrile & guloſum] hoc eſt, non conuenit omnibus in cœnobio cõmorari,ne
vel ſua ſcurrilitate & guloſitate inficiant alios,vel ne ex humana ſocietate corruãt in hęc
mala[neq; omnium heremitaria propter triſte furioſum & iroſum] id eſt, non cõuenit
omnibus in ſolitarijs heremi locis manere,quia ad inordinatã triſtitiam,furorem ac irã
ſunt proni,propter quod ferre non poterunt heremiticã ſolitariã vitã,in qua deſunt hũa
na ſolatia,& aſſunt diuerſæ penuriæ,impugnationesq; fortiſſimæ,ex quibus vbertim in
ducerentur ad graues triſtitias & furores brutales ac irrationabiles iras, idcirco neceſſe
eſt,vt anteq̃ vitam illam aggrediantur,exerceãtur inter fratres,donec à paſſionibus ſint
purgati,præſertim à triſtitia,furore & ira. Nã triſtitia quemadmodũ & pigritia ſolet ſo-
litarijs nondum perfectis ſæpe eſſe moleſta. Deinde diuidit vitam monaſticã in tres ſpe-
cies ſeu differentias. [Præterea vniuerſa conuerſatio monaſtica] religioſa ſeu monacha-
lis[continetur in tribus generaliſſimis conſtitutionibus]id eſt, ſtatutis ſeu regulis [ſta-
tionum]ſeu ordium:vtpote[in agoniſtica ſingularitate & receſſu]hoc eſt,in vita om̃ino E
ſolitaria,quæ dicitur agoniſtica,quia acrius & inceſſabilius impugnatur ab inuiſibilibus
hoſtibus,contra quos indiget infatigabiliter dimicare. Hæc eſt ſpecies prima. De ſecun-
da quoq; adiungitur. [Aut quieſcere cum vno vel duobus ſub obedientia patris ſpiritua
lis.]Sic enim conſueuerunt plures deo ſeruire ſub vna patre, ita quod hinc inde habita-
uerunt duo aut tres ſimul,& viciſſim viſitabantur & inſtruebantur à patre ſuo. Quidam
vero habitauerunt ſic ſimul ſine ſpiritualis patris regimine viuentes iuxta propriũ velle,
qui in collationibus patrum maxime vituperantur, nec erant condigni nomine mona-
chi:Deinde tangitur ſpeties tertia,[aut ſedere in cœnobio cum patientia]hoc eſt,in com
muni congregatione patienter morari. [Non declines ait Eccleſiaſtes ad dextram neq;
ad ſiniſtrã,ſed via regia gradiaris.]Via regia eſt ipſa iuſtitia, imo & quælibet virtus ſeu
Prou. 4 actio virtuoſa,itemq; conuerſatio regularis. Virtus enim conſiſtit in medio,& inter duo
extrema reprehenſibilia. [Media prædictorum multis conuenientia exiſtunt] id eſt, cũ
vno aut duobus quieſcere ſub ſpirituali patre pluribus conuenit,non autem ſolitaria vi-
ta. Propter quod ſubditur. [Et quidem væ ſoli]id eſt,periculum imminet ei præ alijs]qa
Eccl 4 ſi ceciderit in acediam aut ſomnium vel negligentiã,aut inſolentiam ſeu deſperationem F
non eſt reſuſcitans eum in hominibus] id eſt,neminem habet ſubleuantem, corripien-
tem,hortantem,regentem, [at vbi ſunt duo vel tres congregati in nomine meo,ibi ſum
Matth. 18 in medio eorum dixit dominus. [Quiſputas eſt fidelis & prudens monachus qui calorẽ
ſuum]id eſt,primum feruorem [cuſtodiuit inextinguibilem ſub obedientia & ſubiectio
ne,labore & dolore,& vſq; ad exitum ſuum non ceſſauit quotidie addere ignem igni,fer
uorem feruori,deſiderium deſiderio,amorem amori,ſolicitudinem ſolicitudini. [Tanq̃
dicat. Talis monachus valde laudandus eſt. Sed rara eſt auis hæc. Verumtamen cone-
mur effici tales ne charitatem priſtinam relinquamus,imo inextinguibilẽ conſeruemus,
obediendo cum omni promptitudine patri ſpirituali in debitis,& ſubijciendo nos ei eti
am in his quæ ſunt ſupererogationis:Nec hoc tantum,ſed iuxta doctrinam apoſtoli ſub
Ephe. 5 iecti ſumus inuicem in charitate,& omni humanæ creaturæ propter deum,& præſertim
1 Petri. 2 iuniores ſenioribus deferant,laborando quoq; vt boni milites Chriſti,& dolendo ſalu-
briter de peccatis,fragilitatibus & imperfectionibus noſtris. Poſtremo addere ignem i-
gni eſt charitate validius inflammari,addere autem feruorem feruori, eſt in deum fre-
quenter actualiter ferri. Et deſiderium deſiderio addere, eſt ad futura bona omni die
cordialius aſpirare. Addere demũ amorem amori, eſt chatitate fraterna magis accendi.
Solicitudinem vero ſolicitudini addere,eſt coram altiſſimo omni die ſolicitiorem ac ti-
moratiorem conſiſtere, ne ipſe in aliquo offendatur, ne vita decreſcat, ne paulatim mẽs
reſolua-



A reſoluatur,imo vt deo iugiter magis complaceatur.

¶De non habendo paſſionem ad aliquid, id eſt, non affici ad aliquid inordinate.

Gradus II. Articulus VII.

SIcut in Collationibus patrum docetur,abrenunciatio habet tres gradus. Primus eſt,
vt exteriora propter deum corporaliter relinquantur. Secundus, vt omnis ordinata
ad ea effectio penitus deſeratur. Tertius,vt mens in deum pure ac integre transferatur.
Nunc itaq; agitur de gradu abrenunciationis ſecundo. [In veritate dominum noſtrum
Ieſum Chriſtum diligens, & eum in corde ac corpore ſuo portans, in veritate quærens
ac cupiens obtinere regnum futurum,in veritate dolens de peccatis & offenſionibus ſu-
is in veritate poſſidens memoriam æternalium tormentorum iudicijq; diuini, in verita-
te reaſſumens memoriam ac timorem exitus ſui,non amabit neq; curabit vlterius pecu-
nias aut poſſeſſiones,nec erit ſolicitus de parentibus,amicis aut fratribus,neq; de gloria
vitæ præſentis,nec de aliqua re terrena,ſed odiens atq; excutiens omnem ſuam habitu-
dinem:omnem quoq; ad aliquid paſſionem,& omnem ſolicitudinem prædictorum, in-
ſuper & propriam odiens carnem,nudus ab omnibus his ſequetur Chriſtum abſq; ſoli
citudine ſæculari & abſq; pigritia,& aſpiciet ſemper in cœlum,inuocabitq; inde auxiliũ
ſecundum verbum ſancti pſalmiſtę dicentis. Adhæſit anima mea poſt te. Et iuxta verbũ Pſalmo 62
Hieremiæ iugiter memorandi qui ait:Ego vero non laboraui te domine ſequens, & diẽ Hierem. 17
B aut requiem hominis non deſideraui.] Verba iſta ſunt plena deuotione atq; ſalubri in-
ſtructione:ex quibus perpendere poſſumus,an deum veraciter diligamus, & intra nos
portemus,an regnum cœleſte optemus & vere pœniteamus,ac nouiſſima noſtra pręme
ditemur. Quemadmodum enim maius lumen obfuſcat minus,ſic motus & affectiones,
curæ & occupationes maiores expellunt aut minuũt motus affectiones,curas & occupa
tiones minores. Idcirco quo cordialius ac vehementius afficimur, occupamur, figimur
& ſolicitamur circa deum,& circa ſpiritalia ac æterna,eo minus afficimur, occupamur,
immoramur & ſoliciti ſumus circa carnalia & caduca. Tanto etiam promptius ac fer-
uentius ſequimur Chriſtum,aſpiramus ad deum,& pertinentia ad ſalutem virilius infa
tigabiliusq; exequimur. Qui ergo ſynceriter & perfecte circa deum & circa interiora ſpi-
ritalia & æterna afficitur,de temporalibus carnalibus & terrenis non curat. Verũtamen
pro parentum & propinquorum ac amicorum, imo & hominum vniuerſorũ ſalute de-
bet vir talis ſpiritaliter ſolicitari tempore oportuno,& orare pro eis,quemadmodum ve
ra requirit dilectio,aliter eſſet illis ingratus,nec ſatisfaceret charitatis præceptis. Interea
ſicut portamus deum in corde per fidem & charitatem,ita portamus eum in corpore per
C cruciformem Chriſti imitationem & obſequioſam ſubiectionem. Qui enim ſunt Chri- Sapient. 5
ſti carnem ſuam crucifigunt cũ vitijs & concupiſcentijs,& quantum ad hoc dicuntur eã
odire ſalubriter,quod eſt vere diligere. Quamuis aũt paſſio ſecundum doctrinam philo-
ſophorum & multorum theologorum dicat naturalem & ſimplicem motum ſeu affecti
onem appetitus ſenſitiui,qui de ſe non eſt virtuoſus,nec vitioſus, author tñ nunc ſumit
paſſionẽ ꝓ immoderato & non refrenato motu ſeu affectu appetitus ꝑdicti. Per habitu-
dinem vero intelligi poteſt reſpectus ſeu qualificatio quæcunq; ad aliud, Pro verbis q̊q;
Hieremiæ quæ allegat:Hieronymus tranſtulit. Ego non ſum turbatus te paſtorẽ ſequẽs.
Sed quomodo põt quis deũ ſequi ſine labore? Dicendum ꝙ deũ ſine labore ſequi,eſt cũ
intima alacritate ei libentiſſime adhærere ac deſeruire,quod in ſeipſo delectabile eſt & ſu
aue,q̃uis labor & laſſitudo aliunde ſe miſceãt. [Confuſio maxima eſt,vt relinquẽtes vni
uerſa ꝑdicta poſt vocationẽ,qua vocauit nos deus & nõ homo,curemus aut ſolicitemur
de aliquo q̊d nõ põt nobis ꝓdeſſe in hora neceſſitatis noſtræ extremæ, videl. mortis. Nẽ
pe,hoc eſt q̊d Chriſtus vocauit conuerti & reſpicere retro,& ita agentem nõ eſſe aptũ ad
percipiendũ regnum cœlorum. Dñs noſter Ieſeus Chriſtus q̊d noſtrũ eſt incipientiũ inſti- Lucæ 9
tui ad ſpũs iter facile lubricabile noſcens,hoc eſt,Chriſtus cõſiderans ꝙ inſtitutio ſeu cõ
uerſio noſtra primordialis ad vitã monaſticã,q̃ inſtitutione incipimus ſpiritaliter cõuer
ſari,ſit faciliter lubricabilis, vacillans ac deuians ad ſpiritale iter religionis atq; ſalutis,
ſeu ab iſto itinere,quia tunc nondum radicati ſumus aut ſtabiliti in bono [& quomodo
oportune ac leuiter ſæcularibus participantes & cõmorantes,denuo in mundũ cõuerti-
mur].i. Chriſtus etiã intuẽs quẽadmodũ cito ac leuiter redimus corde aut etiã corpe ad
mundana:q̃ñ communicamus,commiſcemur,& cohabitamus ſæcularibus hoĩbus [ait
ad

Matth. 8 ad dicentem ſibi: domine permitte me abire primum & ſepelire patrem meum. Dimitte D
mortuos ſepelire mortuos ſuos.] Vt eñ refert Matth. Euangeliſta cũ Chriſtus vocaſſet
quendam ad ſuum diſcipulatum, & ille poſtulaſſet inducias, quſq; ſepeliret patrẽ ſuum.
Chriſtus non annuit: Ex quo innoteſcit quam periculoſum ſit imperfectis demorari in-
ter mundanos. Hinc ſanctus pater Anthonius dixit: quod ſicut piſces extra aquam tar-
dantes mox moriuntur, ſic monachi dũ ſæculares hoĩes faciunt moram, reſoluuntur a
rigore ſui propoſiti. Itaq; conſtat, quod religioſis præſertim nouellis plantationibus no-
ciua ſit viſitatio frequens, confabulatio multa, cõmunicatio, ſocietas ſeu participatio ma
gna cum mundanis hominibus. Conſequenter inducitur vna ſpecialis fallacia tentato-
ris. [Dæmones ſuggerũt nobis vt poſt abrenunciationem noſtrã beatos reputemus ho-
mines ſæculares: tanquam compaſſiuos & miſericordes: atq; noſipſos credamus miſera
biles ex conſideratione conuerſationis eorum, quaſi noſipſi priuauerimus nos cunctis il-
lorum virturibus. Intentio aũt dæmonum eſt, vt ad mundũ nos reducant per hanc adul
terinam & fictam humilitatem] qua vilipendimus nos comparatione ſæcularium homi
num. [Aut ſi monachi permanemus præcipitent nos in deſperationis profundum.] Sic
quoq; maligniſſimi & aſtutiſſimi dæmones viciſſim perſuadent fratribus pigris, quibus
labor eſt ad matutinas conſurgere, vigilare, cantare, & laborare in nocte ac die, q̃d ſæcu-
lares & vxorati habeant vitam bonam, vtpote qui non obſtante quod ad placitum ſuũ E
cum ſuis quieſcant coniugibus, facere queunt plurima bona, & nõ attendunt fratres ob-
tenebrati quanta ſint pericula vitę coniugatorum ſæculariumq́; annexa, quã difficillimũ
ſit eos ſaluari: quã multa quoq; beneficia contulerit eis deus reuocando eos a conuerſa-
tione illa mundana, & conſtituendo eos in clauſtro: in quo habent tot copioſiſſimas ꝓ-
1. Cor. 10 merẽdi ſublimiter occaſiões ac vias. [Et paruipendere mundanos ſæculariter viuentes
Matth. 7 per arrogantiam & propriã æſtimationem & reputationem] id eſt, interdum contingit
Eccl 9 vt religioſi deſpiciant coniugatos & ſæculares mundane viuentes ex elatione & propria
Iſaiæ 5 reputatione, quod valde peruerſum eſt, cum dicat apoſtolus. Qui ſtat videat ne cadat.
Et Saluator: Nolite iudicare. Salomõ q̃q;: Neſcit homo an ſit dignus amore an odio. Et
Iſa. Væ, inquit, qui ſapientes eſtis in oculis veſtris [& eſt ipſos abſentes contemnere ad a-
dipiſcendum ſpem, & fugiendum deſperationem] hoc eſt, aliquando accidit vt monachi
ſpernant mundanos ſecum non exiſtentes, ſæculariterq́; viuentes inquantum ſunt tales,
vt ita concipiant ſpem ſalutis & deſperationẽ expellant, penſando quam gratioſe deus
egit cum ipſis, quos à tantis retraxit periculis conuerſationis mundanæ. Mundani enim
quantum ſæculariter viuunt ſunt paruipendendi, ſicut & impius ſecundum quod talis.
Pſalm. 19 Vnde propheta ait de viro iuſto. Ad nihilũ deductus eſt in cõſpectu eius malignus. Pro- F
Iob 5 pter quod fertur in libro Iob. Ego vidi impium firma radice, & maledixi pulchritudini
eius. Et iſtud eſt ſapientiale ac bonum. Ex receptione quippe & conſideratione præſen-
tium munerum, firma & certa ſit expectatio futurorum: certitudine ſaltẽ probabili. [Au
diamus dominum Ieſum dicentem ad adoleſcentem illũ qui fere impleuit vniuerſa man
Lucæ 18 data. Vnum tibi deeſt. Vende cuncta quæ habes & da ea pauperibus, & teipſum fac pau-
perem eleemoſynas ſuſcipientem.] Ex quo patet quantum præcellat vita religioſorũ vi-
tam etiam bonorum ſæcularium hominum. [Deniq; volentes prompte ac velociter cur
rere, in via virtutum ad gloriam beatorum, ſuperintendamus] id eſt, vigilantiſſime con-
ſideramus [quomodo dominus noſter Ieſus Chriſtus in mundo conuerſantes ac viuen-
tes iudicauit mortuos, dicens ad quendam. Dimitte mortuos ſæculares ſepelire mortuos
Matth. 8 corpore. Diuitiæ, non prohibuerunt adoleſcentem illum accedere ad baptiſmum. Euanu
erunt ergo] id eſt, inaniter errauerunt [& perierunt, dicentes q̃d dominus Ieſus ſtatuit,]
id eſt, ordinauit ſeu docuit [illum vendere diuitias ſuas baptiſmatis gratia] vtpote ob
hoc vt poſſet baptiſmum ſuſcipere, quod falſum eſt, imo idcirco cõſuluit ei Chriſtus di-
uitias vendere & pauperibus erogare, quatenus per hoc viam perfectionis euangelicæ
poſſet intrare. [Teſtimonium iſtud & tanta hæc certitudo ſufficiat nobis ad maximam
certificationem magnæ atq; pleniſſimæ gloriæ huius noſtræ profeſſionis & ſponſionis]
id eſt, quæ parata eſt nobis pro conuerſatione iſta monaſtica, & pro profeſſione noſtra
qua obligauimus nos ad eam [ſi tamen perſeueremus in ea vſq; in finem.] Veruntamen
de hoc multa teſtimonia alia in euangelio continentur. [Qui in mundo degunt & vigi-
lijs, ieiunijs, laboribus & malorum paſſionibus] id eſt, tribulationum & aduerſitatũ to-
lerantijs



A lerantijs [ſeipſos cruciant]. i. caſtigant inſiſtendo iſtis pœnitentiæ actibus, & inde proce
dunt ad vitam monaſticam tanquam ad ſtadium & quandam probationem exanima-
tionis]. i. tanq̃ ad religionem & locũ in quo quotidie exercebuntur & diſcutientur an ve
re proficiant: an patientes humileſq́; conſiſtant, & vtrum in cunctis rite obediãt & fran-
gant viriliter ſemetipſos [non gradiantur priorem ſuã exercitationẽ] hoc eſt, exercitia il-
la in ſæculo habita amplius non obſeruent, exercitationem inquam [ſegnem & fictam]
Cur exercitationem ſeu conuerſationem illam laudabilem vocat ſegnem & fictam? Pu
to ꝙ ideo, qm̃ cõparatione cõuerſationis veroꝝ religioſoꝝ eſt pigra & modica, & ſimu-
latio in frequẽter miſcetur, vanaq́; gloria maculatur, & partim fieri ſolet propter laudes
humanas, q̃uis non ſemper ſit ita, pręſertim cũ ſancto Anthonio & alijs perfectiſſimis he
remitis fuerit aliq̃n reuelatum ꝙ nondũ perueniſſent ad menſurã ſeu perfectionẽ quorũ
dam ſæcularium perſonaꝝ. Hinc ſubditur quaſi expoſitorie. [Nimiꝝ]. i. non eſt mirum
nec falſum quod dico [nam vidi plurimas ac differentes plantas]. i. actiones virtutũ vt
apparebat [plantatas ab his qui ſunt in mundo] hoc eſt à ſæcularibus perſonis exhibitas
ſeu peractas [& quaſi irrigatas ex cenoſo limo aquæ ductuũ vanæ gloriæ, & cultas oſten
tatione quaſi ſarculo ramificantes & ſtercoratas à laudibus] hoc eſt, nutritas à gloria va-
na, quæ ſimilis eſt terræ lutoſæ maculanti tangentem & incedentem per eam: quæ actio-
nes etiam fuerant cultæ ſeu continuate ex oſtentatione inani, & ſtercoratæ ſeu impin-
B guatæ laudibus humanis vt fimo, quia ex laudibus illis copioſius exercebantur: ſicq́; ex-
tendebantur & procedebant ex huiuſmodi vanitate vt rami ex arbore. [Nempe quid cõ
tigit. Tranſplantatæ in terra deſerta & in aquoſa & inuia ſeculari & vanæ glorificanti,
& corrupte ceno aquæ confeſtim exaruerunt]. i. tranſpoſitæ de loco eccleſiæ virtuoſoꝝ
ad locum eccleſiæ malignantium & vanitate infectæ, omni merito ſunt priuatæ. Eccleſia
etenĩ bonoꝝ & electorum vocatur terra fœcunda, aquoſa, terra, nõ derelicta: ſunt enim
fæcundi & aqua ſapientiæ irrigati, virtute directi & deo coniuncti. Malignantium vero
eccleſia eſt terra deſerta inuia, inaquoſa, vane glorificans. Nã impij ſunt à deo relicti, er-
rabundi, fluentis gratiæ deſtituti, ſpiritaliter aridi, & ſæpe collaudant illicita. Cum autẽ
præfatæ actiones fiunt recta intentione ſynceriter, plantantur in loco eccleſiæ virtuoſo-
rum, hoc eſt, in corde eoꝝ, ſed cum fiunt ex vanitate, ſpectãt ad opera eccleſiæ maligno
rum. De quibus ait Saluator: Quia receperunt mercedẽ ſuã. [Non eñ eſt matura aquati
carum plantaꝝ in aridis ac duris locis exercitationis atq; in ſtationibus nudis & inaq̃ſis Matth. 6
fructificare]. i. ſicut hoc ita eſt in corporalibus plantis, quibus naturale eſt fructificare
& creſcere in humidis locis, ſic opera ex genere bona, quæ in cordibus bonis creſcunt &
fructum efficiunt, non poſſunt vere fructificare efficaciamq́; habere in hypocritis, callidis
iniquis ac vanis hominibus, quoꝝ corda aſſimulantur locis duris ac aridis, & ſtationib.
C nudis & inaq̃ſis ſicut ꝑ Iſaiã loquit̃ deus: Scio quia durus es tu, & neruus ferreus ceruix
tua, & frons tua ænea. [Siquis mũdum odiuit, iſte triſtiam aufugit] Mundum odire eſt Iſaiæ 48
mundi vanitates, diuitias, delitias & honores, & reliqua quæ ſunt mundi, homines q̃q;
mundanos inquantũ ſunt tales ahorrere ac euitare. Qui ita facit hoc vitat ac abijcit inor
dinatã, carnalẽ & ſecurẽ triſtitiã. De mundanoꝝ nanq; carentia, ſeu amiſſione non do-
let, nec meret cũ nõ appetat ea ſed deteſtetur. Si quis vero ad aliquid viſibilium poſſidet
paſſibiliter affectionem]. i. ad aliquid huiuſmodi inordinate afficitur [nõdum à triſtitia
eſt redemptus] hoc eſt, nondũ purgatus eſt à paſſione triſtitiæ, cũ habeat cauſam eius in
ſe, vtpote inordinatũ & ſenſualem amorẽ, de quo paſſiones cæteræ oriunt̃. [Quõ eñ nõ
triſtabitur ſaltem ſuper priuatione dilecti]. i. de morte alicuius propinqui & chari, aut de
amiſſione cuiuſcunq; entis amati. Veruntñ de morte dilecti põt quis ordinate ac merito
rie contriſtari, puta ex charitate, inquantũ fuit eccleſiæ vtilis aut ex alia pia cauſa. Vñ &
S. Ambroſius amariſſime fleuit, qñ audiuit aliquem virtuoſum ſacerdotem obijſſe. Apo 2. Cor. 2
ſtolus q̃q; ſcribit de vno diſcipuloꝝ ſuoꝝ, ꝙ infirmatus eſt vſq; ad mortẽ, ſed deus mi- Philip. 2
ſertus eſt eius: nõ ſolũ aũt eius, ſed etiã inq̃t mei, ne triſtitiã ſup triſtitiam haberẽ. Rurſus
triſtari de morte dilecti ex naturali amore & pietate, ſicut non eſt meritorũ, ita nec vitio-
ſum. Talis tñ triſtitia non debet eſſe immoderata. Propter q̃d loq̃tur Paulus. Nolumus
vos ignorare de dormientibus, vt nõ contriſtemini ſicut & cęteri qui ſpẽ nõ habent. [In 1. Theſſ. 5
oĩbus neceſſaria nobis eſt vigilantia]. i. diligentia [magna] qa in medio laqueoꝝ verſa-
mur & vndiq; vallamur periculis ineffabiliter magnis [ſuperabũdantius vero attẽden-

dum eſt prudenter añ alia hoc]quod ſubdo. [Multos vidi in mundo fugientes veſaniã D
proprij corporis] hoc eſt, furorem & irrationabilitatẽ libidinis [ſub ſolicitudinibus &
curis & exercitationibus & vigilijs vitæ huius].i.per hoc quod occupati fuerunt curis,la-
boribus,& inquietudinibus atq; anguſtijs vitæ præſentis [exiſtentes vero in omni tran-
quillitate cũ veniſſent ad vitam monaſticã,inquinati miſerabiliter fuerunt corporis mo-
tu] vtpote ſimul carnis,quẽ ſibi incaute procurauerunt,aut non vitauerunt cauſam ipſius,
aut conſenſerunt & immorati ſunt ei. Iſtud interdũ cõtingit quibuſdã in clauſtro ex ne-
gligentia,incuſtodia,aut periculoſa ſecuritate,aut diabolica tentatione,imo nonnulli q
in ſæculo fuerunt immunes à vitijs carnis,exiſtentes in monaſterio ſe habẽt incautius cir-
ca vitandos corporis motus,q̃ hi qui in ſæculo erant corrupti, quibus timendũ eſt illud
Apoſt. Cum ſpũ cœperitis nunc carne conſummamini. [Attendamus nobiſipſis,ne qñ
Galat. 3 dicentes nos ambulare viã anguſtã & arctã,curramus ad illicita,tenentes viam amplam
& ſpatioſam.] Hoc accidit his qui in religione negligenter ſe habẽt, & carnalia cõmoda
quærunt,qui blandiuntur ſibi de obſeruatione viæ anguſtæ,eo ꝙ monaſticã vitã profeſ-
ſi ſunt, & exteriora quædam obſeruant cũ alijs,non aũt proficiunt in reformatione in-
terna,in mortificatione viuifica,in abnegatione plenaria. Deinde ſubiungitur quæ vere
ſit arcta via. [Arctam viã declarabit tibi]per experientiam[& indicabit]realiter[tribu- E
latio ventris]vc; fames,ſtatio ad vigilandum in orationibus per totã noctem, potus a-
quæ,penuria panis,ſubſannationes, deriſiones,illuſiones, abſciſio propriarum volunta-
tum,poculum ignominiarum,improperijs purgatiuum].i. copioſa ſuſtinentia ignomi-
niarum, quæ purgatiua eſt animæ per improperia pie perpeſſa [patientia percuſſionum
& impulſionum. Eſſe ſub deſpectione ſine murmuratione, fortiter ſuſtinere læſiones ac
violentias iniuriarum,ex aliorum oblocutione non indignari,ex cõtemptu & vilipenſio-
nibus nõ iraſci,& cũ fueris iudicatus].i. reprobatus[te humiliare. Beati qui gradiuntur
per viam iſtam,quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum.] Hoc quippe eſt quod ait Sal-
Matth. 5 uator: Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam,quoniam ipſorum eſt regnũ
cœlorum. Beati eritis cum maledixerint vobis homines,& perſecuti vos fuerint,& dixe-
rint omne malum aduerſus vos mentientes propter me,&c. [Nemo ingredietur in re-
gnum cœlorum ferens coronam coram ſponſo, niſi impleuerit abrenunciationem pri-
mam,ſecundam,& tertiam,quæ verba ipſemet actor exponit adijciens[dico aũt abſciſi-
onem vniuerſarum rerum & negotiorum & hominum & parentum.]Hæc eſt abrenun-
ciatio prima,vic; derelictio facultatum & mundanarum cauſarum,parentũ quoq; cæte-
rorumq; ſæcularium hominum. Secunda eſt abnegatio[proprij ſenſus & propriæ volũ-
tatis]vt magis credatur & obtemperetur iudicio ac voluntati ſpiritalis patris quã ſuijpi-
us[& tertiam] abrenunciationem dico [deſpoſitionem & abnegationem vanæ gloriæ F
conſequentis obedientiam.] Qui enim prompte obediunt viciſſim pulſantur vana glo-
ria de obediẽtia ſua,quã impugnationẽ oportet ꝑſus abijcere. Porro hæc triplex diſtin-
ctio abrenũciationis partim aliter ſignatur hic q̃ ſuperius tactum eſt. [Exite de medio
Iſaiæ 52 eorum]vic;.canalium & ſæcularium hominum[& ſeparamini[ab eis loco & conuerſa-
tione non charitate[& ne tetigeritis mundũ immundiciæ dicit dñs.]Per mundũ imun-
diciæ intelligit homines ſæculares,vitijs plenos,& vanitates ac prauitates ipſorum,quę
nõ ſunt per conſenſum,& vitæ imitationem tangenda ſed euitanda. [Quis enim illoꝝ
fecit aliqñ mirabilia,quis mortuos ſuſcitauit,quis dæmones effugauit? Nullus. Iſta eñ
vniuerſa ſunt certamina & brauia perfectorum ſanctorum,& monchoꝝ,quę capere].i.
facere[mundus non põt. Si eñ poſſet ſuperflua eſſet exercitatio ac receſſio vitæ ſolitarię
ac remotæ.] Pręinductis his verbis contrariũ videtur quod Chriſtus in Euangelio ait:
Multi dicent mihi in illa die,Domine nõne in nomine tuo prophetauimus, & in nomi-
Matth. 7 ne tuo dæmonia eiecemus & ſigna multa fecimus. Et tunc confitebor eis: quia nõ noui
vos. Diſcedite à me operarij iniquitatis. Deniq; virtus faciendi miracula, eſt donũ gra-
tiæ gratis datę,quod cõmune eſt bonis ac malis,nec dubium quin multi vitioſi exorciſtę
frequenter expulerunt dæmonia. Rurſus mirabilia iam prætacta facere, non eſt merces
nec finis nec brauium ſolitariæ atq; monaſticæ vitæ,quæ non ideo eſſet ſuperflua,quam-
uis mali ſæcularesq; homines facerent mirabilia illa. Ad hæc arbitror reſpondendum,ꝙ
author loquitur de mirabilibus iſtis ſecundum quod fiunt ex merito facientium ea, ſeu
propter ſanctitatem qua deo accepti ſunt,& quia frequentius fiunt per ſanctos. Verum
de



A de hac materia plenius tractatur in collationibus patrum,in collatione quæ intitulatur
de chariſmatibus. Si aũt mirabilia iſta fieri poſſent per ſeculares iniuſtos quaſi ex meritis
eorundum ſuperfluũ eſſet relinquere mundũ. [Quando dæmones poſt abrenunciationẽ
noſtram accendunt & feruere faciunt cor noſtrũ memoria parentum,fratrũ,amicorum
ac propriæ regionis,tunc armemus nos orationibus contra ipſos,& inflammemus noſ-
ipſos recordatione ignis ęterni,vt per eam ocyus].i.velocius ſeu protinus[extinguamus
importunum ignem]hoc eſt,irrationabilem & inconuenientẽ affectionẽ ac concupiſcen-
tiam[cordis noſtri] Conſequenter ponit documentum ac ſignum,per quod ſcire poteri-
mus an inordinate ſeu paſſionate afficimur ad aliquam rem. [Si quis putat ſe adiacere]
.i.habere ſe[circa rem aliquam aut circa quodcunq; negotium impaſſibiliter aut impaſ-
ſionate.abſq; affectione vitioſæ delectationis, & tñ cor ſuum aliqualiter contriſtatur in
priuatione].i.ſubtractione [illius rei]ſiue negotij [hic talis perfecte ſeduxit ſeipm̃] ma-
iora ſentiens & præſumens de ſeipſo: & putans ſe aliquid eſſe cum nihil eſt. Ex hoc ita-
que documẽto penſemus an ne inordinate afficiamur ad ea quę noſtro vſui ſunt cõceſſa,
& q̃ habemus in cellulis noſtris. Sic quoq; ſi quis dicat ſe non appetere aliqd huius mũ-
di,nõ laudẽ,non honorẽ,nec aliquã ꝓmotionẽ: & tñ ferre nõ poteſt increpationẽ,deriſio-
nem,contemptũ: talis perfecte decepit ſeipm̃: & mentitur iniquitas ſibi. [Quicunq; iuue- Pſalm. 26
nes adiacent atq; effuſi ſunt] ac dediti [circa concupiſcentias corporales & amores car-
B nales ac delitias furioſæ ſeu irrationabilis gulæ,&]pęnitentia ducti [volunt accedere ad
cõuerſationem monaſticam: excitare debent ſeipſos in omni vigilia & attentiõe ſub do-
loribus & laboribus & omni auſteritate,abſtinentes ab omni malignitate,& ab vniuer-
ſis delitijs ne aliqñ fiant eis poſteriora ſeu nouiſſima peiora prioribus,& ne portus ſalu-
tis]puta cœnobium,ſeu profeſſio religionis,ad quam tanq̃ ad portũ ſalutis cõfugerunt, Matth. 12
fiat eis aggregatio periculoꝝ].i.accumulatio vitiorum,ſeu grauioris damnationis occa-
ſio. [Et iſtud cognoſcunt nauigantes intellectuale mare].i.qui per ſeculum iſtud nequã
tãquam per mare feſtinãt ad patriam,ſciunt quod iſtud ſit verũ atq; ſalubre. [Miſerabi-
le nãq; ſpectaculum eſt,ſaluatos in pelago videre naufragari in portu]hoc eſt, eos qui e-
uaſerunt vitia mundi & damnationem,cũ adhuc erãt in ſeculo,periclitari grauiusq; pec-
care & perire in clauſtro aut heremo. Ratio prædictorum eſt,quoniam ſicut in corpora-
libus ita in ſpiritalibus vnum contrarioꝝ expellitur & curatur per aliud. Propterea quã-
to quis fuit in ſeculo magis libidinoſus, guloſus & mundi vanitatibus vitijsq; intentus
tanto debet poſt ſuam cõuerſionem eſſe diſtrictior, temperatior,purior, atq; inſtantior
in doloribus compunctiõis & mœroribus pro ſuis exceſſibus. In laboribus quoq; exer-
citiorum pœnitentialium operumq; clauſtralium ac manualium,& peiorum. Iſtud quip-
pe requirit cõdigna pœnitentia,reformatio vera ac ſalutaris morum conuerſio. Verun-
C tamen prætacta,præſertim vigiliæ,abſtinentiæ,diſciplinæ, & cæterę corporales exercita-
tiones debent eſſe diſcretæ,vt ſit rationabile obſequium noſtrum.

¶ De tertio gradu ſcalæ iſtius, videlicet de vera peregrinatione.

Articulus VIII.

POſt eradicationem omnis inordinatæ affectionis ad quæcũq; creata: mox ſequitur
vera ac plena tendentia cordis ad beatificam deitatis viſionem, patriamq; beatorũ,
idcirco de peregrinatione iſta nunc agitur. [Peregrinatio eſt irreconuerſibilis derelictio
omnium quæ ſunt in hac patria] id eſt, in via præſenti, quæ eſt exilium magis quam pa- Roma. 12
tria: Omnium inquam [contra agentium].i.renitentium & aduerſantiũ nobis [ad pie-
tatis intentionem] hoc eſt, impedientium nos à propoſito piæ ac virtuoſæ conuerſatio-
nis. Requiritur nanq; ad hanc peregrinationem, & vniuerſa creata carnalia & caduca de-
ſerantur ad minus mentaliter, aut etiam quandoq; corporaliter,quantum ad id quo im-
pediunt à ſalute. Dicitur quoq; peregrinatio iſta irreconuerſibilis,non quod ſemper per-
maniat talis,nam interdum contingit quod peregrinator fidelis cadat à gratia,mortali-
terq; peccando conuertatur ad vana quæ dereliquit: ſed dicitur irreconuerſibilis,quantũ
ad peregrinantis intentionem,quia proponit nequaquam reuerti ad talia,iuxta quẽ mo-
dum,pęnitere dicitur præterita mala deplangere,& deplangenda nõ facere. Deinde mul-
ta dicuntur de peregrinatione iſta,quæ non ſunt eſſentialiter peregrinatio ipſa, ſed quæ-
dam eorum ſunt quaſi integrales partes ipſius: & quædam ſunt cauſa eius: quædam
vero ſunt eius effectus, aut aliquo modo pertinent ad eandem. Peregrinatio eſt repulſio

 propriæ

propriæ confidentiæ]pertinet enim ad peregrinum non cõſidere de viribus proprijs,ſed D
in deo totam ſpem figere.Nam iter ſeculi huius ſine periculo & irreconuerſibiliter per-
tranſire, & laqueos aduerſariorum euadere nõ valemus ſine indeſinenti auxilio gratiæ
creatoris.[Mos reuerens] Nam peregrinans reuerentialem debet gerere apparatum,&
morigerate incedere,imo & verecundus conſiſtere,tanquam in alienis exiſtens.Ideo ſub
ditur[modus verecundus]ſumendo modum pro moderatione, diſpoſitione ſeu mane-
Sapien. 1 rie.Eſt item peregrinatio iſta[incognita ſapientia]quia procedit ex vera & ſalubri ſapi-
Iob 28 entia quam ignorant amatores ſeculi huius. In maliuolam quippe animam non intrat
ſapientia iſta:nec inuenitur in terra delitioſe viuentium[non publicatus intellectus,] id
eſt,cognitio non omnibus,ſed perpaucis manifeſtata.Pertinet equidem ad hanc peregri
nationem,intelligere quam vana ac vilia ſint vniuerſa iſta carnalia & terrena compara-
tione futurorum, ſpiritalium cœleſtiumq; bonorum,præſertim reſpectu ſummi,increa-
ti,& incircumſcriptibilis boni,quod perpauci intelligunt intellectu formato ſeu per do-
num ſcientiæ. Vnde Saluator diſſeruit:Confiteor tibi pater,quia abſcondiſti hæc à ſapi-
Matth. 11 entibus & prudentibus,& reuelaſti ea paruulis. Iſaias quoque quem docebit(inquit)do
Iſaiæ 28 minus ſcientiam,& quem intelligere faciet auditum. Ablactatos à lacte,auulſos ab vbe
re. [Abſcondita vita.] Nam peregrinatio iſta pro maxima parte conſiſtit in exercita-
tione interna,& peregrinans ſalubriter,quantum in ſe eſt,intendit & cupit bona opera E
Matth. 6 ſua abſcondere,ſicut iubet Saluator. Videte ne faciatis iuſtitiam veſtram coram homi-
nibus vt videamini ab illis. Et Paulus: Mortui (inquit) eſtis: & vita veſtra abſcondi-
Col. 3 ta eſt cum CHRISTO in Deo. [Occulta ſubſtantia,] id eſt, operatio ſeu ſpiritalis
opulentia,modo iam tacto ſecreta, [inuiſa intentio] quia ad peregrinationem hanc ſpe
ctat ſpiritalis ac recta intentio complacendi ac inhærendi ſoli altiſſimo, quæ intentio
non eſt exteriori perceptibilis viſu, imo nec interiori viſu apprehenſa eſt à peruerſis
perfidiſque hominibus, [vtilitatis appetitio.] Nam peregrinator huiuſmodi,cum ſit
vere humilis, appetit vilipendi. Concupiſcit etiam pro ſuis peccatis affligi & cum Chri-
Sapien 6 ſto anguſtiari. Propterea ſequitur. [Anguſtiæ concupiſcentia] & ſumitur concupiſcen
tia hic in bono, videlicet, pro ordinato affectu,ſicut in libro Sapientiæ, quo habetur.
Concupiſcentia ſapientiæ deducet ad regnum perpetuum, [diuini deſiderij ſuppoſi-
tio.] Eſt enim fundamentum ſeu baſis deſideriorum cœleſtium. Nam quanto plus de-
feruntur terrena,tanto fit anima aptior ad ſuperna[multitudo amoris Ieſu Chriſti,]hoc
eſt,multa & copioſa ſeu feruens affectio Chriſti,ad quem ſuſpirat ac tendit peregrinator
cum apoſtolo dicens. Deſiderium habeo diſſolui & eſſe cum Chriſto, [vanæ gloriæ ne-
Philip. 1 gatio]nam gloriam vanam peregrinator hic ſumme abhorret cum Paulo proteſtans.
Galat. 6 Mihi abſit gloriari niſi in cruce domini mei Ieſu Chriſti. [Odium nominis ſcientiæ & F
ſanctitatis] id eſt,deteſtatio famæ de ſcientia & ſanctitate.Deteſtatur nanque habere fa
mam quod ſit doctus & ſanctus,imo quantum in ſe eſt potius cupit defectuoſus,negli-
gens ac fatuus reputari[ ſilentij profundum ] id eſt, magna & humilis obſeruantia ſi-
lentij ſeu taciturnitas virtuoſa: quæ vtiq; ſpectat ad peregrinum, vt non intromittat ſe
de impertinentibus ſibi,neq; loquatur inania: ſed cuſtodiat os ſuum,ne inquinet conſci-
entiam ſuam. [Deniq; cogitatio iſta peregrinationis habet naturam moleſtandi ſeruos
dei inceſſanter in prohœmijs]id eſt, in principio cõuerſionis moleſtum ac laborioſum
eſt taliter peregrinari in ſæculo iſto,& cuncta tam perfecte deſerere[& deſuper ordina-
ta eſt ſtimulare amatores dei,quaſi igno diuino.] Et quid per iſtud,quod eſt quaſi ignis
intelligat,pandit ſubdendo. [Dico vero à domeſticis & proprijs elongatio]id eſt,iſtum
ignem quo præfata cogitatio ſtimulat deum amantes,voco elongationem à domeſticis
proprijsq; hominibus. Qui enim ſe cogitat peregrinum in mundo libenter ab alijs ſe e-
longat ac abſtrahit, per quod amore diuinorum validius inflammatur. Vnde de elon-
gatione iſta ſubiungitur,quod ſit [exhortans amatore dei ad pulchritudinem talem]vi-
delicet, ſpiritalem quæ in peregrinatione conſiſtit [& ad bonum] virtutum [ſub inten-
tione amoris & vtilitatis & tribulationis] id eſt,hac intentione & ratione ſeu iſto intui-
tu,vt per elongationem illam in amore ſancto proficiant, ampliuſque vileſcant ſeu vili-
pendantur: atq; pro ſuis vitijs ſe affligant aut tribulentur ab alijs. Hæc enim peregri-
nus affectat (vt dictum eſt) perfectum, videlicet gaudium exiſtimans cum in diuerſas
Iacobi 1 tentationes inciderit. [At quantum agonizatio iſta ]id eſt, pugna & peregrina-
tio,



A tio [magna].i.virtuoſa[ac laude digna eſt,intantum eget multa poſſeſſione diſcretiõis]
.i.copioſa ac firmiter inhærente diſcretione.[Non enim omnis peregrinatio ſumme fa-
cta eſt pulchra,hoc eſt,non omnis derelictio omnium rerum præſentium valde eminen
ter exhibita,eſt veraciter virtuoſa,quia interdum corrumpitur gloriatiõe inani,aut amo
re humani præconij.[Si]pro quia[omnis propheta ſine honore eſt in patria ſua]ſicut di Marci 6
cit dominus in euangelio,iuxta ſenſum ibi inductum[videamus ne peregrinatio fiat no
bis forte occaſio vanitatis] ex actibus quippe ſublimiter virtuoſis occaſionaliter celeri-
uſq; naſcuntur ſpiritalis ſuperbia,complacentia vana,inanis lætitia[Peregrinatio eſt ab
omnibus ſeparatio]hoc eſt,abſtractio cordis aut etiam abceſſio corporalis, ab om̃ibus
rebus nociuis ac ꝓximis[ob hoc vt faciat mentem & cogitationem]ipſius[à deo inſepa-
rabilem.] Hic plane eſt finis huius peregrinationis & ſolitariæ manſionis,vt mens ſit tã-
to ſtabilius ſynceriuſq; deo vnita,quanto ab alijs cunctis eſt magis remota. Mens autẽ
virtuoſa ſit à deo in hac vita inſeparabilis,id eſt, difficulter ſeparabilis: in futuro autem
erit à deo prorſus inſeparabilis,vtpote confirmata in bono.[Peregrinatio eſt matrix &
operatrix inceſſabilis planctus.]Nam facit hominem plangere anni tempore oportuno
ex tedio huius exilij ac deſiderio paradiſi ſuperni,ita vt dicat. Heu mihi q̃a incolatus me-
us prolongatus eſt. Itemq;: Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis hu- Pſalm. 118
B ius? [Peregrinus eſt qui fugit & fugat omnem habitudinem & affectionem proprio- Roma. 7
rum & alienorum]hoc eſt,omnem inordinatam occupationem curam,& paſſionatam
affectionem intraneorum extraneorumque hominum, ſeu omnium proximorum alia-
rum rerum peregrinus fugit ſeu vitat,ne intret in eum,& fugat ſeu pellit à ſe quãdo cœ-
perit introire aut pulſare cor ſuum. Tu [pergens ad peregrinationem ac ſolitariam man
ſionem,non ſuſtineas tecum morari animas amatrices mundi] id eſt,homines mũdum
praue amantes [eo quod fur ſit non expectatus & inſuſpicabilis] id eſt, cohabitatio ta-
lis,ſiue diabolus per talem cohabitationem inſidians,& dona gratiæ auferre cupiens ho
mini bono eſt fur improuiſus ex abrupto & inſuſpicabiliter irruens lædens ac ſpolians.
[Multi enim tentantes ſecum ſaluare pigros ac negligentes,perditi ſunt cum eis] In qui-
bus impletum eſt illud. Cum peruerſo peruerteris. Maxime etem̃ nocet mala ſocietas, Pſalm. 17
quemadmodum ſcriptum eſt. Qui tangit picem inquinatur ab ea [igne ex eis extincto Ecci 13
ſub tempore].i.feruore deuotionis deficiente in eis paulatim,exemplo, cõfabulatiõe &
communione negligentium & pigrorum.[Suſcipiens flammam curre].i.quando infun
ditur tibi aliquis feruor & ſalubris compunctio, protinus acquieſce & cooperare eidem
atq; celeriter tende ad patriam per actus virtutum. [Non em̃ noſti quando extingua-
tur & in tenebris te relinquat].i.incertum eſt tibi quando ceſſabit inflammatio ſeu inſpi
C ratio illa,ſiue ex diſpenſatione diuina qua deus viciſſim ſubtrahit ad tempus gratiam ta
lem ex certis cauſis,ſiue ex inſtabilitate,occupatione aut negligentia tua, ſiue ex impug-
natione diaboli,ſicq; gratia illa ſubtracta aut perdita relinquaris in tenebris ignorantiæ
atq; pigritię tuæ. Ideo ait Apoſtol. Noli negligere gratiam dei,quæ in te eſt. Et ſaluator. 1. Timo. 4
Negotiamini,inquit,dum venio.[Nam alios ſaluare nõ exquirimur].i.nõ tenemur pro Lucæ 19
ximos noſtros ſaluare exponendo nos periculis dãnationis propter illoꝝ ſalutem agen
do incaute. Propter quod loquitur Chriſtus. Quid proficit homo ſi lucretur vniuerſum Matth. 16
mundum,ſeipm̃ aũt perdat & detrimentum ſui faciat. Veruntñ requirit deus à præſiden
tibus ac prælatis,vt quantum in ipſis eſt ſaluent ſibi cõmiſſos. Vnicuiq; quoq; mandauit Ecci 17
deus de proximo ſuo, vt diligat & ædificet eũ, ac tempore opportuno oret pro ipſo &
opem ei impendat,prodeſſe.[Ait enim diuinus apoſtol. Vnuſquiſq; pro ſe rationem red
det deo. Et iteꝝ: Qui alium doces teipſum non doces: Quaſi diceret. De alio non noſti] Roma. 14
quid agatur in eo.[At omnes nouimus de nobiſipſis]quid agatur in nobis, quid cogite- Roma. 2
mus,appetamus & quales ſimus. Propter quod aſſerit Paulus: Eaq; ſunt hominis nemo
nouit niſi ſpiritus eius: Et quamuis nõ habeamus certitudinem abſolutam an ſimus in 1. Corin. 2
charitate & vere deuoti,probabiliter tamen ſcire id poſſumus.[Peregrinus remoue à te
certa munitione dæmonem gyrouagum & voluptatum amatorem] hoc eſt, tu peregri-
nus exiſtens nõ acquieſcas maligno ſpiritui te tentanti,vt circunquaq; diſcurras,& lau
tas refectiones deſideres in locis quæ viſitas.[Nam peregrinatio ei præbet occaſionem]
.i.ex hoc ꝙ quis nil proprium habet,oritur ei occaſio quærendi victum apud diuerſos,&
dæmon inde accipit occaſionem tentandi peregrinum vt gyrouagetur,cui reſiſtendũ eſt

certa munitione,id eſt,ſpeciali armatura,videlicet,dei timore & mentis conſtantia, ſeu D
conſideratione malorum quæ ex tali gyrouagatione procedunt. Vnde in Regula ſancti
Benedicti maxime vituperantur fratres, ita per cœnobia circumeuntes, & hinc inde per
biduum aut triduum repauſantes ſuoq; ventri deſeruientes. [Pulchrum & bonum eſt]
vtpote virtuoſum atq; ſalubre[non habere ad aliquid vitioſam affectionem]vt ſcilicet
nil amplius appetatur ſiue ametur quã vtile aut neceſſarium eſt ad veram ſalutẽ. Quod
ſi quid plus appetatur aut ametur quam ſic,tamen citra deum,tũc eſt veniale peccatum.
Si vero afficiatur quis ad aliquid plus quam ad deum,mortale peccatum eſt. [Peregrina-
tio vero mater eſt & origo,non habendi ad aliquid vitioſam affectionem] quemadmo-
dum & econtra ſecundum diuerſum reſpectum ac diſtinctam cauſalitatem. Ex hoc nem
pe quod cuncta modo præfato relinquimus, ꝓcedit vt ad nihil inordinate afficiamur.
[Qui peregrinus eſt propter Ieſum Chriſtũ dñm noſtrum,nõ copulabit amplius affecti
ones ad aliquid]. i. nõ inibit nec contrahet inordinatos affectus ad creaturam quamcun
que: Nam quicquid impedit à Chriſti cõtuitu & à more abhorret[vt nõ appareat paſſio-
nibus abſtractus & appropinquans]hoc eſt,ne corã deo inueniatur auerſus à Chro per
paſſiones,& appropinquans eiſdem per conſenſum illicitum. Vnuſquiſq; enim tentatur
à ſua cõcupiſcentia abſtractus & illectus,vt Iacobus fatetur Apoſt. [Qui mundo peregri
Iacobi 1 natur]id eſt,mẽte à rebus mundanis ac vanis recedit[ nequaq̃ appropinquabit vlterius E
mundo]per affectum immoderatum,hoc enĩ intendit: & ſi perſeuerat in peregrinatione
implet hoc opere. [Vitia enĩ habẽt naturã diligere reuerti]. i. libenter redire ad eos q̃s an
te inquinauerunt. Tales enĩ ſunt magis proni ad vitia priſtina,quouſq; perfecte purgen
tur à reliquijs vitioꝝ,& in virtutibus radicentur. Hinc qui peregrinantur à mundo,non
cito appropinquant eidem. [Exulat Eua nõ ſpontanee à paradiſo]hoc eſt,Eua inuite ſu-
ſtinuit expulſionẽ atq; exiliũ à paradiſo terreſtri[& monachus]exulat[ſpõtanee à patria
ſua]terreſtri, egreſſus ex deuotiõe de terra ſua & de ſua cognatione. [Et Eua lignũ ino-
bedientiæ]vtpote,fructũ ligni ſcientiæ boni & mali,in q̃ per inobedientiã peccauit[iteꝝ
cõcupiuiſſet ſi in paradiſo manſiſſet,monachus vero detrimentũ q̃tidie paſſus à cogna-
tis ſuis carnalibus,penitus interiſſet]in patria ſua inter illos manendo. [Tanq̃ à flagello
fuge loca ruinaꝝ]. i. mãſiones & ſocietates eorum qui ad peccata alliciunt. Oportet nan
q; vitare non ſolum peccata,ſed & occaſiones peccandi. [Nam abſente fructu non tam
frequenter appetimus illũ ] ſic & deſiderabilibus huius mũdi à viſu atq; auditu noſtro
remotis: non tam ſæpe ad ea afficimur. Obiecta quippe fortius mouent,qñ ſenſibus aut
cæteris potentijs præſentantur, quamuis interdum ex vehementia diabolicæ impugna-
tionis aliter accidat. [Neq; te lateat iſte modus ſuggeſtionis & dolus latronũ] vi3. dæ-
monum qui animas iugiter trucidare conant. [Suggerunt enim nobis à ſæcularibus nõ F
diſcedere,dicentes nos reportare magnã mercedem,ſi vidẽdo fœminas ſeruamus nos cõ
tinentes ab eis. Quibus] latronibus[nõ cõuenit obedire, ſed magis] conuenit [oppoſi-
tũ facere. Cum recedentes à domeſticis noſtris p tẽpus & tpa] .i. per annũ & annos fue
rimus ab eis abſentes [& acqſiuimus nobiſipſis aliquã religioſitatem, cõpunctionẽ,con
tinentiã aut abſtinentiã,tunc dęmones demũ inſtantes cogitatiõibus vanis]. i. inſtanter
conãtes nos inducere,ad cõſenſum cogitationũ inanũ[iteꝝ ſuggerũt nobis accedere ad
propriã patriã,ad ædificationẽ & vtilitatẽ multoꝝ,& actus nr̃os illicitos] vtpote eſſe &
loq,mãducare & cõuerſari inter cognatos et ſeculares [dicũt eſſe formã] .i. exemplũ ſa
lubre [ſcientiũ ea q̃ neceſſaria ſunt ad ſalutẽ.] Perſuadẽt etenĩ nobis,ꝙ oĩa verba et opa
nrã ædificatiua ſint alioꝝ,nec aduertimus illuſiões,defectuoſitateſq; ꝓprias. [Si vero fue
rimus aliq̃liter potentes in bono ſermone et vili ſcĩa, tunc inſtigant nos redire ad mun-
dũ tanq̃ aĩaꝝ ſaluatores et magiſtros] .i. tanq̃ idoneos ſaluare cõuertere et docere ani
mas plurimoꝝ[vt bñ cõgregata in portu male diſpgamus in pelago ] hoc eſt opa vir-
tuoſa et ſpiritales diuitias in clauſtro collectas pdamus ĩ ſeculo[Feſtinemus imitari ipm
Loth]qui nõ retroſpexit ſed angelis acqeuit[nõ coniugẽ eius] q̃ cõtra angeloꝝ mãdatũ
reſpexit retrorſum. Aĩa. n. cõuerſa ad ea vnde exiuit] .i. monachus ad mundũ et ea q̃
mũdi ſunt per inordinatũ affectũ ſe vertẽs[ſicut ſal euaneſcit,et de cætero manet immo
bilis]hoc eſt,difficulter cõuertibilis. [Incõuertibilis fuge Aegyptũ]. i. mundũ et tenebras
vanitateſq; eius ita relinque vt nunq̃ reuertaris ad ea. [Nã corda ibidem cõuerſa] .i. ad
Aegyptum p affectum reuerſa[nõ viderũt terrã impaſſibilitatis Hieruſalem] .i. terram
promiſ-



A promiſſionis & vrbem Hieruſalem nõ introierunt,q̃ terra,præfigurauit regionẽ viuoꝝ
cœleſtẽ,& ipſa Hieruſalẽ tropologice ſignat aĩam à paſſionibus emundatam. Confor-
miter monachi redeuntes corde ad ſeculũ nequã,nõ merentur videre bona dñi in terra
viuentium beatoꝝ. [Quod relinquentes propria,requirunt ea ex cordis inſtabilitate con
tigit ſæpe propter puerile in prohœmijs]. i. ex hoc ꝙ in exordio ſuæ cõuerſionis habue-
runt ſe pueriliter & torpenter,non ſoliciti digne deo ambulare iuxta exigentiam ſuæ vo
cationis. [Cõtingit ſimiliter vt omnia relinquentes perfecte purgati, ſaluent & cõuertãt
quoſdam poſt ſuã ſalutem]. i. poſt ꝓpriam cõuerſionem felicem[ſicq; vtiliter & cõueni-
enter reconuertantur ac redeant ad ipſos]q̃s reliquærũt. [Etenĩ Moyſes contẽplator dei
miſſus à deo in ſalutẽ cognatæ gentis]hoc eſt,ad liberationem & informationẽ Iſraeliti
cæ plebis,de cuius proſapia fuit ipſe[ſuſtinuit multa pericula in Aegypto. ]Interdũ enim
filij Iſrael repulerunt eum à ſe dicentes: Iudicet dñs inter nos & te,quia fœtere feciſti o-
dorem noſtrũ coram Pharaone. Interdum quoq; Pharao indignabatur cõminabaturq;
ei [videlicet tenebrefactiones in mundo] hoc eſt,ipſe Moyſes pertulit varias perturbati
ones,inquietudines ,curas,anguſtias inter Iudæos,intm̃ quod dixit ad dñm: Obſecro vt
interficias me,ne tantis malis afficiar. Bonũ eſt contriſtare parentes]relinquẽdo eos ꝓ-
pter Chriſtum,& non dñm Ieſum,præferendo ei carnales parentes. Nam ipſe ait: Qui a-
B mat patrem aut matrem plus q̃ me,non eſt me dignus. Cõtriſtatur aũt Chriſtus à nobis Matth. 10
dum per modum contriſtati ſe habet ad nos. [Chriſtus enim plaſmauit & ſaluauit nos,
parentes vero ſæpius perdiderunt,& æternis pœnis tradiderunt quos dilexerunt]carna
li amore: impediendo eos à via ſalutis imitationeq; ſaluatoris. [Peregrinus eſt ille qui ſe
det in ſcientia]. i. in diuinorum contemplatione cũ taciturnitate quieſcit[ſicut alienus à
lingua]. i. tanquam viator aliquis linguam ſeu loquelam non habens[incognitis ſibi lin
guis]eorum inter quos ambulat quoꝝ non intelligit verba,vnde nec loquitur eis. [Nos
non odientes proprios & domeſticos noſtros ſeu loca recedimus]. i. propinquos & loca
natiua relinquimus,nõ ex odio eorundem. Non enĩ odimus perſonas aut naturas eoꝝ,
ſed vitia quibus conantur nos à via perfectionis retrahere. [Abſit] à nobis odium illud
charitati contrarium. [Nam Ieſus Chriſtus factus eſt nobis dñs & magiſter in iſto] re-
ceſſu à noſtris propinquis,ſicut in vniuerſis alijs bonis operibus. [Fuit enim & ipſe fre-
quenter relinquens parentes ſecundum carnẽ]. i. veram ſuam matrem virgineam,& pa-
trem putatiuum,ſeu conſanguineos ſuos carnales. [Audiens enim à quibuſdam mater
tua & fratres tui foris ſtant & quærunt te: ipſe bonus magiſter confeſtim oſtendit no-
bis odium impaſſibile]. i. intellectuale atq; laudabile quo odiuntur impedimenta ſalu-
tis ſeu vitia,non perſonæ,& nõ odium paſſionatum vituperabile[dicens: Mater mea &
C fratres mei ſunt,qui faciunt voluntatem patris mei,qui in cœlis eſt. Sit tibi pater q vult
& poteſt tecum laborare ad diſſipandum onus peccatorum tuorum.] Talis enim diſpo-
ſitiue perducit te ad eſſe ſpiritale,quod eſt eſſe gratię ac virtutum,& ita ſpiritaliter gignit
te,& debes eum habere pro patre. [Mater vero tua ſit compunctio,valens te lauare à ſor
dibus]vitiorum,& ita per eam ad ſpiritale eſſe produceris. [Frater vero tuus ſit,qui tecũ
laborat ad curſum virtutum,& ad viam ſupernam] .i. conuerſationem regularem mo- Matth. 12
naſticam,per quam itur ac peruenitur ad patriam illam cœleſtem[& coarctatur]hoc eſt
conſtringitur ac tenetur tecum ſub regula tuæ profeſſionis,& ſub regimine patris ſpiri-
talis. [Poſſide vxorẽ ineuulſibilem memoriam mortis]. i. memoriã mortis aſſiduã habe
pro vxore inſeparabili, ex qua producas ſaluberrimos fructus de quibus ſubiungitur.
[Filij vero dilectiſſimi ſint,ſuſpiria cordis & gemitus. ]Sed & deuote meditatiões & ſan
cti affectus,ac cæteri meritorij actus. [Seruũ poſſide corpus tuũ]vt caro tua ſit rõi ſubie
cta,quẽadmodum ſeruus dño ſuo. [Amicos vero habe & poſſide ſanctas virtutes,q̃ poſ
ſunt tibi ꝓdeſſe in tempore exitus,ſi fuerint tibi amici]hoc eſt,ſi vere inhæſerint coniun
ctæq; fuerint tibi ſicut amicus amico. [Hæc eſt gñatio quærẽtium dñm]. i. fideles taliter
ſe habentes,& bonis his decorati,ſunt populus deũ veraciter quærens. [Dilectio & deſi-
deriũ dei]. i. ſpiritalis infuſuſq; amor ſummi & incõmutabilis boni,& appetitio pfruen
di eodem & complacendi ac inhærendi iugiter ei, extinxit dilectionem parentũ carnalẽ
non ſpiritalẽ. [Qui vero dicit ſe habere ſimul vtrãq;] vtpote ſpiritalẽ dei amorẽ atq; car
nalẽ affectionẽ parentũ[ſeducit ſeipm,audiens Chriſtum dicentẽ: Nemo poteſt duobus
dñis ſeruire]& quę ſequuntur in euãgelio,ſcilicet,aut enĩ vnum odio habebit,&c. Quod

 intelligen-

Intelligendũ eſt de dñis inuicem ſibi contrarijs prorſus:ita quod quicquid cõplacet vni D
diſplicet alteri. Conformiter amor carnalis & ſpiritalis ſecundũ eſſe completum ſimul
ineſſe non pñt eidem,quia cõtrariantur ad inuicem. Propter q̊d loquit̃ Iſa. Coanguſtatũ
eſt ſtatum,vt alter decidat.[Dñs] in Euangelio [ait. Non veni mittere pacẽ ſed gladiũ,
.i.non veni mittere amorẽ] carnalem [parentũ ad filios, ac fratres eligentes mihi ſerui-
re,ſed pugnam & gladiũ] .i.bonã diſſenſionem & ſepationem.[Veni eñ ſepare amato-
res dei ab amatoribus mundi,materiales ab immaterialibus] .i.ſenſuales terrenoſq; ho-
mines à ſpiritalibus, quoꝝ conuerſatio eſt in cælis,qui viuũt in carne ſine carne:quibus
ait apoſt. Vos aũt in carne non eſtis,ſed in ſpũ. Qui enim in carne ſunt deo placere non
pñt [amatores gloriæ] temporalis puta ſupbos [ab humilibus.] Hi ſeparant̃ in pñti vi-
ta ab inuicem diſſimilitudĩe cordis ac merito,aliqñ quoq; & loco,in futuro aũt diuiden
tur à ſe manſione ac præmio.[Gaudet & epulatur dñs ſuper diſſenſione & ſepatione fa
cta ꝓpter perfectam charitatem ad ipſum] hoc eſt,de diſſenſiõe qua electi & boni à pra
uis diſſentiunt,atq; de ſeparatione qua ab illis ſe abſtrahunt ex diuino amore,quatenus
creſcant aſſidue, & perfecti reddantur in charitate ipſius, deus in tantũ lætatur & cõpla-
centiã habet,& inde quaſi refici videatur. Omnia enim euangelica Chriſti conſilia ordi
nantur & tendunt ad hoc,vt proficiamus cælerius & perfecti efficiamur in charitate di
uina:[Vide vide] repetitio iſta indiciũ eſt ſerioſitatis & intentæ admonitionis [nequan E
do vniuerſa] quæ deſeriſti in mũdo,viꝫ.propinquoꝝ tuoꝝ charoꝝq; agmina [videant̃
tibi paſſionate ac vitioſe diligẽti domeſticos tuos] puta ꝓpinquos q̊s reliquiſti [eſſe ple
na aquis] tribulationũ & pœnuriaꝝ [& ſubmerſis diluuio] .i.abundãtia [mũdani amo-
ris,pereas ſimul cũ eis. Perſuadet.n.callidus hoſtis interdũ religioſo ꝙ debeat ire ad con
ſolandũ,fouendũ & adiuuandũ parentes,cæteroſq; propinq̊s,eo ꝙ in tribulatiõibus &
ærũnis ſint conſtituti. Quod periculoſum eſt facere, ne quis ex ſenſuali affectione & ex-
terna occupatione refrigeſcat in charitate & pereat. Veruntñ in Collatiõibus patꝝ reci-
tat Caſſianus,quemadmodũ vir S. abbas Artebius ſubuenerit matri ſuæ vehementi in-
opia deſolatæ,duplicando ſibi laborẽ in clauſtro ſeu heremo.[Ne miſerearis lachryma-
rum parentũ & amicoꝝ] .i.nõ ita condoleas parentibus & amicis carnalibus cõtriſtatis
ac flentibus,eo ꝙ ipſis relictis pergas ad vitã monaſticã, vt propter mœrorem & fletum
illoꝝ retraharis à via ſalutis.[Alioqui in futuro inæternũ plorabis. Qñ circundabunt te
propinqui tui ſicut apes:magis vero ſicut veſpe] quæ grauiter lædunt:propter q̊d eis cõ-
parantur ꝓpinqui animã grauiter lędere ſatagentes,lamentum ſuper te facientes] ob id
ꝙ velis eos deſerere,& religioſam vitã aſſumere [confeſtim intuere] indefinenter oculo
animæ [mortem tuã & actus tuos] defectuoſos ac vitioſos , in quibus perires in ſæculo
remanens [vt valeas remouere dolorem dolore] .i.inordinato & carnali dolore tam ꝓ F
pinquoꝝ quã tuijpſius reſiſtere,ſalubri ac pœnitentiali dolore. [Spondent nobis dolo-
ſe noſtri & nõ noſtri vniuerſa amabilia prompte pagere] Iſti noſtri & nõ noſtri ſunt pa
rentes,propinqui & carnales amici, qui ſunt noſtri ſecundũ carnis originẽ & ſenſualem
eoꝝ amorem ad nos:ſed non ſunt noſtri per charitatẽ ſynceram,imo ſunt aduerſarij no
ſtræ ſalutis. Iſti ꝓmittunt nobis qñ volumus eos relinquere ad religionẽ intrare,ꝙ apud
eos manendo poterimus prompte peragere oĩa amabilia.i.cuncta opa bona vere aman
da. Vel,ꝙ ipſi impendent ac facient nobis omnia ad amorẽ ſpectantia,& quæcunq; deſi
derauerimus ab eiſdem,dũmodo non recedamus ab eis,ſed doloſe iſtud ꝓmittũt ſecun-
dum q̊d ſubditur [intentio vero eoꝝ eſt impedire virtuoſum curſum noſtrũ & viam no
ſtrã] ad vitã religioſam [conantes ad hoc,vt quæant nos ſic trahere conſequẽter ad pro
priã intentionem] hoc eſt,ad intentionẽ ſæcularem quã inanem,intentioniq; eoꝝ cõfor
mem.[A locis noſtris ſeceſſus ſi fiat,ſit ſemper ad partes humiliores] .i.ſi receſſerimus à
priſtino loco,declinemus ad loca humiliora ſeu viliora [magis priuata cõſolatiõibus &
delitijs ſeculi & delectationibus vitæ pñtis: Maxime q̊q; remota à gloria vana & laude
hoĩm ac tumultu] inquietudinũ mundanaꝝ:hoc enim ad humilitatẽ & pœnitentialem
diſtrictionẽ ac prudentiã pertinet,vt ſ.occaſiones peccandi vitentur.[Si vero nõ ſic] fece
rimus [volamus cũ paſſionibus & pctis] .i.ꝓprijs vanitatibus & irrõnabilibus motibus
agitamur & ad pericula ꝓpria currimus,quærendo magna & delicata delitioſa & hono-
res ac laudes hoĩm in hoc mũdo, q̊d totũ omnino contrariũ eſt profeſſioni monaſticę.
[Abſconde ingenuitatem] .i.ſi nobilis es hoc ipm occulta pro poſſe [& fuge publicare
pompa-



A pompatice bonam famam & opinionem] .i.deuita dilatare & facere tibijpſi ex elatione
famam laudabilem & reputationem ſublimem [nequando inueniaris exiſtere alius ore,
alius actibus] .i.ne ſis humilis verbis,teipſum ſimulatorie humiliando,& factis ſupbus: Eccl 14.
nomen gloriæ tibijpſi pompatice faciendo. Porro vt docet ſcriptura,debemus habere
curam de nomine bono ad dei honorẽ & proximoꝝ ædificationem:nam deo debemus
conſcientiã rectam,proximis bonũ exemplum,ſeu famã ædificatoriam, vt ſimus bonus
odor Chri in omni loco:vñ q negligit famam crudelis eſt,vtpote proximũ ſcandalizans 2. Corin. 2
quantũ in ſe eſt. Veruntñ famã bonã oportet quærere & optare nõ ex pompa,vt noſipſi
reputemur & glorificemur in nobis,ſed ex charitate atq; iuſtitia ob cauſam nunc tactã.
[Nullus tradidit ſeipſum peregrinationi tam excellenter ſicut ptinet ad rem, vt magnus
ille (vcꝫ Abrahã) q audiuit] à dño [Egredere de terra tua, & de cognatione tua,& de do- Gene. 12
mo patris tui. Etenim vocatus fuit à dño ad alienas linguas & terram barbaricam] .i.ad
plebem ac regionẽ Chananæoꝝ,q̊ꝝ loquelã nõ intellexit primo pfecte. Porro oẽs gen-
tes barbari appellant̃ pter Hebręos,Latinos & Græcos. [Et qñ dñs glorificauit pampli-
us aliquẽ peregrinantem ſcd̃m ſimilitudinẽ huius magni ſancti Abrahę?] ſcꝫ patriarchę.
Iſtud per modũ interrogationis legendũ eſt,vt ſit ſenſus: Deus de cætero nõ dedit alicui
excellentiorẽ peregrinationis gratiã & honorẽ,q̃ Abrahæ ipſi. [Veꝝ q̃uis à deo data ſit
gloria] .i.q̃uis deus facit aliquẽ famoſum & eminentẽ in gr̃a peregrinationis [optimum
B tñ eſt ipſam ſcuto humilitatis auertere] .i.ſalubre ac tutũ eſt pro poſſe fugere hmõi repu
gnationem & laudem ſiue honorẽ ex humilitate,cum Chrs in euange. proteſtetur: Ego Iohan. 5
nõ quæro gloriã meam. Et iteꝝ: Quõ poteſtis vos credere,qui gloriã ab inuicem accipi- Iohan. 8
tis?[Quando dæmones] per ſuggeſtionem interiorem [vel homines] per exteriorem lo-
cutionem [laudant nos de peregrinatione quaſi de magna directione] .i.tanq̃ de præcla-
ra virtute & rectificatione,perſuadendo nobis, ꝙ per peregrinationẽ prætactam imple-
uerimus eminenter, [tunc cum intenſione aſſumamus memoriam eius,qui propter nos
de cœlo venit peregrinus in terrã.] De q̊ Ierem. prædixit: Quare quaſi colonus venturus Ierem. 14
es in terra, & quaſi viator declinans ad manendũ? [& inueniemus nos peregrinationem
nõ poſſe implere in ſeculum ſeculi] .i.q̃diu in carne iſta vixerimus. Non enim poſſumus
cor noſtrum tam perfecte & pure à cunctis iſtis terrenis auertere,quin interdũ aliquę in
ordinatæ affectiones ſaltem veniales ſubrepant ac præoccupent nos. [Porro affectio ad
aliquem proprioꝝ domeſticoꝝ vel extraneoꝝ habita, quæ poteſt nos ad modicũ] à ſpi
ritalibus ac diuinis [retrahere ad ea quæ mundi ſunt , & ignẽ noſtræ compunctionis fi-
naliter] .i.paulatim ac tandem extinguere:crudelis eſt] vtpote mentẽ lædens [paſſiona-
ta & vitioſa.] Quãuis enim affectio modicũ retrahens à diuinis ſit venialis: ſi tamen in
tantum continuetur & creſcat,vt ignem compunctionis oĩno extinguat,mortalis ef-
C ficitur,& omnino crudelis. Veruntamen monachus debet eſſe tam cuſtoditus ac feruẽs,
vt etiam venialia deteſtetur ac vitet tanquam mortalia.[Sicut impoſſibile eſt vno oculo
intueri cœlum & alio terrã] id eſt ſimul & ſemel fieri neq; præciſe, perfecte,& impmixte
[ita impoſſibile eſt eũ non perire in anima,qui ſeipſum non facit perfecte peregrinum co
gitatione & opere ab omnibus ſuis domeſticis & extraneis & familiaribus] ita ꝙ nõ af-
ficiatur aut occupetur circa eos inordinate. Iſtud tamẽ ſatis rigoroſe prolatum eſt,& de
religioſis potiſſime intelligi debet,qui omnibus illis renunciauerunt. Vnde neceſſarium
eis eſt,vt tantum peregrinentur ab illis,quantum requirit eorum profeſſio:quod voca-
tur hic perfecte peregrinari. Vel intendit aſſerere,ꝙ monachus intãtum perit in anima,
quantum quocũq; modo deum offendit & à iuſticia deficit.[Mores boni & bene com-
poſiti multo labore & magno agone] . i. luctamine contra vitiorum deordinationem
[diriguntur] & conſeruantur [in nobis:& poſſibile eſt vno temporis momento deper-
dere per peccatum mortale [mores ipſos multo labore directos.] Mens enim niſi fue-
rit iugiter cuſtodita,facillime percutitur quadam inertia:& ſpiritalis profectus laborio-
ſe adeptus per incuſtodiã cordis cito euacuatur,niſi mens reprimatur.[Corrumpũt mo
res bonos,colloq̃a mala,ornata ſimul & inornata] .i.ſiue ſint iuxta humanã prudentiã
facundiãq; ornata,ſiue oĩno diſtorta. Vel eadẽ colloq̃a dicunt̃ ornata,q̃a curioſe & ꝓm-
pte ꝓlata,& inornata qñ vitioſa.[Qui poſt renũciationẽ cõuerſat̃ cũ mũdanis vel ꝓpin
quis exiſtit eis] loco & mãſione [incidet penitus in laq̃os eoꝝ & foueas] .i.in pĩcula de-
ceptio-

ceptiones ac vitia aliqua quæ incidunt ipſi: vel in mala ad quæ nituntur trahere religio- D
ſum ſecum verſantem, qui fabulando, comedendo, potando, eundo ſeu alias cõicando,
cum illis multipliciter ac frequenter excedit in verbis, in cibo & potu, in riſu, diſſolutiõe,
complacentia, ac varijs omiſſionibus, negligentijſq; diuerſis, niſi forte ſit vir perfectus &
iugiter cuſtoditus [aut coinqnabitur meditando ex deliberatione de his q̃ fiunt in ipſis]
hoc eſt, cogitando de his quæ faciunt & loquuntur ipſi mundani: de qbus ſæpe cogita-
bit ſuperflue, per quod & meliora omittet [vel manens non inqnatus] iuxta modos nũc
tactos [inquinabitur dijudicans inquinatos] .i. mundanos inordinate aut temerarie iu
dicans.

¶De ſomnijs. Art. IX.

QVoniamqdem intellectus noſtrę ſcię eſt totaliter impfectus & repletus om̃i igno
rantia impoſſibile eſt occultari] hocipſum: quia certiſſimum eſt & experimentali
ter conſtat, Porro per intellectũ noſtræ ſcientię intelligi põt intellectiua potentia, in qua
ſubiectiue eſt noſtra ſcientia, vel ipſa intellectiua conſideratio, quæ eſt intellectio actua-
lis: & vtiq; modo intellectus noſter eſt totaliter imperfectus & ignorantijs plenus. Nam
& ea quæ ſcimus: obſcure, incõplete & defectibiliter ſcimus. Ea quoq; quę cognoſcimus
Iob 37 minima ſunt compatione eoꝝ quæ ignoramus. Hinc ait ſcriptura: Nos quippe inuolui-
mur tenebris, & qui putat ſe aliquid ſcire: nondũ cognouit quõ oporteat eũ ſcire. [Gut-
tur nãq; diſcernit eſcas] .i. per ſenſum guſtus iudicat de ciboꝝ ſapore, iuxta illud in lib. E
Iob 12 Iob. Fauces comedentis ſaporẽ dijudicant [auris vero intellectualia pcipit]. i. p aurẽ ſu-
ſcipit hõ intellectualem inſtructionẽ. Propter q̊d auditus dicitur ſenſus diſciplinę. Non
tñ vis auditiua extendit ſe vltra ſuũ obiectũ, ita vt directe & immediate attingat intelle-
ctualia, à materia & eius appenditijs ſepata. [Et informitatẽ quidẽ oculoꝝ manifeſtauit
ſol] hoc eſt, ex ſolis irradiatione patet q͏̄ oculi corpales ex ſe informes ſunt ſeu abſq; for
mis aut ſpeciebus viſualibus, quia nõ informant hmõi ſpeciebus nec vidẽt per eas q̊uſq;
limũ accedat, quo mediante ſpecies ſeu radij viſuales viſum immutent [inſipientiã vero
animæ redarguũt verba] hoc dupliciter põt intelligi. Primo q͏̄ ex verbis ſtulte prolatis
agnoſcitur inſipientia anĩæ pferentis, & ita verba redarguũt, hoc eſt, rephenſibilem eſſe
declarant ita loquentẽ. Etem̃ imago mentis eſt ſermo loquentis, & qualis vir, talis & ſer
mo ipſius. Secundo, q͏̄ verba inſtruentis redarguunt inſipĩam animæ fatui auditoris,
dum ſapiens inſipientẽ informat. [Verumtñ charitatis lex violentat ad ea quę ſunt ſupra
virtutẽ] lex charitatis eſt pceptũ geminæ dilectionis, vt ſc; deus toto corde amet, & pxi-
mus ſicut qs amat ſeipm̃. Hæc itaq; lex violentat hoĩem ad ea q̃ ſunt ſup naturã, qm̃ fa-
cit hoĩem cũ ingenti labore & fractione ſuijpſius quodammõ violenta conari, ad hoc vt
deũ totis pcordijs pure & incõparabiliter diligat, & oĩa eius amore relinquat, ſeipm̃q; ab
neget, & in aduerſis quaſi in oĩbus diuitijs glorietur. Inimicos q̊q; & pſecutores amet, E
ſynceriter orans pro ipſis, & bona pro malis rependẽs: & iſta ſunt ſupra naturalẽ poten-
tiam hoĩs, nec ſine ſupnaturali adiutorio charitatis infuſæ & grẽ pñt impleri [Igitur arbi
tror, neq; em̃ determino]. i. nõ abſolute affirmo, ſed reor [eſſe cõueniẽs & cõſeqns inſere
re pauca & minima q̃dã de ſomnijs poſt v̷ba peregrinatiõis,] .i. breuiter tractare de ſo-
mnijs poſt v̷ba de pegrinatione inducta [magis aũt in ipſis]. i. inter v̷ba de pegrinatiõe
vtpote in iſto capit. q̃d intitulatur de peregrinatiõe [In tm̃ ne cõtingat nos eſſe indoctos
de hac fraude dæmonũ malignoꝝ]. i. ne ignoremus qualiter decipiãt nos in ſomno per
ſomnia [Somniũ eſt motus mentis in immobilitate corporis] Per motũ mẽtis intelligit
apprehenſionẽ cordis aut ſenſus interioris, q̃ fit hoĩe dormiente & quieſcẽte: aliqñ tñ cõ-
tingit dormientẽ & ſomniantẽ ſe mouere, conſurgere, loqui, clamare, ambulare & curre-
re, imo & ſcandere. Deinde ponit tres deſcriptiones phantaſiæ. Prima eſt: [Phantaſia eſt
illuſio oculoꝝ in dormiẽte mẽte] i. viſio rei apparẽtis, nõ tñ pſentialiter aut ſicut apparet
exiſtentis, ratione per ſomnũ aut alio mõ ligata & impedita ab actu ſuo ac vero iudicio.
Propter q̊d ſimilitudo rei pro reipſa accipitur, ſicq; illuſio exterioꝝ oculoꝝ aut interioꝝ
cauſatur. Secunda deſcriptio eſt [Phantaſia eſt extaſis mentis corpore vigilante] .i. alie-
natio cordis in ipſa vigilia, ita q͏̄ corpore vigilãte mẽs quaſi extra ſe ponit, apparẽte ſibi
re aut ſimilitudine aliqua, cui tota virtute intẽta eſt. Tertia eſt [Phãtaſia eſt nõ ſubſiſtẽs
contẽplatio]. i. apparitio ſeu imaginatio repente concepta & cito pertranſiens, & funda
mentum non habens. Ariſtoteles vero ait, q͏̄ phantaſia eſt motus cauſatus à ſenſu. Do-
ctores quoq; nonnulli ſenſum interiorem ſecundũ, q͏̄ eſt reſeruatiuus ſpetierum ſenſus
commu-



A cõis, nominant phantaſiam. Cõmuniter aũt per phantaſiam intelligimus cogitationem
vanã atq; inutilem, aut etiã actũ ex ea procedẽtem, vel imaginationẽ ſuperfluã ac falla-
cem. [Cauſam propter quã volumus loqui de ſomnijs poſt aſſumptũ ordinẽ]. i. poſt ſe-
riem procedendi in hoc tractatu iam inchoatã: vel poſt aſſumptũ ordinem. i. poſt pfeſ-
ſionem noſtrã religioſam & monaſticæ vitę aggreſſionẽ [eſt manifeſta] vc;, ne ex igno
rantia huius materię grauiter ſeducamur. Hinc ſubditur: [Qm̃ relinquentes noſipſos p-
prioſq; parentes & domos]. i. poſſeſſiones ſiue cognatos [propter dñm deũ noſtrũ ven-
didimus] hoc eſt, reſignauimus & ſupioris poteſtati tradidimus [noſmetipſos per pegri
nationẽ] præfatam [pro charitate Ieſu Chriſti diuina] .i. ob hoc vt recipiamus à deo p
ipſa relictione ſpontanea quotidianũ profectũ & veram perfectionẽ charitatis diuinæ,
ad quã ordinant cætera exercitia religioſa & abnegatio ſuijpſius [tũc dæmones conant
nos cõturbare p ſomnia, demõſtrando domeſticos & familiares nobis cede proſtratos
aut morientes aut oppreſſos læſione vel amaritudine propter nos. Qui ergo ſomnijs cre
dit, ſimilis eſt hoĩ currenti poſt vmbrã ſuã, & conanti apprehendere eã. Dæmones vanæ
gloriæ] amatores & tentantes nos de ea [in ſomnijs prophetæ] .i. prænũciantes futura
homĩbus tpe ſomnioꝝ [cõiecturantes ventura tanq̃ verſipelles & aſtuti prænũtiant no
bis ipſa, vt faciãt nos ſtupere, cũ viſa ſeu prænũciata fuerint adimpleta, & exaltemus co-
gitationes noſtras ſurſum]. i. magnifice ſentiamus de nobis [q̃ſi deinceps exiſtentes pro
B pe gratiã pphetalem]. i. tanq̃ mox veri pphetæ futuri, & ſanctis pphetis æquandi. [Dæ
mon frequenter fit ppheta in his quæ obediũt ei] credendo & acqeſcendo ſuggeſtioni-
bus & reuelationibus eius. Illis namq; multoties futura quædã pnunciant, quæ tñ cõiter
nõ tranſcendũt naturalis cognitionis capacitatẽ [ſp vero mentitur cõtemnentibus eũ]
Nam etſi aliqñ quædã vera eis denũciet, refert tñ ea ad decipiendũ, & ita ex fine verba e-
ius mẽdoſa ſunt. A fine qppe denoĩatio ſumit, quẽadmodũ q furat vt luxuriet, potius iu
dicatur mœchus quã fur. Vñ & ſigna atq; pdigia antichriſti dicunt mendacia, quamuis
quædã eoꝝ erũt in ſeipſis vera prodigia. [Nam cũ ſit ſpũs, videt]. i. cognoſcit [ea q ſunt
infra aerẽ] imo & multa quæ ſunt in aere & ſupra aerẽ & in cæleſtibus orbibus [& intel
ligens aliquẽ morientẽ prophetat p ſomnia his qui liuores & vani ſunt) .i. curioſi & ta-
lium auidi, laudiſq; cupidi. Nam ſcriptũ eſt: Qui cito credit leuis eſt corde. Talibus ergo Ecci 19
prænunciat in vigilia aut in ſomno mortem alicuius ſtatim futuram. (Nihil enim eorũ
quæ futura ſunt, dæmones ſciunt ex præcognitione) quod intelligendum eſt de futuris
pure contingentibus, quorum præcognitio dicitur propria deo, aliqua tamen futura
prænoſcunt, ſecundum q͏̄ ex cauſis ſuis poſſunt præſciri, ſicut futuram eclypſim: particu-
lare diluuium: peſtem, & quædam ſimilia, quæ vel certitudinaliter vel probabiliter præ-
noſcere prænunciareq; poſſunt. Nec hoc mirum de eis. (Nempe incantatores potuerũt
C nobis taliter quędam prædicere. Dæmones plures ſe transformant in angelos lucis, &
in ſpeciem martyrum, & monſtrauerunt nobis per ſomnia ipſos quaſi angelos ac mar
tyres venire ad nos. Euigilantes vero) qui talibus ſomnijs & illuſionibus crediderunt,
[demerſerunt deorſum] ad foueam culpę [propria reputatione gaudiaq; elatos.] Nam
putauerunt ſe dignos fuiſſe viſitatione & apparitione angelorum ac martyrum, atq; de
hoc inaniter ſunt gauiſi. [Hoc vero fiat tibi ſignum ſeductionis eorum quæ monſtrant
in ſomno. Nam angeli demonſtrant pœnas & iudicia & ſegregationes] id eſt, de futu-
ris ſupplicijs impiorum, & de diſtrictione diuini iudicij, de ſegregationibus quoq; ſeu re
ceſſu & fuga à vita mundana, & de finali ſeparatione electorum à reprobis immittunt
inſpirationes, admonitiões intuitiões in ſomno, imo & in vigilia [q̃ euigilãtes faciũt tre
mẽtes & mœrẽtes] id eſt, dũ iſta cõtingunt in ſomno, inducunt euigilantibus ſalubrẽ ti-
morem futurę damnationis, optimumq; mœrorem de peccatis præteritis. [Quando in-
cipimus obaudire & credere dæmonibus in ſomnijs, tunc & euigilantes ab ipſis illudi-
mur] ita q͏̄ credulitas illa in ſomno, eſt ſæpe diſpoſitio quædam ad deceptionem vigi-
lialem, quamuis non ſemper de neceſſitate pariat eam. In ſomno namq; rationis iudi-
cium eſt ligatum, ideo error qui ibi contingit, non imputatur ad culpam, vt neceſſario
ad aliud vitium trahat. [Qui ſomnijs credit ex toto reprobus eſt. Qui autem omnibus
ſomnijs incredulus extat: iſte ſapientiæ eſt amator. Credo omnibus & ſolis euangeli-
zantibus tibi pœnam & iudicium,] iuxta ſenſum nunc introductum. [Si vero deſpe-
ratio te moleſtat & palpat ex his] Hoc eſt, ſi ex hoꝝ annunciatiõe ac apparitione graui-
ter im-

ter impugnaris,& quaſi ſenſibiliter p̃meris & grauaris deſperatiõe [tunc iſta] .i. horum D
denunciatio [ſimiliter eſt ex dæmonijs.] Si tñ tentatio illa protinus ſequitur & directe,
ſenex intentione reuelantis cõcomitatur,aliter non oporteret. Circa præhabita quærit̃,
qualiter poſſint iſta ſaluari ac ſtare,præſertim ꝗd ait: Qui ſomnijs credit ex toto repro-
bus eſt,qui aũt oĩbus eſt incredulus,ſapĩæ eſt amator,ꝗd videtur nullatenus poſſe defen
3.Reg. 3 di.Primo qm̃ ſcriptum eſt:Intellexit Salomon ꝙ ſomniũ eſſet,ipſa vic;,apparitio deſup
Matth. 2 ſibi facta in ſomno. Secundo,quia in Euangelio ſcriptũ eſt,quemadmodũ angelus ap-
paruit ſancto Ioſeph in ſomnis, loquẽs ac iubens ei quid ageret, cui Ioſeph mox credidit
Gen. 28 & obtemperauit. Tertio,quia in Geneſi vbertim deſcribitur,q̃liter deus apparuit Iacob
Gen. 40 & alijs ſanctis in ſomno.Pharao ꝗq; & Nabugodonoſor habuerunt ſomnia vere ſignifi
Gen. 41 catiua & futuroꝝ præſagia,quemadmodũ & pincerna & piſtor regis Aegypti.In Nume
Dan. 2 Nume. 12 ris loquitur deus ad Aaron & Mariam: Si fuerit inter vos propheta dñi,per viſionẽ ap-
Iob 4 parebo ei,aut per ſomniũ loquar ad eum. Vñ & in Iob habetur.In horrore viſionis no-
Ecci 43 cturnæ,qñ ſolet ſopor occupare homines. In oppoſitum eſt authoritas Climaci, cuius
doctrinæ concordat ꝗd in Eccleſiaſtico aſſeritur:Somnia extollunt imprudentes.Quaſi
q apprehendit vmbrã & pſequitur ventũ, ſecundũ hoc viſio ſomnioꝝ.Sicut parturiẽtis
cor tuũ phantaſias patitur,niſi ab altiſſimo fuerit viſitatio emiſſa.Multos errare fecerũt
Leui. 19 ſomnia,&c.Rurſus in Leuitico legitur:Nõ augurabimini,nec obſeruabitis ſomnia: vbi E
obſeruatio ſomnioꝝ aſſociatur & cõnumeratur augurio. Pro horum intelligẽtia aduer
tendũ,ꝙ de iſta materia loquitur Boethius multum ſubtiliter ac perite in ſpeciali tracta
tu de ſomnijs, oſtendens qualiter ſomnia ſint interdum vere ſignificatiua & obſeruan-
da.Sed & Thomas in Secunda ſecundæ verba Boethij ſua determinatione efficit clario
ra. Ait enim ibidem. Somnia ſunt interdũ cauſæ futuroꝝ euentuum,ſicut dum hõ euigi
lans manet ſolicitus ex his quæ vidit in ſomnis,& inde mouetur ad aliquid faciendũ aut
euitandũ.Qñq; aũt ſomnia ſunt futuroꝝ euentuũ ſigna, inquantũ reducunt̃ in cauſam,
quæ eſt ſomnioꝝ & futuroꝝ effectuũ cauſa cõis. Porro cauſa ſomnioꝝ eſt duplex,vna
interior,altera exterior.Interior duplex eſt,vna animalis, vic;,cogitatio,affectio ſeu oc-
cupatio magna tempore vigiliæ habita, ex quibus ſimilitudines & cõceptiones aliquæ
currunt phantaſię in dormiente.Et talis cauſa ſomnioꝝ,nõ eſt cauſa futuroꝝ euentuũ,
ſed hñt ſe talia ſigna per accidens ad effectus futuros,ita ꝙ caſuale eſt ſi cũ eis concurrãt
Alia vero interior cauſa ſomnioꝝ eſt corporalis, qa ex interiori corporis diſpoſitione
format̃ motus & apparitio in phantaſia tali diſpoſitioni conueniẽs:ſic eñi homini in hu-
moribus frigidis abundanti,apparet in ſomno ꝙ ſit in aqua aut niue:& abundãti in hu-
moribus calidis,videt̃ ꝙ ſit aut vadat in igne: & iuxta medicos intendendũ eſt ſomnijs
talibus ad cognoſcendũ interiores corpoꝝ humanoꝝ diſpoſitiones. Cauſa ꝗq; ſomnio F
rum exterior duplex eſt. Vna vc; corporalis,vt qñ phãtaſia dormiẽtis immutat̃ ab aëre
continẽte,aut ex cœleſtiũ corpoꝝ impreſſione,ex q̃ phantaſiæ dormiẽtis apparẽt aliquę
forme & apparitiões cœleſti diſpoſitioni ſeu impreſſioni cõformes. Alia cauſa exterior,
eſt ſpũalis,vtpote deus ſeu angelus bonus,& viciſſim diabolus, cuius machinatione ap-
parent dormienti aliquæ formæ, p quas p̃cognoſcuntur quædã futura,p̃ſertim in his,q
cũ dæmonibus hñt pacta. Itaq; ſi ſomnijs qs vtat̃ ad p̃uidendũ futura,ſcd̃m ꝙ ſomnia
p̃cedunt ex reuelatione diuina aut angelica,aut ex cauſa naturali intrinſeca ſeu extrinſe-
ca,inquantũ extendit ſe virtus hm̃oi cauſæ,nõ extat illicitũ,aliter vero nõ licet. Inſuper
quidam ponunt quinq; ſpecies ſomnioꝝ,quæ ſunt phantaſma & inſomniũ,q̃ nil certum
deſignant,& oraculum,viſio,& ſomniũ proprie ſumptũ,de qbus plenius pertractare re-
ſeruo oportuniori loco ac paſſibus ſcripturaꝝ.De hac re ait Baſilius:Dęmones varijs im
pugnationũ ſuaꝝ v̄ſutijs conãtur nos impedire à bonis opibus.Nam primo quærũt,ne
bona incipiamus,quæ cũ inceperimus, moliunt̃ intentionẽ corrumpere,ne ea ſcd̃m deũ
p̃ſequamur:ꝗd cũ implere nequiuerint, ſtudent mentẽ inclinare deorſum memorijs vi-
tioſæ affectionis. Cumq; in hoc fuerint ſuperati,nitunt̃ nos ſomnijs conturbare ac falle-
re.De hac materia S. pater Anthonius multa ſapienter dicit in regula ſua. Cum ergo ſo-
mnia ſint frequẽter ſeductoria, ita ꝙ eis intendere periculoſum cõſiſtit, p̃ſertim ſimplici-
bus ideotiſq; monachis,ita ꝙ ad diſcernendũ inter ea,gr̃a diſcretionis ſpirituũ eſt valde
neceſſaria,imo & grãdis peritiæ:ideo Climacus nũc ſatis extreme locutus eſt de ſomnijs
euitandis. Nihilominus verba eius ſunt pie accipiẽda iuxta moderamen iam tactum.

De quarto



A ¶De IIII. gradu puta de obedientia vera æternaliter memorãda. Arti. X.

CVR author hoc quarto cap. tractet de obedientia,& cur poſt capitulum de peregri
natione loquatur de ea,ponatq; eam quartũ gradum in ſcala virtuoſæ aſcenſionis,
ipſemet tangit dicendo: [Sermo procedens].i. ſtatim hic ſubſequens atq; progrediens,
[occurrit nobis bene formate]hoc eſt,conueniẽter ac ordinate [ad pugiles & certatores
Ieſu Chriſti]puta ad religioſos & monachos, quibus ſpecialiſſime incumbit aſſidue di-
micare contra inuiſibiles hoſtes,imo & contra propriam voluntatem,contra carnem &
ſenſualitatem,& contra oẽm aciem vitioꝝ. [Etenim oẽm fructum præcedit flos]hoc eſt
in fructibus arboꝝ communiter ita eſt[& oẽm obedientiam præcedit peregrinatio cor-
poris & voluntatis].i. derelictio & abnegatio proprij velle,mortificatio ꝗq; proprię car
nis,ſine qbus nemo poteſt perfecte ac ſynceriter obedire. Vnde ꝙ ait,oẽm obedientiam,
intelligi poteſt,perfectam obedientiam. [Per duas eñi virtutes iſtas]vc; peregrinationẽ
& obedientiam [reuertitur aĩa in cœlum ſine negligentia]ſaltem mortalis culpæ [quaſi
per duas aureas alas, & quaſi de ipſis melodizans quidam ſpũs ſuſceptor,] .i. aĩa ſancti
Pſalmiſtæ,qui accepit has virtutes ac alas, canit in Pſamo:[Quis dabit mihi pennas ſi- Pſalm. 54
cut columbæ,& volabo per actionẽ ſeu vitam actiuam,& requieſcã per contemplationẽ
& humilitatem]quæ eſt contemplationis tutiſſimum fundamentũ. [Neq; deſpiciamus
B ſi videtur] ipſe Pſalmiſta[manifeſtare per verba habitum].i. diſpoſitionem ſeu ſpiritalẽ
armaturam atq; veſtitionẽ[hoꝝ virorum pugnatoꝝ]vtpote peregrinoꝝ ac obedientiũ
victorioſe certantium [qualiter ſc; teneant fidei ſcutũ ad deum] credẽdo in eum firmiſ-
ſime in omni euentu tanq̃ in regem fidelem,præſentẽ,oĩpotentem,ac oĩa intuentem [&
etiam ad fidei exercitatorem] puta prælatum,q per increpationes & iuſſiones & varias
exercitationes probat fidem ſubditoꝝ ſuoꝝ, an legitime certent,an vincant cuncta ad-
uerſa per fidem. Poteſt quoq; per exercitatorẽ fidei intelligi deus,q tanq̃ aurum in for-
nace probat electos,& quaſi holocauſti hoſtiam accipit eos. Vnde & Iacobus ait apoſto
lus:Probatio fidei veſtræ patientiam operatur[repellentes] vt ſic loquar per ipſum fidei Iacobi 1
ſcutum oẽm infidelitatis cognitionẽ & præuaricationẽ.Ideo dicit Iohannes: Hæc eſt vi-
ctoria quæ vincit mundum, fides veſtra. [& indeſinenter extendunt gladiũ ſpũs,]quod 1. Iohan. 5
eſt verbum dei[occidentes oẽm ſuam voluntatem ipſis appropinquantem].i. oẽm inor-
dinatam inclinationem ac motionem propriæ voluntatis, eos accendentem & impug-
nantem[induti ferrea lorica patientiæ ac mititatis, repellũt per illam à ſeipſis oẽm iniu-
riam & punctionem iaculumq; ſermonum iniurioſoꝝ]Quemadmodum aũt ſcutum fi-
dei eſt ipſamet fides ſeu efficax actio eius, ita lorica ferrea patientiæ ac manſuetudinis eſt
ipſamet virtus patientiæ & mititatis, ſeu actualis & inconcuſſa perpeſſio cuiuſlibet ad-
C uerſitatis:per quam loricam repellimus oẽm iniuriam,nõ eam abijciendo,retrudẽdo aut
fugiendo,ſed æquanimiter tolerando,per quod repellimus nocumentum ſeu lęſionem
quam aĩabus impatientium infert [Habent vero galeam ſalutis,vc; protectionem præ-
ſidentis]qui per [orationem ſuam]protegit eos. [Etenim ſtant] in via virtutum,& fixi
ſunt in dei obſequio[tñ nõ ſtant cum pedibus ſimul in eodem loco,ſed alium pedem ex
tendunt in miniſtratione obſequij fratrũ,alteꝝ vero pedem habent immobilem in ora-
tione.]Per duos hos pedes intelligunt̃ duo affectus,vc; affectus charitatis fraternæ, per
quem viri religioſi feſtinant tempore opportuno fratribus ſuis conſilium auxiliũq; im-
pendere,ac ſeruire,iuxta illud Apoſtoli:Per charitatem ſpũs ſeruite in inuicem. Alter eſt Galat. 5
affectus diuini amoris,per quem deo intendunt potiſſime in orando. Nam & exterius
proximis ſeruiendo ab oratione nõ ceſſant:& ſi oratio viciſſim interrumpitur,mox tamẽ
reſumitur. Conſequenter ponuntur varię deſcriptiones obedientiæ:[Obedientia eſt cõ-
ſummata abnegatio proprię aĩę,monſtrata manifeſte per corpus]Per obedientiã quip-
pe propriã voluntatẽ abijcimus,nec proprio iudicio pertinaciter inhęremus, imo vtrũq;
deo & eius vicario prælato noſtro prompte ſubijcimus, cæteraꝝq; virium aĩæ actiones
quantũ fieri poteſt exercemus,ſiue dimittimus iuxta ſuperioris pręceptum. Et qa nõ ſuf-
ficit ſe interius abnegare, ſed oportet abnegationẽ illam operibus exequi, atq; forinſe-
cus exhibere,cauſa,loco & tp̃e exigente,ideo additum eſt,monſtrata manifeſte per cor-
pus. Deinde deſcriptionẽ iſtam obedientiæ quaſi conuertit dicendo:[Obedientia eſt per
fecta abnegatio corporis,oſtenſa feruenter ex voluntate per animam]Certum eſt,ꝙ ad
perfectionem obedientiæ nõ ſufficit corpus propriũ abnegare,refrenare,mouere,agere,

dd ac re-

ac regere ſecundum præſidentis præceptum: veruntamen corpus ſic abnegare ex volun- D
tate feruente includit abnegationẽ interiorẽ & obeditionẽ completã. Iſtud tñ eſt potius
notifica quædam, quàm definitio obedientiæ. Non enim in omni actu obediẽtiæ videt̃
eſſe abnegatio corporis, ſicut dum quis per obedientiã acqeſcit ſuperioris iudicio q̃ ſuo.
obedientia eſt mortificatio membroꝝ in viua mente & deliberatione] Membra nanq;
viuificari dicuntur, qñ refrenantur ab actibus, ad q̊s homo ex ſenſuali, corrupta ac pro-
pria inclinatione magis afficitur, & ad ea agenda ac patienda mouẽtur quæ deo ſunt pla-
Roma. 6 cita, ac ſaluti conueniunt, ita vt impleatur illud Apoſt. Non exhibeatis membra veſtra
arma iniquitatis pctõ, ſed arma iuſtitiæ deo. Hoc aũt potiſſime adimpletur, dum homo
in cunctis obedit deo ac eius vicarijs, ita vt ex deliberatione obediat, mente ſua per cha-
ritatem viuente: imo q̊ membra hoc modo magis mortificant̃, eo plus mens ſpiritaliter
viuificatur, qa quæ fouent & oblectãt carnem, perimunt ſpiritũ. [Obedientia eſt imper-
ſcrutatus motus]. i. executio iuſſionis abſq; perſcrutatione & diudicatione [ſpontanea
mors]. i. voluntaria mortificatio ſuiipſius iuxta ſenſum prætactum. Nam & religionis
ingreſſus dicitur mors ciuilis, quia per eum moritur homo actibus & conuerſationibus
huius mundi [vita ſine curioſitate]. i. conuerſatio ſimplex, ac humilis iuxta ſuperioris di-
rectionem, abſq; adinuentionibus proprijs [periculum abſq; cunctatione & ſolicitudi-
ne] qa per obedientiam indiſcretã, de qua iſta dicuntur, homo ſine mora & cura exequit̃ E
ea, quæ interdum poſſunt eſſe vitæ læſiua, & alijs periculoſa vidẽtur [nõ præcogitata dei
excuſatio.] Hoc ideo dicitur, qa per promptã ac indiſcretam obediẽtiam meretur homo
excuſari à deo magis q̃ æſtimauit. Vel ideo, qm̃ ita obediens, nõ præcogitat ſe excuſare
de executione cuiuſcunq; mandati, per hoc ꝙ deus aliter iuſſiſſe videtur, [carentia timo-
ris mortis] qui em̃ tam plene obedit, mortem non habet vereri, ſed diſſolutionem à cor-
pore affectare, & non indiget formidare rigorem diuini iudicij: imo ſecundum Hierony-
mum, excuſatur à ratione de ſeipſa reddenda [abſq; detrimento nauigium] qa perducit
hoĩem per hoc ſeculum nequam, tanq̃ per inquietiſſimũ pelagus deductione tutiſſima,
abſq; detrimento pcti, imo cũ maximo emolumento ſalutis [dormiens peragratio vię]
. i. perambulatio pręſentis exilij cum quiete & ſub cura & labore alterius, quemadmodũ
quis in curru aut naue dormiendo procedit ſub ſolicitudine & conatu aurigæ aut nau-
tæ. Obediens quippe non ſolicitatur qd agere debeat, ſed q̊d ſibi iniungitur conſcientia
iucundante adimplet. [Obedientia eſt ſepulcrum]. i. abſconſio & mortificatio [propriæ
voluntatis] quæ ſic dicitur propria, ꝙ nõ eſt communis aut conſona voluntati creatoris,
aut eius vicarij ſeu religioni aſſumptæ [reſurrectio humilitatis] quia per obedientiã hu-
militas reparatur, fouetur & inualeſcit. [Non diſcernit aut contradicit mortua in bonis
aut apparentibus malis] hoc eſt, nõ diiudicat imperium pręſidentis, nec diſcutit an bona F
an illicita ſint quæ iniungit, vtpote mortua ſibiipſi, & tota pendens in ſuperioris arbi-
trio. Veruntamen qũo intelligenda ſint iſta, & de obedientia indiſcreta in fine capituli
huius tractabitur. [Qui præeſt pie mortificat aĩam eius]. i. prælatus charitatiue frangit,
exercet, refrenat & diſciplinat animã ſubditi ſibi obedientis [& reddet rationẽ (Chriſto
pro ſubditis) ſuper oĩbus ſatisfaciens]. i. de oĩbus actibus ſubditi reſpondens ac ſatisfa-
ciens iudici. [Obedientia eſt depoſitio hæſitationis & diſcretionis,] qa ex magnitudine
fidei & deuotionis ac humilitatis, ſine dubitationis anxietate, & abſq; proprij iudicij im
manſione verus obediens amplectitur quę iubentur. [Initium mortificationis membro
rum corporis & voluntatis aĩæ eſt labor & dolor,]. i. laborioſum atq; pœnale, qa in ex-
oedio ſatis difficile eſt ita mortificare ſeipſum in corpore & in aĩa, niſi quis deſuper præ-
ueniatur ac impleatur ſpecialiſſima gratia. [Medium vero (mortificationis iſtius) qñq;
eſt cum dolore, qñq; ſine dolore] hoc eſt, in proficientibus difficultas & renitẽtia ad be-
ne agendum diminuuntur, & conſolationes diuinæ eis interdum miſcentur, ita ꝙ nunc
delectbilius, nunc difficilius exequuntur ea quæ ad mortificationem hanc pertinent, ſe-
cundum ꝙ magis aut minus proficiunt aut viſitantur. [finis aũt in omni immobilitate
de cętero in inſenſibilitate doloris]. i. perfectio mortificationis iſtius conſiſtit in grandi
ſtabilitate ac quietatiõe mentis in deo deinceps abſq; pceptione reniſiõis: ſicq; mortifica
tio & obeditio eam ſequens ſunt in viris perfectis. [Tunc inſpicitur dolens & contriſta-
tus, viuens & mortuus iſte beatus]. i. obediens iſte mortuus ſibi, & viuens deo, tunc inue
nitur & eſt triſtis atq; afflictus [qñ ſeipſum viderit facientẽ propriam voluntatẽ, timens
pondus



A pondus proprij iudicij,]. i. diuini iudicij rigorem, q̊d ſibi imminere veretur in his & pro
his, quæ iuxta propriam efficit voluntatẽ. Quemadmodũ em̃ rebellis & durus dolet &
contriſtatur qñ propriam voluntatẽ facere prohibetur ac impedit̃, ſic pfectus, pius, obe-
diens meret, qñ q̊d ipſe vult agit. Ex præinductis ergo penſemus an vere & pfecte ſimus
obedientes, & quantũ à plena diſtemus obediẽtia, & defleamus ac emendemus noſipſos.
[Quicunq; conamini expoliari ad currendum ſtadium intellectualis confeſſionis,] hoc
eſt, oẽs qui laboratis expoliare voſipſos ab impedimentis ſpiritalis profectus, & cupitis
fieri expediti ad percurrendũ iter ſeu obſeruãtiam monaſticæ conuerſationis, in qua eſt
continua confeſſio laudis diuinæ & propriæ culpæ [quicunq; accingimini ad pugnam
ſpũalis martyrij,]. i. q accingitis & paratis vos ad ſuperandum & mortificandũ propria
deſideria veſtræ naturæ, atq; ad obſeruandam patientiã plenam in omni aduerſitate &
tribulatione, q̊d eſt ſpirituale martyriũ: vel qui à ſuperiori vr̃o accingimini ſeu diſponi-
mini ad hoc [quicunq; vultis tollere ſuper propriã ceruicem & collum iugum Ieſu Chr̃i]
. i. obedientiam Chriſti vſq; ad mortẽ corde ac corpore ſequi, [quicunq; feſtinatis onus
veſtrum imponere ſuper collum alterius]. i. committere alteri gubernationẽ veſtræ cõ-
uerſationis, vt ipſe rationem reddat pro vobis, [quicunq; acceleratis ſpontanee veſtras
ſcribere emptiones]. i. in ſeruos exhibere vos alijs, & per profeſſionis conſcriptionẽ ſeu
B expreſſionem hoc ratificare [& vultis vobis reſcribi libertatem pro illis]. i. liberi fieri a fa-
ctatis pro illis reſignationibus veſtris: liberi, inquam, à ſeruitute peccati, à retijs, curis,
atq; periculis quæ incumbunt prælatis, imo & ab oblatione reddendi rationẽ pro vobis
metipſis. Vnde ſcd̃m Hierony. in regula ſua, ſumma libertas conſiſtit in obedientia: nam
& prælati ſunt ſubditoꝝ ſuoꝝ ſerui, & deus ipſe oĩpotens pfecte obedientibus obedire
videtur [quicunq; tenemini exaltati & natantes ſuper manus alioꝝ (vcꝫ ſuperioꝝ veſtro
rum) transfretãtes hoc pelagus magnum, cognoſcite quia nitimini pertranſire quandã
breuem & aſperã viam] quæ eſt conuerſatio regularis, & vita obediẽtialis in oĩbus, quæ
via eſt breuis, qa compendioſa & modicũ durans, iuxta q̊d Iacobus ait: Quæ eſt em̃ vita Iacobi 4
vr̃a? Vapor eſt ad modicum durans. Eſt etiã aſpera, præſertim in conuerſationis exor-
dio, ſicut iam explanatũ eſt: nam & arcta eſt via ſalutis. Viam inquam [continentem in
ſe ſeductionem, vnam & ſingularem]. i. præcipuam deceptionẽ noĩe [idiorichima, quæ
eſt propriæ voluntatis motus, ordo, forma, regula, amor & complacentia] quæ ſeductio
vno noĩe dici põt, improbus amor ſui, ex q̊ oriuntur hæc mala, ita vt homo velit ſibiipſi
eſſe ordo, forma & regula, amans ſe in ſe, & complacens ſibi inordinate. [Qui em̃ ex to-
to abnegant iſtam ſeductionẽ peruenit anteuadere]. i. deuenit ad hoc vt cæteros pręeat,
& proficiendo præcedat [in his q̃ arbitrãtur bona & ſpũalia ac deo placentia. Obedien-
C tia eſt, ſibiipſi non credere in vniuerſis bonis vſq; in finem] hoc eſt, magis ſtare & acqui-
eſcere iudicio ſpiritalis patris, q̃ ſuiipſius. Iam dicta ſunt multa de obedientia, nõ ꝙ oĩa
illa ſint eſſentialiter virtus, q̃ obedientia nuncupatur, ſed qa ad eam aliquo modo requi-
rantur, concurrunt ſeu pertinẽt, vel qa ſunt cauſa ipſius aut eius effectus. Et quædã illoꝝ
ſunt proprie & realiter ipſa obedientia. [Futuri in dñ̃o noſtram ceruicẽ inclinare,]. i. qñ
volumus religionem intrare, & ſub obedientia viuere, & caput inclinare præcedenti, &
alteri credere intentione propriæ ſalutis & humilitatis [diligenter inquiramus & diſcer-
namus, atq; vt ſic dicam examinemus & tentemus gubernatorẽ] vcꝫ ſpiritalem patrem,
cui nos committamus an ſit vere idoneus [ante introitũ ordinis, ſi tñ eſt in nobis aliqua
malignitas & prudentia,] Per malignitatẽ deſignat̃ verſutia, quę põt homini eſſe occaſio
boni, dum aſtute cõſiderat mores & vitam, famam ſapientiãq; alterius, anteq̃ ſubdat ſe
ei, q̊d tñ per veram prudentiã efficacius fieri põt [vt nõ credamus noſipſos nautę indocto
tanq̃ gubernatori (. i. ſapienti rectori) & infirmanti ſicut medico]. i. homini ad vitia pro-
no ac imperfecto, tanq̃ valenti curare aĩas alioꝝ [& vitioſo tanq̃ impaſſibili,]. i. tanq̃ à
paſſionibus reformato [& circũuenti incidentes in pelagus velut in portũ] i. decepti cor-
ruentes in regimen imperiti ac vitioſi prælati, q̊d eſt plenũ periculis quaſi in gubernatio-
nem ſecurã idonei pſidentis [naufragiũ aggregemus nobiſipſis in portũ]. i. pro portu ſa-
lutis amplectamur & colligamus nobis viam damnationis, cum ſcriptũ ſit: Scd̃m iudicẽ Eccl 10
populi, ſic & miniſtri eius: & qualis eſt rector ciuitatis, tales & habitantes in ea. Ieremias
q̊q; teſtatur: Quia ſtulte egerunt paſtores, ideo oĩs grex eoꝝ diſſipatus eſt. Ex qbus oſtẽ- Ierem. 10
ditur, q̃ periculoſum atq; damnoſum ſit prauũ & inſufficientem habere rectorẽ. [Igitur
dd ij poſt

poſt eum ingreſſum, q fit in ſtadio pietatis & ſubiectionis] .i. poſt introitũ religionis, q̃ D
eſt ſtadium pietatis & ſubiectionis, q̃a in ea currit ad brauium ſupnæ vocationis p actus
latriæ, q̃ eſt virtus deo cultũ ceremoniãq; impendẽs, & per opa obediẽtiæ & humilitatis,
nõ amplius iudicemus aut diſcernamus totaliter (.i. in aliqua parte) bonũ noſtrũ ducto
rem & poſitorẽ agonis,] .i. noſtrum p̄latum, q eſt ductor nr̃ in via virtutũ, & inſtitutor
nr̃æ ſpiritalis militiæ [etiã ſi videamus in eo q̃ſi in hoĩe adhuc aliqua breuia delicta] Ta-
lia nanq; tanq̃ parua & tranſitoria debemus pie diſſimulare & excuſare, propter cõmu-
nem humanæ cõditionis fragilitatẽ: & q̃a q p̄eſt pluribus habet intendere, idcirco non
põt ſingula tam pfecte implere, [alioqui iudicantes (temere eos q p̄ſunt) nihil vtilitatis
conſequent] ex ſubiectione. [Volentes ſemp habere fidẽ (.i. fidelitatẽ incõcuſſam ad p̄ſi
dentem) neceſſarie ſp oportet ſeruare in cordibus ſuis indelebiles memorãdas directio-
nes] .i. conſiderationes directiuas oĩm hoꝝ nũc de hoc dicendoꝝ & iam partim dictoꝝ
[vt q̃n dæmones moliunt ſuperſeminare in cordibus nr̃is infidelitatẽ cõtra ipſos (p̄ſidẽ-
tes, vt ſc; male ſentiamus de eis, & ingrati ſimus eiſdẽ) faciamus ipſos dæmones obmu-
teſcere] reprimendo ſuggeſtiones eoꝝ [ex rememorationibus directionũ exiſtentib. in
nobis] .i. ex actualibus recordatiõibus ſalubriũ doctrinaꝝ quas habemus in corde, per
quas ſcimus q̃d eligere, q̃d repudiare debeamus. [Inquantũ enĩ pullulat (.i. creſcit) fides
in corde, tm̃ accelerat opus in miniſtratione,] .i. tanto promptius agit alijsq; miniſtrat. E
Q̃n vero offendit] .i. q̃n is q fidem habet p̄uaricatur [cadit in infidelitatẽ quandã,] .i. ab
eo q̃d fidei eſt aliquo mõ recedit & infideliter agit & ruit in infidelitatẽ, q̃ contrariat iu-
Roma. 14 ſtitiæ [Quod enĩ nõ ex fide penitus eſt pc̃tm̃] hoc eſt v̈bum Apoſt. ad Rom. & ibidẽ ex-
poſitum eſt. Non enĩ eſt ita accipiendũ, q̃ oĩs actio infideliũ ſit pc̃tm̃, vt ſi paganus ho-
noret parentes, q̃a ratio naturalis hoc dictat, aut pauperibus eleemoſynã largiatur, quia
pauperes ſunt, & ſibi in natura cõformes, ſed q̃d nõ eſt ex fide .i. q̃d fit intentione aut fine
contrariante fidei Chriſtianæ, pc̃tm̃ eſt: vt ſi paganus faciat actus p̄fatos propter beati-
tudinem quã in ſua pfidia præſtolat. [Cum cogitatio tua ſuggerit tibi diſcernere ducẽ]
.i. iudicare aut diſcutere vitã prælati tui [aut dijudicare præpoſitũ, reſili à tali ſuggeſtiõe
quaſi à fornicatione, & penitus locum nõ præbeas, nõ introitũ, nõ quietem, nõ initium
huic ſerpenti] .i. venenatæ dijudicationi [Dic enĩ ad draconem principantẽ cogitationi,
(vc; ad ſuggeſtorẽ peſtiferꝝ talium iudicioꝝ) O ſeductor, ego nõ ſuſcepi iudicium mei
prioris, ſed ipſe meum. Non ego illius, ſed ipſe meus conſtitutus eſt iudex.] Hæc eſt ſalu
bris directio, hoc ſalubre documentũ, iſta medicina viua & efficax contra periculoſa & fa
tua multoꝝ iudicia, q ſuperiores ſuos tam faciliter q̃ inſipiẽter iudicare & aſpernari præ-
ſumunt. Si enĩ illicitũ eſt iudicare proximos pares, quantomagis ſuperiores? Faciamus
igitur ſcd̃m doctrinã hanc ſanctam, & ſi viciſſim iubemur aliquid loqui de his in quibus F
ſuperiores nr̃i delinquunt, cum timore & reuerentia id agamus, ſine temeraria dijudica-
tione, niſi forte criminale aliquid euidenter eſſet in eis. [Patres determinant pſalmodiã
eſſe armaturam] ſpiritalem, quæ pſalmodia ſpecialiter valet contra inordinatã triſtitiã,
Iacobi 5 iuxta illud apoſt. Iacobi: Triſtatur aliquis veſtrũ, oret æquo animo & pſallat [orationẽ
Pſalm. 17 vero dicunt murum contra oẽs tentationes,] ſcd̃m illud in Pſalmo: Laudans inuocabo
dñm, & ab inimicis meis ſaluus ero. [Donum vero lachrymaꝝ dicunt eſſe lauacrum im
maculatum, [Sunt enĩ quidam baptiſmus, & valde purificãt mentẽ. [Beatam vero obe-
dientiam decreuerunt eſſe confeſſionem martyrij] .i. actum conſimilem felici martyrio,
ſeu confeſſioni fidei pro qua quis martyriũ ſuſtinet. Obedientes nãq; aſſidue vincunt &
frangunt ſeipſos, mactantes & offerentes dño propriam voluntatẽ, ita q̃ dicere poſſunt:
Pſalm. 43 Q̃m propter te mortificamur tota die [ſine qua (obedientia) nullus (vitioſus) videbit do
minum noſtrum Ieſum Chriſtũ,] Vitioſus nanq; nõ poteſt purgari virtuoſuſq; fieri, niſi
obediat deo proprioq; prælato, ac rectæ rationis iudicio. Deniq; q in ſolitudine placue-
runt deo ſine obedientia homini facta, obedierũt deo & conſciẽtiæ ſuæ. [Qui ſubditus
eſt, ipſe contra ſeip̄m ſententiã profert] Si enĩ veraciter ſubditus eſt accuſat ſemper ſeip̄m
& iuxta dictamẽ ſui abbatis proclamat ſe reũ, & fatet ſe nõ ſatisfacere plene voto obe-
dientiæ ſuę. [Nempe ſi propter deũ pfecte obedit] q̃tum fragilitati humanę poſſibile eſt
[q̃uis nõ videat, [.i. q̃uis appareat ſibi q̃ nõ ſit perfecte obediens, præſertim ſecundum
q̃ decet, reſpectu maieſtatis diuinæ, cui nullus poteſt ſe ſatis reuerẽter ſubijcere, ſi infi-
nita eius dignitas penſetur, [perfecte ſe exuit ſuo delicto & iudicio,] id eſt, à culpis ſuis
quotidia-



A quotidianis omnino purgat, & diuini iudicij rigorẽ euadit [Si vero in quibuſdã ſuã per-
ficit voluntatem, q̃uis obedire appareat, ipſe pondus ſuũ portabit] Si monacho aliq̃d in-
iungatur, & faciat illud, non q̃a ſibi iniunctum eſt à ſuperiore, ſed q̃a ex ſeipſo inclinatur
ad hoc, q̃uis videat obedire illud agendo, nõ tñ in hoc vere obedit, & priuatur obediẽtię
merito, ſcd̃m doctrinam Baſilij in regula ſua. Porro ſi faciat aliqua bona, & ſupereroga-
tionis opa ſponte & ex charitate, meritoriũ q̃dem eſt, dummodo nõ contra obedientiã
fiat, q̃a nec tũc fieret v̈e ex charitate. In talibus tñ habet timere diuinũ iudiciũ ꝓpter ma
la annexa. Si vero in aliq̃bus faciat voluntatẽ ſuam, q̃ ſic ſua eſt, vt nõ ſit conformis vo-
luntati dei, & rectę rationi ac charitati, peccat, & pondus ac tormentũ ſuum portabit, ni-
ſi emendet & caſtiget ſeipſum. [At uero ſi pręſidens nõ ceſſauit ipſum arguere, vtiq; bene
habebit] q̃a tum præſidens hoc charitatiue & diſcrete efficiens multũ meretur: ſimiliter
ſubditus ſi patienter & gratanter ſuſtineat [ſi vero tacuit pręſidens] à correptione ſubditi
ſui incaute ceſſando [non habeo ſuper hoc dicere q̃cq̃] .i. nõ eſt opus vt aliq̃d ſcribam de
hoc, cum certum ſit q̃ noceat ſibiipſi ab ſubdito, ſicut de hoc infra plura dicent. Vel ex
humilitate ait: Non habeo ſuper hoc dicere quicq̃, ne videatur p̄ſidentes audentius iudi-
care. [Qui in ſimplicitate ſubditi ſunt, in dño ambulant curſum bonum, & pficiunt eũ.]
ſi perſeuerent: multũ enĩ proficiunt. Ideo Salomon dixit: Qui ambulat ſimpliciter, ambu Prou. 10
B lat confidenter. Quod intelligendũ eſt de ſimplicitate columbina, nõ aſinina. [Hi nõ mo
ueantur à ſeipſis per hæſitationes, diſcretiones & occultationes cogitationũ ſcd̃m aſtu-
tiam dæmonũ] .i. ſeipſos nõ moueant nec pturbent per anxietates & perplexitates, ſeu
ambiguitates, inuoluendo ſe talibus imprudenter: ſed contenti ſint doctrinis & informa
tionibus ſuperioꝝ ſuoꝝ, nec diſcernãt ac iudicent ea q̃ ipſis iubentur, diſcutiendo an li-
cita ſint, nec cogitatiões ſuas occultẽt p̄ribus ſuis, ſcd̃m q̃ dæmones ſolent aſtute ſugge-
re. [Sed ante oĩa confiteamur eas bono & ſoli iudici nr̃o] puta prælato, tam confeſſione
ſacramentali ſi ſacerdos eſt, q̃ confeſſione coĩter ſumpta, inſinuando eas præſidẽti vt iu-
dici aut inſtructori ac medico, vt ipſe decernat quales exiſtant, & doceat qualiter ſint tra
ctandæ, curetq; eas ſi prauæ extiterint [ſi v̈o iubet & vniuerſis] .i. ſi præſidens p̄cipit no-
bis, vt cogitationes & culpas nr̃as coram tota congregatione aperiamus, debemus hoc
facere [cicatrices enĩ ꝓpalatæ nõ proficient in peius] .i. culpę p talem accuſationẽ ſuiipſi-
us alijs manifeſtatæ nõ augebunt nec grauius putreſcent ac inueteraſcẽt [ſed ſanabunt]
quemadmodũ Salomon teſtat: Qui abſcondit ſcelera ſua nõ diriget, q aũt confeſſus fue- Prou. 28
rit & reliq̃rit ea mĩam conſequetur. Nam & ipſa ſuiipſius accuſatio tam verecũda & hu-
milis, præſertim q̃n ex obedientia procedit, eſt maxime curatiua pc̃ti, & meritoria gr̃æ
dei. Inſuper author ꝓbat exemplo: [nam aliq̃n exiſtens in q̃dam cœnobio vidi pauendã
C ſententiam iudiciariã boni iudicis ac paſtoris] puta abbatis illius cœnobij, de cuius cœ-
nobij ſolennitate & ſanctitate multa ſcribunt in iſto capitulo, [cum enĩ eſſem ibidẽ, con
tigit quendã ex prædali ordine] .i. de ſocietate & numero prædonũ [accedere ad conuer
ſationem monaſticã, quẽ pfectus ille paſtor & medicus (ſc; abbas) iuſſit per 7. dies frui
oĩ quiete ad contemplationẽ inſtitutionis eius, q̃ erat in loco] .i. ad videndũ conuerſatio
nem & obſeruantiã clauſtri illius. [Paſtor vero poſt ſeptimã diem vocans prædonẽ illũ
ſeorſum ad ſe, interrogauit & explorauit, an placeret ſibi habitare cũ ipſis q in cœnobio
erant. Cum v̈o abbas manifeſte conſpexiſſet ip̄m velle cũ oĩ integritate ꝓpoſiti morari
ibidẽ, rurſus interrogauit q̃d incongruũ aut inhoneſtũ fc̃tm̃ fuiſſet ab eo in mundo. Igit
vt abbas vidit ip̄m prompte confitentẽ vniuerſa pc̃tã ſua ſimul ad v̈bum] .i. celeriter cũ
abbas id exegiſſet [iterꝝ tentãs dixit p̄doni: Volo te hæc ꝓpalare corã vniuerſa fraterni-
tate. Ille aũt vere odiẽs ſua pc̃tã, & oẽm confuſionẽ contẽnens] .i. parui pendens [indubi-
tanter reſpondit ſe ita actuꝝ, dicẽs: Etiã ſi vis ꝓpalabo ea in medio ciuitatis Alexãdriæ]
q̃ metropolis erat Aegypti. [Deinde paſtor congregauit in eccleſia vniuerſas oues dñi-
cas ſui cœnobij, numero 230. & fecit illũ obnoxiũ ſine q̃rela] .i. pœnitentia iam purgatũ
[induci corã oĩbus poſt euangelij complementũ in die dñica, diuina ſynaxi perfecta] .i.
poſt ſacrã coĩonẽ ſeu diuini officij perſolutionẽ [tractũ & temperate pcuſſum ab aliq̃bus
fratrũ, manuſq; retro vinctũ, & cicilino ſacco veſtitũ, habentẽq; caput puluere aſpſum
ita q̃ ex ſolo viſu mutauit confeſtim in planctũ & eiulatũ vniuerſos fratres ſtupore re-
pletos: nõ enĩ aliq̃s illoꝝ nouerat q̃d fiebat. Deinde cũ prędo veniſſet prope ad portas ec-
cleſiæ, ſc̃tm̃ illud caput benigni iudicis] vtpote pius ille abbas [clamauit ad eũ voce ma-

gna: Sta,quia indignus es ingreſſu in hæc ſancta.]Fuit eñ indignus intrare eccleſiam & D
conuentum per reſpectum ad ſua peccata , & inquantũ nondum perfecte purgatus erat
ab eis & abſolutus,nec reconciliatus eccleſiæ. [Stupefactus eſt ergo ſuper voce paſtoris
ex ſanctuario prolata ad ipſum. Exiſtimauit eñ ſe audiſſe nõ hoĩs vocem,ſed tonitrum,
ſcd̃m quod poſtea dixit & certificauit nos per ſacramenta. Ideo procidit ſtatim in faciẽ
tremefactus & totus timore perterritus,atq; in terram proſtratus irrigauit lachrymis pa
uimentum. Tunc mirabilis ille medicus negocians &procurans in oĩbus his ſalutẽ præ-
donis, & exhibens formã ſalutis,manifeſte q̃q; & efficacis humilitatis cæteris oĩbus , fe-
cit eum dicere coram cunctis oĩa acta ab ipſo]ſc; vniuerſa ſua peccata[ſpecifice & diſtin
cte. At ille confitebatur oĩa cum pauore,per ſingula,omni auditui peregrina,] .i. audiri
inſolita & aliena [nõ ſolum corporalia vitia cum hoĩbus facta ſcd̃m naturam & præter
naturam,& item cum brutis cõmiſſa, veꝝ etiam vſq; ad veneficia ac homicidia,quæ nõ
eſt fas narrare,audire aut ſcribere. Cumq́; oĩa fuiſſet confeſſus,iuſſit abbas ilico eũ ton-
deri,& fratribus annumerari. Porro ego admirans ſapientiã ſancti abbatis,interrogaui
eum ſeorſum cur exhibuiſſet illud ſpectaculum peregrinũ? At ille, q vere aĩaꝝ medicus
fuit reſpondit:Cauſa hoꝝ duoꝝ,Primo vt illum confeſſum liberarẽ cõfuſione præſenti
à futura,q̃d & factum eſt. Non eñ ſurrexit à pauimento ò frater Iohannes,quouſq; ade-
ptus eſt indulgentiam oĩm pctõꝝ. Nec credas hoc difficulter,nam vnus fratrum ibi præ E
ſentium habens in me fiduciã dixit:Vidi quendã horribilem tenentẽ ſcriptã chartam &
calamum,&calamo cancellabat peccata,quæ ille in terrã proſtratus dicebat. Et congru-
Pſalmo 31 enter cum dicat Propheta:Dixi confitebor aduerſum me iniuſtitiã meam dño,& tu re-
miſiſti impietatẽ peccati mei. Secunda cauſa eſt,qm̃ habeo quoſdã habentes peccata ali-
qua non confeſſa. Illos ergo exhortor ad confeſſionem exemplo iſtius. Nam ſine confeſ-
ſione nullus indulgentiam ſortietur.]Veruntamen q̃uis iſtud ſit laudabiliter factum ex
ſpeciali inſtinctu ſpũs ſancti, dicunt tamen nonnulli doctores,ꝙ nõ expediat paſſim ſic
fieri. Primo ne ſimpliciores audiendo talia enormia ſcelera, de qbus antea nil cogitaue-
runt,incipiant de eiſdem imaginari atq; tentari . Secundo, ne proprias culpas paruipen-
dant reſpectu talium ſceleꝝ enormioꝝ,quæ audiunt, audacioreſq; fiant ad peccata mi-
nora,& de dilatione diuini iudicij,atq; de mĩa dei nimis præſumant. Tertio,propter ho
neſtatem communẽ ſeruandam,& propter alias rationes. [Inſuper vidi & alia multa ad
miratione digna,& merito recolenda apud paſtorẽ illũ æternæ memoriæ &gregẽ ipſius,
quoꝝ plurima tentabo vobis manifeſtare. Manſi eñ apud illos nõ modicũ tempus,ſtu-
pens magnifice ſuper ea quæ vidi, qualiter illi terreni imitabanť cœleſtes:nam inſolubile
vinculum charitatis fuit inter ipſos connexum,imo q̃d mirabilius eſt,immunes erãt ab
omni ꝟboſitate & confidentia,].i.præſumptione. [Ad hoc vero ſtudebãt præ oĩbus,vt F
nõ ferirent in aliquo conſcientiam fratris . Qꝫ ſi aliqs forte apparuiſſet in quacũq; parte
oditor fratris,hunc dijudicatũ abbas exulabat in monaſterio ſegregato]puta in carcere
[Nam & quadã vice ſanctiſſimus ille abbas præcepit expelli quendã ex fratribus maledi
centem proximo corã eo dicẽs,nõ debere æque permitti in clauſtro viſibilẽ & inuiſibilẽ
dæmonẽ. Vidi ego inter ſanctos illos negotia vere vtilia clarificationeq; digna. Vidi fra-
ternitatẽ collectã , alligatã & colligatã, poſſidentẽ actionẽ mirandã & contemplationẽ
præclarã. Ita.n. exercitabãt &excolebãt ſeipſos diuinis directionib. ].i. ſaluberrimis exer
citijs ac doctrinis[ꝙ pene nõ indigebãt admonitionib. ꝓſidentis,ſed ſpõtanei excitabãt
ſeinuicẽ ad diuinã vigiliã].i. ad diligentiã ſacrã[erãt.n. q̃dã ſancta & diuina gymnaſia in
eis,& ab eis terminata,meditata &fixa].i.inter ſe ordinauerũt quędã ſalubria inſtituta,
hortamenta &documẽta, q̃ diligẽter ſeruabãt,& per q̃ cõmouebant ſe mutuo. [Si nãq;
aliqñ contigiſſet aliquẽ eoꝝ incipere maledictionẽ, aut temerariũ iudiciũ, aut condẽna-
tionẽ alterius, vel ocioſitatẽ ꝟboſam,alter fr̃ faciebat eũ ceſſare nutu ignoto latenter, ad
memoriã ipſum reducens tali hortatu:ſi vero ſic forſitã nõ ſenſiſſet neq; ceſſaſſet,alter il-
le genu flectens culpã dicendo receſſit,illumq́; ad memoriã ſic reduxit. Indefinẽter quoq;
loquebantur aliquid vtile & ſalubre, & in eorum colloquio fuit inceſſanter rememora-
tio mortis. Non tacebo vobis præclaram exercitationẽ coci eoꝝ. Vidi etem̃ eũ habentẽ
in ſuo officio ploratũ perpetuum ac mœrorẽ,ſupplicauiq́; ei vt diceret mihi,vnde & qua
liter dignus effectus eſſet obtinere gratiã talẽ. Qui à me violentiã ſeu importunitatẽ paſ-
ſus reſpondit:Nunq̃ cogitaui me hoĩbus deſeruire,ſed deo,& iudicãs me indignũ omni
quiete ꝑ aſpectũ ignis iſtius poſſideo iugẽ memoriã flãmæ futuræ ac infernalis. Audia-



A mus aliã ꝓclarã obſeruãtiã eorũdẽ. Nã neq; in mẽſa ceſſabũt ab ope ſpiritali. Exhibito
aũt q̃dam more ignoto ac nutu,hortabanť ſeipſos ſecundũ aĩam,reducẽdo memoriã ad
orõnẽ. Nec ſolũ faciebãt hoc in mẽſa,ſed in oĩ mutua obuiatione ac ſynodo ſeu cõgrega
tione. Nẽpe ſi quiſq̃ eoꝝ aliq̃d cõmiſiſſet delictũ, plurimũ rogabať à fratribus multis vt
ꝑmitteret eis de hoc ſatiſſactionẽ ac ſolicitudinẽ derelinq apud abbatẽ, & ab eo ſuſcipe-
re correctionẽ. Vñ & magnus hic pr̃ cognoſcẽs opationẽ diſcipuloꝝ,exhibebat deiñ leui
ores increpationes,ſciẽs redargutũ eſſe frequẽter ſine reatu. Hinc q̃q; de cætero nõ reqre
bat eũ q principaliter ſeu ꝑſonaliter lapſus fuit ad culpã. Vbi ocioſa ꝟboſitas,aut ſcurrili
tatis memoria viguit aliqñ apud illos? Porro ſi quiſq̃ eoꝝ incepiſſet alicubi litẽ ad proxi
mũ, alius tranſiẽs diſſipauit irã ſimul & litẽ genu flectẽdo & culpã ſuã dicẽdo, q̃d Græce
diciť metania. i. pœnitẽtia. Si aũt ſẽſiſſet fratrẽ quærere vltionẽ pro iniuria ſibi illata,ilico
nunciauit hoc fratri tũc diſponẽti in ſecũdo loco ſub ꝓſidẽte,ſicq; tẽtauit illos recõſiliare
añ ſolis occaſum. Si vero obdurabãť nec increpationẽ recipiebãt, nõ ꝑmittebanť ſumere
cibũ añ ſatiſſactionẽ cõdignã,vel de cœnobio eijciebanť. Erat aũt apud eos diligẽtia iſta
inaniter cõſummata,ſed laude digna. Nam & frater tumultũ aliquẽ faciẽs erat manife-
ſtãs eũdem,propriã culpã recognoſcẽdo. Nimiꝝ multi actiui atq; cõtemplatiui inuenti
ſunt inter ſctõs illos. Multi q̃q; diſcretionẽ verã habẽtes ac humiles. Eratq́; ſtupendũ vi
B dere in ipſis & angelos exẽplare ſpectaculũ:angelos,inquam,vtpote canos & reuerẽdos
ſanctitate decores,inſtar paruuloꝝ circũquaq; currẽtes ad miniſtrãdũ, & de ſua humili-
tate maxime gloriãtes. Vidi ibi q̃ſdam habẽtes circa 50. annos in obediẽtia,q̃s rogaui vt
docerent me quã cõſolationẽ à deo acceperãt ꝓ tãto labore. Ex qbus qdã dixerũt ſe de-
inceps occurrere ac veniſſe in humilitatis abyſſum. Alij ꝟo dicebant ſe habere ꝑfectã in
ſenſibilitatẽ carẽtiãq; triſtitiæ in maledictis, cõtumelijs,oĩbuſq; iniurijs. Vidi alios ex il-
lis ſctis ꝑpetue memorãdis poſt angelicã cõuerſationẽ & venerãdã caniciẽ ꝑductos ad
ꝓfundiſſimã ſapiẽtiã,ſimplicitatẽ & innocẽtiã,ad deliberationẽ q̃q; ſpõtaneã nõ fictã di
rectiſſimã deo]hoc ẽ,ad reſignationẽ pleniſſimã q̃ ſeipſos ꝓpria libertate ſpoliauerũt ſpõ
te nõ ficte,ſed directiſſime corã deo & ad eius honorẽ[nõ ſcd̃m ſeneſcẽtes ĩ hoc mũdo]
.i. nõ ad inſtar eoꝝ q in hoc mũdo ex ſenio puerilizãt [q̃s delirãtes vocare decernũt].i.
q̃s ipſi in mũdo cõuerſantes iudicãt eſſe amẽtes,& noĩant delirãtes[vtpote habẽtes in ſe
aliq̃d irrõnabile aut impudicũ,vl̃ aduẽtitiũ aut ſegnẽ ſermonẽ & morẽ].i.ꝟba nõ expe-
dita & mores ĩcultos[ſed erat videre ſenes illos ſctõs exteriꝰ totos leues, mãſuetos & hi
lares q̃d nõ inueniť in multis faciliť. Intus aũt in aĩa ad Chr̃m & ad ꝓſidẽtẽ erãt ſimplices
& innocẽtes,& q̃ſi ꝑuuli reſpirãtes poſſidebãtq; oculũ mẽtis incõfuſũ, terribilẽ & robu-
ſtũ].i,ordinatã,cõſtãtẽ ſpiritaliterq́; armatã cõtra dæmões & pctã. Hic etem̃ oculus mẽ-
C tis ẽ intellectꝰ,q cõtra dæmones & pctã armať,& illis terribilis fit ꝑ fidẽ,prudẽtiã,ſapĩam
atq; cõſiliũ,& ꝑ ſciam ſalutarẽ[O ſctm̃ caput & congregatio deo dilecta]qbus hæc ſcri
bo[tp̃s vitæ meæ deficiet me narrãtẽ virtutẽ & vitã btõꝝ illoꝝ imitantiũ ẽ cœlo].i. cõfor
mẽ vitæ cœleſtiũ,& aſſecutiuã cõuerſationis ſupnæ,cuius charitatẽ,pacẽ & ſynceritatẽ illi
ſequebãť in terra. [Attñ vtilius ẽ ornare ſermonẽ nr̃m ex laborib. & ſudorib. illoꝝ ſalu-
briť dolẽtiũ,& excitare nos ad zelũ illoꝝ deo acceptũ,q̃ ex ꝓprijs virib. & exhortationi
bus. Nã abſq; cõtradictiõe id q̃d minus habet ornať à meliore. Illudq́; poſtulo vt nemo
ſuſpiceť nos ſcribere cõpoſitũ aliq̃d aut cõfictũ. Mos nãq; eſt infidelitatis vaſtare & im-
pugnare peruerſe vtilitatẽ in his q̃ ſunt pia & vera. Sed nos iterum iungamus prædictis.

¶Recitatio vtiliũ exemplorum cum optimis documentis. Articu. XI.

VIr qdã noĩe Iſidorus ex prĩcipatiua dignitate Alexãdrinæ ciuitat. abrenũciauit ſclõ
añ hos annos ĩ ꝑfato cœnobio,quẽ reppi ibi: Quẽ recipiẽs abbas ille ſctiſſimus, &
vidẽs eũ eẽ oĩno ꝟſutũ,crudelẽ,duꝝ ac arrogãtẽ,ſylogiſauit & argumẽtabať,ſapiẽtiſſi-
mus ipſe ꝑ humanã inſpectionẽ aſtutiã dæmonũ. Dixitq; Iſidoro: Si vere elegeſti tollere
iugũ Chr̃i,volo te añ oĩa obediẽtiã exercere. Rñdit Iſidorus: Sicut ferrũ tradiť fabro, ſic
ego ò ſctiſſime trado meipſum eẽ ſubiectũ in oĩbus. Tũc magnus ille abbas curatus ſu-
ꝑ tali ænigmate cõfeſtim tradidit eũ gymnaſio].i. ſpiritali exercitio[& ait:O frater volo
te aſſiſtere & manere in porta cœnobij,& facere metaniã]hoc ẽ, genuflexionẽ[oĩ homi
ni ingrediẽti & egrediẽti ac dicere ad vnũquẽq; illoꝝ: Ora pro me pr̃,qa peccaui. Obedi
uit aũt Iſidorus ſicut obedit angelus deo. Itaq; Iſidoro faciẽte ibi ſeptẽ annos, & veniẽte
in ꝓfundiſſimã humilitatẽ atq; cõpũctionẽ,voluit abbas eũ fratribus annumerare vt ſu-
ꝑ dignũ, & ordinatione dignũ efficere poſt ſeptimanã annoꝝ legalẽ. Et poſt incompara

bilem patientiam]imo & obedientiam[eius]puta ipſius Iſidori.[Ipſe vero plurimas ſup D
plicationes fecit abbati ꝑ alios & per me infirmũ,vt dimitteret eũ ibi ꝑficere curſum ſu-
um,agendo ſimiliter ſicut & antea fecit,inſerẽs & verbis obſcure inſinuãs,appropinqua
re iam finẽ ſuũ & vocationẽ à dño. Quod & factũ eſt. Abbate eñ dimittẽte eũ ibidẽ in
gradu tali,migrauit glorioſus cũ gl'ia ad dñm poſt decimũ diẽ,aſſumens & portaꝝ clau
ſtri ſeptimo die poſt ſuã dormitionẽ.Prędixerat eñ B.Iſido.ille portario: Si inuenero fi
dutiã apud deũ,fies in breui inſeparabiliter mihi cõiũctus in gloria. Qđ & factũ fuit ad
plenã & maximã certitudinẽ incõfuſæ obediẽtię eius,& imitatiuæ humilitatis ſuę à deo
collatæ.Interrogaui hũc magnũ Iſido.adhuc ſupſtitẽ qualẽ cogitationẽ & opationẽ ha-
bebat in mẽte ſua degẽdo in porta.Et ipſe æternalit̃ memorãdus, nõ abſcõdit mihi hoc
ipſum volẽs alios ædificare & dixit:In primo anno cogitaui me q̃ſi vẽditũ propter pc̃tã
mea,& ideo opari q̃ feci.Vñ cũ oĩ amaritudine & violẽtia & ſudore pœnitẽtiã feci & me
taniã illã exhibui.Anno aũt cõpleto degebam abſq; triſtitia cordis,expectãs de cætero
mercedẽ à deo ꝓ patiẽtia & obediẽtia mea.Rurſuſq; anno 2.finito reputaui cũ ſẽſu cor-
dis ac intima mẽte meipſum indignũ mãſiõe cœnobij & viſiõe atq; colloq̃o patrũ & cõ
municatione ſacramẽtoꝝ,imo & aſpectu faciei cuiuſq̃.Oculis aũt defixis deorſum inte
gre exorabã introeũtes & exeũtes ꝓ oratione inferiori prudẽtia]hoc ẽ,imprudẽtiorẽ me re
putãs q̃ antea reputaui.[Præterea recũbentibus nobis q̃dã die in menſa,magnus ille p̃la E
tus & doctor]vc; abbas[inclinãs ſc̃tm̃ os ſuũ ad me ait:Vis vt oñdã tibi diuinã prudẽ-
tiã in ꝓfundiſſima canitie]hoc ẽ,in antiq̃ſſimo ſene[& me ſupplicãte vt faceret hoc,vo-
cauit quẽdã de mẽſa ſecũda Laurẽtiũ noĩe habentẽ in cœnobio annos circitor 48.q fuit
ſecũdus ſacerdos illius cõuẽtus.Veniẽs ergo ille & genua humiliter flectẽs corã abbate,
bñdicebat̃ ab eo.Sed ſurgẽte Laurẽtio abbas nil penitus dixit.Dimiſitq; eum añ mẽſam
ſtare & nihil cõedere.Erat eñ refectionis initiũ,ita ꝙ taliter ſtetit ꝑ magnã horã aut pe
ne ꝑ duas,ac ꝑ hoc erubeſcerẽ deinceps aſpicere in faciẽ opatoris]puta Laurẽtij ita ſtan
tis,vel abbatis ex cuius volũtate ſic ſtetit.[Erat eñ Laurentius totus canus octogeſimũ
agẽs annũ.Deniq; manẽs vſq; ad finẽ refectionis abſq; rñſione abbatis:ſurgẽtibus no-
bis à mẽſa,miſſus eſt à ſc̃tõ abbate dicere initiũ pſalmi 39. p̃memorato magno Iſidoro.
Ego aũt tanq̃ nimis malitioſus nõ omiſi tẽtare ſenẽ illũ interrogãdo quid cogitaſſet ſic
ſtando.Qui dixit:Cõſiderans abbatẽ q̃ſi Chr̃i vicariũ nõ cogitaui mihi aliq̃d ab ipſo in
iũgi,ſed à deo,idcirco ò pr̃ Iohãnes,ſtabã nõ q̃ſi corã hoĩm mẽſa,ſed tanq̃ ante altare dei
ipſum exorãs,nõ cõcipiens aliquã prauã cogitationẽ vel intẽtionẽ cõtra abbatẽ, ex fide
& charitate mea ad ipſum,cũ ſcriptũ ſit:Charitas nõ cogitat malũ. Imo & hoc agnoſce
1.Cor.13 ò pater,q̃a cũ aliq̃s dederit ſeipſum in ſimplicitatẽ ſpontaneã ac innocẽtiã, nõ dabit vlte
rius maligno locũ aut horã in ſe.Deniq; qualis erat ille iuſtus rõnalium pecoꝝ ſaluator F
& paſtor]vc; abbas q inſtrumẽtaliter ac diſpoſitiue cooperabatur ſaluti ouiũ quas rege
1.Cori.9 bat,ſecundũ ꝙ Paulus ait apoſt.Vt ſaluos faciã aliq̃s ex eis[ꝑ deum & dñm noſtrum Ie-
ſum Chr̃m,talẽ habebat diſpẽſatorẽ,diſpenſantẽ ea q̃ erãt cœnobij, tam caſtũ & mitem
vt penitus pauci. Cõtra quẽ magnus iſte abbas inuehebat̃ aliq̃ñ ſine culpa illius ad alio-
rũ ædificationẽ,iuſſitq; eũ expelli ab oratorio,pręcipiens importune hocipſum. At ego
ſciens diſpenſatorẽ eſſe ſine querela & culpa,de qua abbas eũ culpabat,excuſaui eũ ſeor-
ſum apud abbatẽ.Qui dixit:Noui pater.Sed quẽadmodũ miſerabile eſt & iniuſtũ rape
re panẽ ex ore famelici paruuli,ſic p̃ſidens aĩabus,lędit ſeipſum & oparios ſibi ſubiectos
ſi nõ acquirit eis coronas ꝑ ſingulas horas,quãtas nouit ipſos poſſe acq̃rere ſeu mereri,ſi-
ue ꝑ iniurias ſiue ꝑ ignominias & deſpectiones atq; illuſiones.Talis aũt p̃ſidens maxime
lædit̃ in tribus.Primo,qm̃ ipſe priuat̃ increpationis mercede.Secũdo,qm̃ alijs valẽs pro-
deſſe,ex eoꝝ virtutibus hoc omiſit.Tertiũ q̃d & grauiſſimũ eſt, qm̃ ipſi q æſtimant̃ eſſe
patiẽtes & pij toleratores aduerſitatũ neglecti ſub tpe & nõ redarguti de cętero à p̃ſiden
te tanq̃ virtuoſi & patiẽtes, priuati frequẽter fuerũt mãſuetudine ac patiẽtia quæ primo
erãt in eis.Nẽpe ſi terra extiterit bona,pinguis atq; fructifera, ſi tñ fuerit aquæ defectus
fit ſterilis & germinat ſpinas,ita ſi aquæ ignominiæ & copia iniuriaꝝ ſubtrahant̃,mens
antea bona ꝓfert ſpinas elationis,cõcupiſcẽtiæ & irreuerẽtiæ.Hoc ſciẽs magnus ille apo
ſtolus Timotheo p̃cepit:Argue,obſecra,increpa,inſta oportune,importune. Me aũt ob
2.Timo.4 ijciẽte abbati & allegãte infirmitatẽ gñationis modernę,q̃ ſecũdũ nos eſt,& q̃liter multi
diſrũpunt̃ ſeu recedũt à grege cõgregationis ꝓpter correctionẽ q̃ fit eis q̃ſi ſine cauſa,q̃-
uis forſan nõ ſine cauſa,domus ſapiẽtiæ[ſ.abbas ille tã ſapiẽs[iteꝝ dixit ad me:Aĩa pro



A pter Chr̃m oblata & mortificata,atq; ligata charitate paſtoris & fide ad ipſum, nõ rece
det vſq; ad mortẽ & ſanguinẽ,p̃ſertim ſi à paſtore ſuſcipiat bñficia pietatis ſup cicatrices
ita vt paſtor increpationib.& rigori interdũ omiſerat oleũ ſuauitatis,& bñuolentiã ſuã
oñdat correpto.Tũc inquã aĩa nõ recedet,recordãs q̃d ſcriptũ ẽ:Neq; angeli neq; archã
geli neq; prĩcipatus neq; poteſtates neq; virtutes neq; creatura alia ſepabit nos à chari-
tate Chr̃i & paſtoris.Porro ſi aĩa nõ ẽ ita ligata,fixa ac copulata, miror oĩno ſi nõ inani
ter in cœnobio demoret̃[Ficto eñ nũcio comitabit̃ ſubiectio]hoc ẽ,negocio ad q̃d agẽ-
dũ q̃s venerat,nõ vere,ſed ſimulatorie expleto,ſequet̃ negligẽtẽ dãnoſa deiectio,q̃a ſuc-
cũbit & vilipẽſione cõdignus ẽ.Talis ẽ aũt,q in monaſterio nõ frãgit ſeipſum,nec mõ ꝑ
tacto ligatus,fixus & copulatus efficit̃.[Non eñ magnus ille]vc; abbas p̃dictus[ſibijpſi
mẽtitus ẽ].i.ſeipſum nõ decipit[ſed ducatũ p̃buit & ꝑfecit]hoc eſt,ꝑ viã ſalutis alios du
xit,& q̃d docuit adimpleuit,ſeu ducatũ paſtoralẽ ꝑduxit in ſubditis ad finẽ beatũ. [Au-
diamus ſapiẽtiã dei & admiremur eã inuẽtã in vaſis fictilibus]puta in fratrib. cõgregati
onis p̃fatæ fragilib. corporib.circũdatis. [Admirabar ego p̃ſens fidẽ & patiẽtiã atq; in-
domitã ſufferẽtiã nouit̃ aduenientiũ in increpationib.& iniurijs].i.correctionib.ſeu pœ-
nalibus exercitationib.p̃ſidẽtis,q̃ dicũt̃ iniuriæ,nõ ꝙ fuerũt iniuſtæ,ſed ꝙ eas nõ metue
rũt,ſed pie & rõnabilit̃ ipſis infligebãt,vt in vera patiẽtia & mortificatiõe,imo in oĩ vir-
B tute ꝓficerẽt.Porro ſufferẽtia illoꝝ nouiter aduenientiũ fert̃ indomita,qm̃ eã habuerunt
nõ ex edomatiõe & exercitatiõe ipſis inflicta ab alijs,ſed magis ex p̃uẽtione & gr̃a pieta-
tis diuinæ.[Interdũ aũt ꝑſecutionib.].i.tribulationib.[afficiũt̃ nõ ſolũ à p̃ſidẽte, ſed etiã
ab inferiorib.valde.Igit̃ interrogaui quẽdã ex fratrib. cã ædificationis habẽtẽ in mona-
ſterio 15.annos noĩe Abakyꝝ,quẽ videbã p̃cipue tribulatũ fere ab oĩbus.Qñq; eñ mini
ſtri expellebãt eũ à mẽſa.Erat q̃ppe à natura modicũ incõtinẽs circa linguam.Dixi ergo
ad eũ:Fr̃ Abakyre q̃re video te q̃tidie expulſũ à mẽſa,ac ſępius ire dormitũ ſine refectiõe?
Rñdit:Crede mihi ò pr̃ q̃a ꝓbãt me pr̃es mei an vere monachus ſio,ſed nõ in ꝟitate hoc
faciũt].i.nõ tm̃ ſicut ꝓmereor & ꝟitas iuſtitiæ exigit[Hinc ego cognoſcẽs intẽtionẽ eo-
rũ & magni].i.abbatis[ſine põdere].i.grauamine[viuerſa ſuſtineo,15. habeo annos in
cõgregatiõe hac,& ꝑ totidẽ annos me ꝓbauerũt, & ſc̃dm ꝙ mihi dixerũt in ingreſſu qñ
me receperũt]ipſi[ꝓbãt abrenũciãtes ꝑ annos 30.]exercitãdo eos ad patiẽtiã,humiliati-
onẽ & plenã mortificationẽ tot annis.[Et iuſte ò pr̃ Iohã. Auꝝ eñ nõ ꝑficit].i.nõ pur-
gat̃[abſq; ꝓbatiõe]hoc ẽ,examinatiõe ꝑ ignẽ,quẽadmodũ Salo.ait:In fornace ꝓbat̃ au-
rũ.In lib.q̃q; Sapiẽ.legit̃:Tãq̃ auꝝ in fornace ꝓbauit electos deus.Ac ſi dicat hic Abak.
Nõ ẽ miꝝ ꝙ exercitatiões iſtas ſuſtinui ꝑ 15.annos,cũ dixerint mihi in cõuerſionis meæ
exordio ꝙ ita exerceãt abrenũciãtes ꝑ annos 30.[Suſtinẽs ergo & manẽs gñoſus].i.ſpiri
C talit̃ nobilis iſte Abakyr.poſt meũ aduẽtũ in monaſterio 2. annos,migrauit ad dñm.Et
morti ꝓpinquãs fratrib.dixit:[Gr̃as ago dño Ieſu Chr̃o & vobis,q̃a ꝓ eo ꝙ ſalubrit̃ me
tẽtaſtis,ecce 17.annis mãſi à dæmonib.nõ tẽtatus.Quẽ iuſti iudicij paſtor]vtpote abbas
p̃cepit digne collocari ac ſepeliri cũ ſc̃tis q̃ſcẽtibus.Lędo cũctos zelatores btõꝝ].i.cun
ctis zelũ ꝓficiẽdi ſc̃tõſq; imitãdi habẽtib.facio nocumẽta,ſubtrahẽdo eis ædificatiõis e-
loquiũ[ſi ſileo ſub ſepulchro ſilẽtij directionẽ & pugnã Macedonij primi diaconi habi-
tãtiũ illic.Qui ſũme ſolicitus corã deo rogauit q̃dã vice abbatẽ licentiã eũdi in ciuitatẽ
Alexãdrinã imminẽte ſolẽnitate Epiphanię añ 2.dies eiuſdẽ ꝓpter indigẽtiã cuiuſdã vi
ri ſibi familiaris,ꝓmittẽs celerit̃ de ciuitate reuerti ꝓpter imminẽtiã ac p̃parationẽ ſolẽni
tatis illi9.Porro oĩs boni oditor diabol9 impedimẽtũ archidiacono faciens ꝓcurauit ꝙ
ab abbate dimiſſus nõ redijt añ ſolẽnitatẽ p̃fatã, ſiue iuxta tempus ſibi p̃fixũ à p̃ſidente.
Cũq; poſt vnũ diẽ rediſſet,abbas ſuſpẽdit eũ à diaconat9 officio,poſuitq; ĩ vltimo incipi
entiũ nũero.Suſcepit bon9 miniſter pr̃em,& patiẽtię archidiacon9 ita ſuſtinuit ꝟbũ ſen
tẽtiãq; abbatis abſq; triſtitia,q̃ſi ipſe increpatus nõ fuiſſet ſed alius.Cũq; ꝑ 40.dies mãſiſ
ſet in incipiẽtiũ nũero S.& ſapiẽs paſtor reduxit eũ ad ꝓpriũ gradũ.Et ecce poſt vnũ di
em archidiaconus rogauit abbatẽ,vt cõſtituat eũ rurſus in priori increpatiõe ac diſcipli-
na dicẽs,q̃a irremiſſibilẽ quãdã culpã cõmiſi in ciuitate.Abbas vero ſciens eũ hoc dicere
gr̃a humilitatis & nõ vere,cõſenſit bono deſiderio eius.Eratq; miꝝ videre ſenẽ reueren
da canicie decoratũ degere in incipiẽtiũ ordine, vniuerſos q̃q; integre deprecari, vt ora-
rent pro ipſo.Nam dixit:In fornicationẽ inobedientiæ cecidi. [Mihi aũt humili].i.vili.
[Macedonius iſte cõſidẽter aperuit cur ad humiliationẽ illã ſe tã ſpõte atq; humilt̃ obtu
lit:Nũq̃,inquiẽs vidi in me tantã euacuationẽ omnis impugnationis, tantãq; dulcedinẽ
diuinę illuminatiõis vti modo.Deniq; vt dicũt angeloꝝ eſt nõ cadere,quia nec poſſunt

poſſum peccare, hominum vero eſt cadere & iterum ſurgere quoties hoc contingit,]id D
eſt,gratia reſurgendi conceditur.[Dęmonibus vero eſt proprium quod ſemel cadentes
nunquam reſurgunt.Prætera ille cui commiſſa erat diſpenſatio clauſtri,]videlicet œco-
nomus[fiducialiter renunciauit mihi:Cum eſſem iuuenis & animalia cuſtodirem, indu
ctus fui in grauiſſimum animæ lapſum] vc; in furtiuam & extra ordinariã comeſtionẽ,
aut in ſimile aliquid[vt aſſoler].i.prout ex diabolica ſuggeſtionę vel humana fragilita-
te contingere ſolent peccata,[habebam vero ex conſuetudine nunq̃ abſcondere ſerpen-
tem]hoc eſt,peccati venenum, [in nido cordis. Quocirca tenens ſerpentem iſtum cum
cauda, medico]puta prælato [propalaui quod feci. Caudam vero dico finẽ actionis. At
ille facie ſubridens,ait ad me percutiẽs temperate maxillam meam:Vade fili habeto mi-
niſterium tuum,vt prius nihil omnino timens]timore inordinato.[Ego vero credens ſi
de nõ hæſitanti ſuſcepi in paucis diebus certam curationem à vitio illo.Gaudens ergo]
de venia mihi conceſſa]& tremens ne iterꝝ caderem[currebam viam meam]exequendo
celeriter opus mihi iniunctũ.[Omnis ordo rerum creatarum(vt dicũt quidam)poſſidet
differentias multas.]Hoc eſt,totus ſeu integer ordo vniuerſi,includit in ſe multiplicem
rerꝝ diſtinctionem,tam in eſſentialibus q̃ in accedentalibus proprietatibus.Ordo etem
vniuerſi cõſiſtit in ſubordinatione ſpecierꝝ,præcipue q̃ per proprias differentias ab inui-
cem diſtinguunt,vt probant philoſophi, aſſeruntq; theologi. [Qm̃ in cõgregatione fra- E
trum erat differentia quædã profectuũ & deliberationũ].i. propoſitorꝝ ſeu electionũ &
cõſcientiarꝝ[qñ medicus horꝝ]vc; abbas[notabat aliq̃s oſtẽtatores in peregrinationib.
ſeculariũ ad manſionẽ].i.aliq̃s fratrũ cõſiderabat eſſe amatores propriæ laudis,& oſten
tãtes ſeipſos ex gloria vana in aduẽtu ſeculariũ hoĩm viſitantiũ clauſtrũ ac fratres,[iſtos
in vltimis cõtumelijs & vilioribus miniſtrationibus poſitos,mittebat circunquaq; corã
ſecularibus illis].i.fratres hmõi vanos maxime humiliauit,ponens eos in vltimis cõtu-
melijs.i.extremis deiectionibus vilioribusq; obſequijs atq; in talibus vilificationib.po-
ſitos mittebat vndiq; corã mũdanis illis hoĩbus,vt ſic pro ſuis vanitatibus cõfunderen-
tur ac erubeſcerẽt,nec corã ſecularibus apparere optarẽt.Ideo ſubdit[ita vt deinceps ce-
leres diſcederẽt qñ fiebat ad eos aliqua peregrinatio].i.viſitatio hoĩm mundanorꝝ.Feſti
nabãt eñ ab illis recedere,ne corã eis ſic humiliarent. O quanta fuit ſapiẽtia,diſcretio,iu
ſtitia atq; pfectio beatiſſimi illius abbatis,q fratres ſibi cõmiſſos ſine perſonarꝝ acceptio
ne tam ſtrenue ac ſaluberrime exercitabat & edocebat ad frangẽdũ & mortificandũ ſe-
ipſos in oĩbus.[Et erat ſupmirabile factũ qd].i.valde mirabile opus[videre,ipſam vanã
gloriã admiſſerũt,iuſſi ſunt viliora quoq; pagere corã eis à qbus reputari optabant,ſicq;
vana gloria pſequebat ſeipſam inducẽdo ad vilificationẽ & inhonorationẽ ſui ſubiecti,
fugebatq; hoĩes ſeculares,ne in illorꝝ pſentia cõfunderet. [Chrs Ieſus dñs noſter volens F
me priuare orone ſancti patris].i.ſermone ſeu allocutione beati Minæ,de q̃ protinus ſe
quit:vel prece ipſius,ita vt in vita pſenti amplius nõ oraret pro me,[ante vnã ſeptimanã
egreſſus mei].i.receſſus à præfato cœnobio iſto[aſſumpſit virꝝ mirabilẽ Minam]nomi
ne[diſponentẽ oĩa ſecundaria negocia poſt abbatẽ]ita ꝙ fuit primus poſt eũ ſaltẽ in diſ
ponẽdo exteriora negocia[q quinquaginta nouẽ annos in cœnobio habẽs,puigil adim-
pleuit omnem miniſtrationem] ad ſuum officium pertinentem. [Quid igitur?] contin-
git.[Tertia die]poſt obitum eius, [perficientibus nobis ſolitum canonem dormitionis
ſancti,hoc eſt,canonicum ſeu regulare officium defunctorum,in quo fuit commemora-
tio dormitionis ſancti illius viri,[repente totus chorus in quo iacebat defunctus, reple-
batur bono ſuauiſſimoque odore. Tunc igitur abbas permiſit nos diſcooperire locu-
lum, in quo defunctus erat diſpoſitus,] id eſt, conuenienter locatus. [Quo facto vidi-
mus vniuerſi emanare duos fontes quaſi vnguenti boni odoris ex precioſiſſimis plan-
tis ipſius.Tunc abbas ait ad omnes: Videte, ecce ſudores laborum ac pedum ipſius ve-
re oblati ſunt D E O, & accepti atq; ſuſcepti ab eo ſicut vnguentum.Porro patres cœ
nobij annunciauerunt nobis alias multas virtutes de iſto ſanctiſſimo Mina. Dicebant
autem & hoc de ipſo, quod abbas eius volens probare aliquando patientiam ſibi à deo
collatam, præterijt eum redeuntem ad abbatiam cum faceret genuflexionem abbati ad
veſperam, nec ſuſcepit eum more ſolito adorantem, ſed dimiſit eum in terra ſic poſi-
tum vſque ad horam canonis ſeu matutinalis officij, tuncque benedicenseum ac incre-
pãs vt oſtentationis amatorem & impatiẽtem ſurgere eum fecit.Nouerat enim ſanctus
abbas



A abbas qualiter Mina generoſe ſufferret, ideo fecit hoc ad omnium ædificationem. Por-
ro diſcipulus ſancti Minæ certificauit nos de actibus ſui præceptoris]videlicet Minæ iſti-
us[dicens: Cum curioſe ab ipſo inquirerem ſi forte fuiſſet ſomno oppreſſus in tali genu
flexione abbati exhibita,affirmauit in terra proſtratum legiſſe totum pſalterium.

¶ De fructu & perfectione ſocialis & monaſticæ conuerſati-
onis,& de alijs fructuoſis materijs atque exemplis.
Articulus XII.

NOn deſpicio & ſermonis coronam exornare præſenti ſmaragdo,]hoc eſt, non ne-
gligo nec omitto,ſed curo præſentem doctrinam,quæ ſecundum eam viuentium
eſt corona,decorare documento mox ſubſequente,quod eſt ſpiritualis ſmaragdus,ſicut
materialis corona ornatur gemma quæ ſmaragdus vocatur.[Moui quandoque ſermo-
nem de quiete ſolitaria,]id eſt,de vita anachoritica illam commendando,[aliquibus ſe-
niorum illorum ſuperſumme virilibus,]id eſt, vehemẽtiſſime & valde ſumme robuſtis,
virtuoſis,perfectis, quærendo cur non darent ſe ad vitam illam,[qui ſubridẽtes facie &
hilari ore dixerunt ad me]ſicq; riſus eorum fuit modeſtus,ex ſpirituali iucunditate pro-
ueniens.[O pater Iohannes,nos cum ſimus materiales magis exequimur materialem in
B ſtitutionem,]id eſt,conuerſationem iſtam humanam,& obſeruantiam corporalem po-
tius amplexamur & exercemus, [iudicantes & diſcernentes ſubire prælium illud, quod
eſt ſecundum menſuram noſtræ infirmitatis,]hoc eſt,pugnam tentationum & exercita
tionem proportionatam viribus noſtris,[æſtimantes vtilius certare cum hominibus a-
liquando ſæuientibus & aliquando pœnitentibus,& non cum dæmonibus contra nos
ſemper furentibus & armatis.]Per certamen cum hominibus intelligitur pugna labori
oſa,quam habet religioſus contra ſeipſum,& proprias paſſiones in congregatione,quo
uſque diſcat æquanimiter ferre imperfectiones,defectuoſitates,exercitationes,increpati
ones, proclamationes, accuſationes, itemque improbitates atque iniurias confratrum
ſuorum,iuxta illud Apoſtoli:Alter alterius onera portate.Homines autem dicuntur ſæ Galat. 6
uire,dum iraſcuntur,indignantur,aut iniuriantur. Nec ita intelligenda ſunt verba nunc
introducta, quaſi viuentes in congregatione non habeant pugnam contra inuiſibiles
hoſtes, aut quaſi ſolitarij non impugnentur interdum à proprijs motibus, ſed quod ſo-
litarij ſpecialius,acrius & frequentius impugnantur à dæmonibus quàm cœnobitæ,qui
bus frequentior pugna eſt ad homines & contra ea quæ ab hominibus ſecum moranti-
bus fiunt. De hoc multa habentur in ſecundo volumine collationum, in collatione de
fine cœnobitæ & anachoritę. [Alter vero illorum ſeniorum æternaliter memorando-
C rum habens ad me multam fiducium & charitatem ſecundũ deum,rurſus ait mihi cum
benignitate:Si ineſt tibi in ſenſu animæ tuæ operatio dicẽtis ſapientiſſime]vtpote Pau-
li apoſtoli:[Omnia poſſum in eo qui me confortat Chriſto, ſi ſpiritus ſanctus roris ca- Philip. 4
ſtitatis ſecundum virginem ſuperuenit in te,] id eſt,ſi ſpiritus ſanctus à quo eſt ros caſti-
moniæ venit deſuper in te ſecundum quod venit in virginem glorioſam,[ſi virtus altiſ-
ſimæ patientiæ obumbrauit tibi, præcinge lumbos tuos linteo obedientiæ, ]id eſt, cor-
pus & animam tuam præpara & expone ad obediẽtiam conſummatam,[ſicut vir Chri-
ſtus deus,]id eſt,quemadmodum Chriſtus fecit, qui ſecundum naturam humanam fu-
it & eſt vir etiam ab incarnationis exordio propter perfectionem animæ ſuæ in omni
ſapientia ac virtute. De quo & Ieremias prædixit: Mulier circundabit virum, qui ſecun- Ierem. 31
dum naturam aſſumptam factus eſt obediens patri vſque ad mortem, [& ſurgens à cœ-
na].i.ſpiritali refectione ac ſuauitate[ſolitariæ tuæ quietis, laua pedes fratrum in ſpiritu
contribulato,]id eſt,obſequioſus ſis eis cum compunctione & contritione interna.Spi-
ritualiter quoq; purga eorꝝ affectus bono exemplo & verbis exhortationis,increpatiõis
& informationis, [magis vero prouoluere pedibus congregationis in ſubiecta & deie-
cta prudentia,] hoc eſt, vniuerſis & ſingulis te humilia ac proſterne loco & tempore o-
portuno,non innitendo prudentiæ tuæ,ſed proprium iudicium ſubijce alijs, præſertim
prælato & humiliter ſentias de teipſo.Hæc eſt enim ſubiecta & deiecta prudẽtia, de qua Prou. 3
Salomon hortatur:Non ſis ſapiens apud temetipſum,& ne innitaris prudentiæ tuæ.Iaco Iacobi 3
bus quoq; apſ̃us cõteſtatur:Quæ deſurſum eſt ſapientia primum quidem pudica eſt, de-
inde pacifica, ſuaſibilis,bonis conſentiens.[Statue duros,ſeueros, & vigiles oſtiarios in
por

porta cordis.]Oſtiarij iſti ſunt conſideratio diuinæ præſentiæ, meditatio futuri iudicij, D
ponderatio nouiſſimorum, timor filialis ſolicitus,feruor proficiendi, attentio propriæ
vocationis,zelus iuſtitiæ,Hi nanque cuſtodiunt mentem à negligentijs & peccatis, cum
Eccẽs.7 ſcriptum ſit:Qui timet deum nihil negligit.Et rurſus:Meditare nouiſſima tua & inæter=
Ecci 7 Pſalm. 118 num non peccabis. Itemq́;:Seruaui mandata tua & teſtimonia, quia omnes viæ meæ in
conſpectu tuo.Dicuntur oſtiarij quoq; iſti duri, quia non cedunt peccatis & tentamen=
Canti.6 tis de facili.Et item ſeueri contra hoſtes noſtræ ſalutis,quibus terribiles ſunt ſicut caſtro
rum acies ordinata.Sunt etiam vigiles, quia aſſidue diligentem ac agilem faciunt men=
tem.Porro porta cordis hoc loco vocatur capacitas eius , quæ eſt quaſi ſpiritualis aper=
tura,per quam bona & mala introeunt mentem.Interdum autem per portam cordis in
telligitur ſenſus exterior ſiue interior. [Inuincibiliter contine mentem difficulter valen=
tem contineri in corpore circunquaq; occupato,] hoc eſt, mentem tuam ex ſua natura
vagam,atq; inſtabilem infatigabiliter reprime à profluuio cogitationũ inanium, & af=
fectionum prauarum,à diſtractionibus cunctis,potiſſime in diuinis,quod difficulter fie=
ri poteſt , ſed per adiutorium gratiæ dei, aſſiduumq́; conatum poteſt homo quotidie in
hoc ipſo proficere. Eſt autem refrenatio iſta euagationis mentalis præſertim difficilis in
corpore vndiq; occupato,hoc eſt etiam in exterioribus occupationibus atq; laboribus
in quibus tamen adhuc conari debemus,leuando cor vbertim ad deum,orando, medi= E
tando, contemplando & aſpirando. Hinc ſubditur: [In membris motis & concuſſis in=
tellectualem quietem exercita,]id eſt, in motibus & agitationibus membrorum tuorũ
cuſtodi ac poſſide tranquillitatem internam & vnionem cum deo. [quod eſt glorioſiſſi=
mum præ vniuerſis exercitijs,Eſto inconturbabilis in medio conturbationum & tumul
tuum,]hoc eſt,fixus & inauertibilis à deo,quantumcunq; forinſecus occurrant variæ p
turbationes & inquietudines.Hanc imperturbabilitatem acquirit homo per ſapientiam
& virtutes,imo non niſi per excellentias & perfectiones earum.[Animam pacificam ha
bens]quatenus quantumcunq; deſit extra pax temporis, intus tamen regnet pax pecto=
ris.[Collige linguam furentem & veſanam in contradictionibus inſilire,]id eſt,linguã
tuam refrena ne proſiliat ad verba contentioſa,iniurioſa,illicita, dum contradicitur ti=
Prouer.10 bi,& aduerſum aliquid tibi contingit.Qui enim moderatur labia ſua prudẽtiſſimus eſt.
Prou.20 Et honor eſt homini cum ſeparat ſe à lite.Vnde & Paulus hortatur:Noli verbis conten
2.Timo.2 Iacobi 3 dere,&c.Dicitur autem lingua furens atq; veſana,quoniã Iacobo teſte,lingua eſt inquie
tum malum plenum veneno mortifero, eſtq́; inflammata à gehenna , & quia nemo lin=
guam domare poteſt plenarie.[Certa contra reginam hanc ſeptuagiesſepties in die,]id
eſt,indeſinenter quotieſcunq; fuerit oportunum,vt nunquam excedas in verbis.Linguã
vero vocat reginam.i.dominam vitiorum,iuxta illud Iacobi:Vniuerſitas iniquitatis lin F
gua conſtituitur in membris noſtris,quæ maculat totum corpus noſtrum. Ponitur q̊q;
hic numerus determinatus pro numero indeterminato,cũ dicitur ſeptuagiesſepties,ſic=
Matth.18 ut in euangelio:Nõ dico tibi vſq; ſepties,ſed vſq; ſeptuagiesſepties.[Diſpone,]id eſt,præ
para te habere[mentem cõturbatam vt incudem figens in ligno,]id eſt,in corporis mor
tificationem[animæ crucem,]hoc eſt,proprię voluntatis reſignationem.Qui enim ſunt
Galat.5 Chriſti,carnem ſuam crucifigunt cum vitijs & concupiſcentijs.Et ſaluator: Qui vult,in
Lucæ 9 quit,venire poſt me,abneget ſemetipſum. Sicq́; habeas mentem inſtar incudis, firmam
ac planam[mutuis fragoribus confuſionibusq́; percuſſam,]hoc eſt,clamoribus & irriſi=
onibus,quos ſibi mutuo inferunt homines,ſeinuicem exercitantes[impugnatã,illuſam,
improperatam,maledictam,ſubſanatam,læſam, in nullo penitus reſolutam]à ſua cuſto
dia[nec ſuſtinentem ſtragem].i.interiorem læſionem,[ſed exiſtentem & manentem to
tam planam].i.integram,ſimplicem,ac ſynceram, ſicq́; valde proficientem ex aduerſita=
tibus & exercitationibus ſibi inflictis,iuxta quod ait beatiſſimus princeps apoſtolorum:
Quis eſt qui vobis noceat, ſi boni æmulatores fueritis?[Expolia te voluntate tanquam
confuſionis amictu,]hoc eſt,propriam abijce voluntatem,tanquam inhoneſtum & cõ=
fuſibile indumentum,quod induunt filij proprię voluntatis,qui operti ſunt pellibus Ma
Oſee 10 dian.i.contradictionis. Vnde per Oſee loquitur deus: Confundetur Iſrael in voluntate
ſua, [& denudatus intra in ſtadium neceſſitudinis] .i. curſum obligationis obedientia=
lis aſſume, aſtringendo teipſum ad obediendum, quo facto felici neceſſitate ſis obliga=
tus ad bona.Stadium quoq; neceſſitatis eſt locus religionis,ac iter monaſticæ profeſſio
nis



A nis[quod raro & difficulter inuenitur,]id eſt, perfectio iſta à paucis acquiritur, non ſine
difficultate.[Indue loricam fidei ad agonis diſpẽſatorem].i. ſolidiſſime crede quod ab
bas ſeu præſidens ſalubriter te exercens ac moderans,tuam pugnam non quærat,niſi tu
am ſalutem,& totũ circa te faciat ex virtute,non ex aliqua mala radice aut paſſione,ſicq́;
habeas hãc loricam ſeu fidei armaturam [indiſſolubilem neq; penetrabilem ab aliqua
infidelitate]vt.ſ.non indigneris neq; tenteris aduerſus prælatum,nec male ſenſeas de eo
dem quicquid fecerit tibi.Imo omnia interpreteris ad optima, [tene tactum inuerecũde
proſilientem temperantiæ freno,]hoc eſt,per temperantiam & puritatis virtutem retra=
he tactum ab omni laſciuo & carnali palpatu,qui tactus inuerecunde proſilit ad conta=
ctum & palpatum obiectorum delectabilium ſibi.Vitemus ergo contactum omnis rei,
ex qua poteſt nobis oriri motus libidinis,ſtimulus carnis,ſenſualis affectio. Vnde in re=
gula ſancti Pachonij continetur,ne vnus fratrum tangat manum alterius.Caſſianus q̊=
que teſtatur,ꝙ inter ea quæ ſancti patres in Aegypto ſerioſe prohibuerunt,fuit ne fratris
manus ſibijnuicem insererent,quod ſi feciſſent acriter puniebãtur.[Recordatione mor
tis coge].i.reprime[oculum volẽtem per ſingulas horas aſpicere curioſe magnitudinẽ
& pulchritudinem & viſionem].i.apparatum diſpoſitionemq́;[corporum].i.viſibilium
rerum.Non enim licet curioſe aſpicere,quod non licet appetere. Et præſertim reprimen
B dus eſt viro oculus ſuus à fixo fœminarum aſpectu. Si autem quis aſpiciat magnitudi=
nem & pulchritudinem ac diſpoſitionem cœleſtium aliorumq́; corporum,vt ex hoc ele
uetur ad cõtemplationem,admirationem,amorem ac reuerentiam creatoris,nõ eſt curi=
oſum,ſed virtuoſum.Cum Iſaias hortetur:Leuate in excelſum oculos veſtros,& videte Iſaiæ 51
quis creauit hæc. Tempore vero diuini officij diligentiſſime reprimẽdus eſt viſus,ne per
eum varias diſtractiones atq; incommoda animæ incurramus,[obmuteſcere fac intelle
ctum tuum]à murmuratione temerarioq́; iudicio,& ab omi cogitatione illicita,quæ eſt
corã deo locutio,[curioſum in familiari ſolicitudine]hoc eſt,in cura rei domeſticæ[vo=
lentem iudicare fratrem in negligentia,]hoc eſt,cũ deſidia[operantem] quæ non debe=
mus incõpaſſiue,incaute,aut certitudinaliter iudicare,[& oẽm charitatẽ & cõpaſſionem
in ſumma ad proximum abſq; errore].i.cũ diſcretione.Vnde ſi quis culpabilis inuenia=
tur,debemus potius cõdolere q̃ aſpernari,penſantes illud Apoſtoli:Tu quid iudicas fra Rom.14
trem tuum? aut tu quare ſpernis fratrem tuum? oẽs enim ſtabimus ante tribunal Chri,
Iudiciũ ergo cõfratris cõmittamus Chriſto & eius vicario præſidenti.[Tunc vero amã=
tiſſime pater in hoc cognoſcent omnes,quia diſcipuli ſumus Ieſu Chriſti, ſi habemus in Iohan.14
congregatione charitatem ad inuicem,iterum bonus amicus]ſ.vir iſte mihi tam charus
[dixit:veni veni concerta & cõmorare].i.cum fratribus pugna contra hoſtes animæ tuę
C & habita cum eiſdem,[bibe ſubſannationes ſingulis horis,ſicut aquam vitæ,]hoc eſt,de
riſiones & omnem aduerſitatem iugiter cum omni patientia ſuſtine, atq; cũ gaudio ſu=
ſcipe,ſecundum quod beatiſſimus Petrus hortatur:Cõicantes Chriſti paſſionibus gau= 1.Petri 4
dete,[quoniam Dauid ſcrutans vniuerſa quæ ſunt iucunda ſub cœlo, poſt omnia vlti= Pſalm.132
mo dixit,quærens:Ecce q̃ bonum & q̃ iucundum nihil,niſi habitare fratres in vnum.Si
ergo nondum facti ſumus digni virtute & actu obedientiæ & potentiæ huius].i. ſi eas
necdum adepti ſumus[bonum eſt ſaltem vt longe ſtãtes ab agoniſtico ſtadio,]hoc eſt,
ab exercitatione probatiua et pugnatiua iam dicta,quam nondum valemus ſufferre[in=
firmitatem propriam cognoſcamus,& ſingularirer certãtes]vtpote ſolitarios & anacho
ritas manu ad manum contra dæmonia prælianteſ[beatificemus,eiſq́; patiẽtiam impre
cemur].i.deum rogemus,vt inceſſabilem patientiam tribuat ipſis. Victus igitur fui ſer=
monibus boni magiſtri & virtuoſi patris iſtius mecum pugnantis euangelice & prophe
tice].i.mecum diſputantis & vitam cœnobicalem mihi eminenter probatis, per euange
ca atq; prophetica verba,[magis vero amicabiliter id agentis,vnde volui indubitanter
dare interceſſiones & vota beatæ obedientiæ,]hoc eſt,rogare propoſui vt ſub obedien=
tia ſtarem,& decreui profiteri eandem,[memor adhuc vnius virtutis vtilis atq; fructife=
ræ horum beatorum ſenum exiens à paradiſo,[hoc eſt,de religioſiſſimo & amœniſſimo
præfato cœnobio,[qualiter iterum vobis proponam ſpinoſa eloquia non venuſta neq;
proficua,].i.verba mea agreſtia,impolita,nõ rhetorica,& minus vtila,quaſi dicat inſuf=
ficiens ſum iſta deſcribere,quod ait ex humilitate profunda. Conſequenter refert quæ=
dam exempla.[Stantibus nobis frequenter in oratione notauit abbas quoſdam mutuo
ee col

colloquentes,q̃s ſtatuit per vnam hebdomadam ante fores eccleſiæ,iubens quamuis cle D
rici eſſent ac ſeniores,genua flecterẽt corã vniuerſis introeuntibus & egrediẽtibus. Aſpi-
ciens ego quendam ex fratribus quaſi colloquentem ad aliquos facie ſua ac moribus
in præloquio hymnorum,] hoc eſt,in inuitatorio,[quęſiui addiſcere mortẽ,]id eſt,reli-
gioſam obſeruantiam[huius beati]fratris [qui neſciens occultare vtilia, dixit:Pater Io-
hannes ex procemijs,]hoc eſt,à principio matutinalis officij,[conſueui cogitationes &
mentem ſimul cum anima congregare,]id eſt,vires apprehẽſiuas & affectiones meas re-
colligere,[ipſis vocatis coram,]id eſt,adductis in præſentia interiorum oculorum meo-
rum,[clamare: Venite adoremus & procidamus Chriſto regi ac deo noſtro. Curioſius
autem inquirens hunc authorem] ſpiritualis [conuiuij hoc facientem apprehendi & vi-
dens eum habere permodicam tabulam appenſam ad cingulum didici quod cogitatio-
nes ſuas quotidie ſcripſit in ea, & omnes illas nunciauit abbati. Nec hunc ſolum,ſed &
alios plures vidi hoc facientes. Erat enim hoc ab abbate præceptum, ſicut audiui. Qui-
dam ex fratribus detrahens proximo ſuo tanquam verboſo & nugaci apud abbatem,
expulſus eſt ab eodem. Qui exra portam cœnobij manſit per vnã hebdomadam,petens
veniam & regreſſum ad clauſtrum. Quod cum animarum amator abbas percepiſſet,in-
quirens ſolicite,& audiens fratrem illum nil penitus comediſſe infra ſex dies, renuncia-
uit eidem,ſi omnino vis redire ponam te inter pœnitentes,]id eſt,incarceratos. [Cumq; E
frater hoc acceptaſſet libenter, fecit eum abbas in carcere poni, vbi lapſi aſſidue flebant
pro ſua ruina. Et quoniam mentionem fecimus de manſione lapſorum, modicum dica-
mus de ea. Itaque à magna manſione cœnobij diſtabat vno ſigno,locus vocatus carcer,
qui erat abſque cõſolatione. Nunquam enim fuit in eo ignis,vinum,oleum,aut aliquid
coctum pro cibo,ſed panis tãtum & herbæ exiguæ. In hoc carcere abbas recluſit ingreſ-
ſibiliter eos q exceſſerunt poſt ſuam conuerſionẽ,non ſimul,ſed ſeparatim,vel ad maius
duos ſimul,quouſque deus certificauit eum de vnoquoque illorum. Præfecitque illis vi-
rum magnum Iſaac, qui à traditis ſibi requirebat orationem fere indeſinentem, volens
vt ſemper orarent. Habebat autem copiam palmarum quas dedit incarceratis,vt opera-
rentur ne in acediam caderent. Hæc eſt vitę inſtitutio & conuerſatio quærẽtium faciem
dei Iacob. Etenim bonum eſt ammirari labores & dolores ſanctorum. Aemulari vero
& ſequi eos eſt augmentatiuum ſalutis. Irrationabile autem & impoſſibile eſt velle imi-
tari omnem conuerſationem ſanctorum ſub vno,]id eſt, in vna profeſſione ſiue in vno
ſtatu non poteſt aliquis ſequi & exercere omẽs actus ſanctorum. Monachus enim non
poteſt hoſpitalitatem & ſimilia opera miſericordiæ exercere,aut prædicationi inſiſtere,
ſed diuerſi ſunt ſtatus & gradus ſeruientium deo,[morſum & cõquaſſationem in redar-
gutionibus ſentientes,]id eſt, quam diu ſentimus punctiones & amaricationes & quaſi F
confractiones & reuerentias quando corripimur, [habeamus memoriam peccatorum
noſtrorum,] vt ex conſideratione & ponderatione eorum patienter feramus correptio-
nes,[quouſque dominus videns vim noſtram,]id eſt,violentiã quam nobiſipſis inferi-
mus pugnando contra patientiam & reuerentiam noſtram præfatam,[eſſe vim non vi-
olentorum inferentium,]hoc eſt,conſimilem eſſe violentiæ eorum,qui inferunt ſibijpſis
vim ſalubrẽ non ex violentatione,ſeu coactione,ſed ex ſpotanea charitate,hoc eſt,quo-
uſq; veniamus ad profitiẽtium gradum[debeat eã]aut cũ tranquillitate & gaudio ſuſci-
piamus correptiones tanquã ſaluberrimas culparum noſtrarum medelas, [& dolorẽ in
corde mordentẽ,] id eſt,affligentẽ propter afflictiones illatas, [& luctum veniẽtẽ ex tali
dolore qui eſt luctus impatiẽtiæ magis quàm pœnitentiæ,[vertat in gaudium,]ſpiritua-
le, de quo Iacobus ait: Omne gaudium exiſtimate,cum in tentationes varias incideritis,
[Ait pſalmiſta:Secundum multitudinẽ dolorum meorum in corde meo cõſolationes tuæ
lætificauerunt animam meam in proprio tpe,] vtpote tempore opportuno & præordi-
nato à domino. Hoc impletur in eis, quorum dolorem & luctum præfatos deus in gau-
dium vertit, ita vt ingenti lætitia agant & patiantur ea quæ ante cum grandi difficulta-
te & mœrore egerunt ac pertulerunt. Nempe quo virtutes fiunt in homine perfectio-
res tanto faciunt eum delectabilius promptiuſque operari quæ bona ſunt & pati aduer-
ſa. [Non obliuiſcamur Pſalmiſtæ dicentis ad D O M I N V M: Quantas oſten-
diſti mihi tribulationes multas & malas, & conuerſus viuificaſti me, & de abyſſis terræ
iterum reduxiſti me poſt caſum,]quod intelligi poteſt de caſu mortalis, & item venialis
pecca



A peccati,imo & de mortis occubitu,ſecundum q̃ pſalmus in quo verſus iſte habetur mul-
tipliciter exponitur ſeu ex diuerſorum perſonis. [Beatus qui ſibijpſi vim fecit,]frangen-
do & ſuperando ſeipſum viriliter,[propter deum quotidie maledictus,]id eſt,vitupera-
tus,[contemptus & exprobratus,]totumq; hoc æquanimiter ſuſtinens. [Iſte cum marty-
ribus tripudiabit.] Talia nanq; aſſidue æquanimiter ferre æquipollet martyrio, præſer-
tim quando quis ſuſtinet ea abſq; propria culpa. Nihilominus ſi quis toleret ea propter
peccata ſua libenter,vt ita purgetur & deo complaceat,meritorium eſt, [& cum angelis
fiducialiter aget,]id eſt,ſecurus erit cum eis in gloriã. [Beatus monachus qui ſingulis ho-
ris putat ſe dignum omni ignominia & deſpectu,]& certe ſi quotidianas noſtras culpas
tam omiſſiones quàm commiſſiones culpabiles rite penſemus,poſſumus & debemus iu-
giter ita ſentire de nobis & humiliare noſipſos humiliatione immenſa, quia innumera-
bilibus miſerijs quotidianiſque culpis ſumus repleti. [Beatus qui mortificat volũtatem
ſuam vſque in finem,& curam ſui tradidit magiſtro,]id eſt,prælato[ſuo in domino. Sta-
tuetur enim ad dexteram Ieſu Chriſti crucifixi,]tanquam vera ouis ipſius & ſequens ve-
ſtigia eius, qui exinaniuit ſeipſum, factus obediens vſque ad mortem, [ſi quis proiecit à
ſe redargutionem iuſtam vel iniuſtam,]id eſt, increpationem ſuam indignanter accepit
ſiue meruerit eam,ſiue non,[iſte negauit ſalutem ſuam,]id eſt, opere demõſtrauit quod
B ſaluti propriæ aduerſetur,nec eam ſynceriter cupiat, [ſi vero ſuſcipit eam cũ labore & do-
lore,]quia nondum perfectus eſt & pugnat viriliter contra impatiẽtiam propriam,[aut
ſine dolore,] quod ſalubrius eſt, [ſortietur celeriter remiſſionem peccatorum ſuorum,]
hoc eſt quod in Prouerbijs Salomon conteſtatur: Qui odit increpationes,inſipiens eſt.
Egeſtas & ignominia ei qui deſerit diſciplinam,qui autem acquieſcit arguenti,glorifica-
bitur. Si vero religioſus à pręſidente corripiatur publice aut ſeorſum,non debet hoc im-
patienter accipere,etiam ſi videatur ſibi innoxius quantum ad culpam ſibi obiectam. Si
tamen aliquid graue ſibi imponeretur, poſſet ſe humiliter excuſare propter ſcandalum
aliorum vitandum.] Oſtende deo intellectualiter ac integre fidem & charitatem quam
habes ad patrem tuum,] id eſt, coram deo vere ac plene præſentia confidentiam & bo-
num ſentire dilectionemque filialem,quas habes ad tuum prælatum,[& ille hunc inco-
gnite certificabit,]hoc eſt,deus inuiſibiliter certum efficiet ſuperiorem tuum, [deinceps
tibi iungi & familiarem exiſtere,]id eſt, vt ſe tibi coniungat & applicet familiariſque fi-
at,[ſecũdum affectionem tuam ad ipſum,]hoc eſt, prout mereris per tuam dilectionem
ad tuum prælatum. Subditus ergo cupiens à ſpirituali patre amari, non ficte, ſed ſynce-
riter habett ſe ad illum. [Qui ſemper & in multis propalat ſerpentem,]id eſt, culpam in
corde ſuo latentem, & omnem diabolicam ſuggeſtionem,quam patitur aſſidue aperit,
C tam in confeſſione ſacramentali, quàm ſeorſum loco & tempore congruenti atque per-
ſonę ad hoc conuenienti, [fidem manifeſtam & efficacem oſtendit,]id eſt, demonſtrat
ſe habere fidem formatam ac viuam,cũ ſit conſcientioſus ac timoratus,[qui vero ipſam
abſcondit inuijs anfractibus,]id eſt,per itinera perditionis,[errat. Si quis vult cognoſce-
re ſuum amorem ad fraternitatem & proprie ſuam charitatem,] an ſcilicet vere & ſpiri-
tualiter diligat fratres,imo & ſeipſum,[certificetur de hoc in iſto,quando videt ſeipſum
lugentem ſuper offenſionibus,]id eſt,propter peccata[fratris, & rurſus videt ſe exultan-
tem de profectibus & gratijs eius,] quaſi dicat, tunc certus ſit quod ſpiritualiter diligat
fratrem. Veruntamen iſtud non poteſt intelligi de certitudine penitus abſoluta, ſed val-
de probabili. Non enim poteſt quis abſolute certus exiſtere,ſe eſſe in charitate abſque re-
uelatione diuina. [Qui verbum ſuum quod dicit, quamuis ſit verum contendit in collo-
cutione ſtatuere,]id eſt,pertinaciter aut contentioſe defendere, [cognoſcat ſe infirmum
infirmitate diaboli,]id eſt,diabolica prauitate eſſe infectum,[& ſi operatur,]id eſt,ſi fa-
cit hoc, [loquens cum coæqualibus, forſitan quandoque ſanabitur per increpationem
maiorum, ſi vero ſic litigat contra maiores aut ſapientiores, apud homines hoc inſana-
bile eſt,]id eſt,tanta iniquitas curari non poteſt virtute humana. Vnde in collationibus
patrum habetur,quod dum abbas Moyſes diſputans cum abbate Machario aliquid du-
rius aut pertinatius protuliſſet,protinus à diabolo tam horribiliter eſt arreptus,quod ſu-
perfluitates naturæ quæ in receſſu projiciuntur egeſſit per os. Mox autem orante pro eo
ſancto Machario fuit curatus. [Qui nõ eſt ſubditus verbo,manifeſtum eſt,quia nec ope

re,]niſi forſitan de inobedientia ſua verbali pœniteat,quemadmodum in euangelio de D
duobus legitur filijs,quod vnus dixit ad patrem iubentem vt iret in agrum, nõ vadam,
& poſtea pœnitentia ductus iuit. [Qui enim infidelis eſt in modico, infidelis atque in-
glorius erit in multo,]quaſi dicat:Qui non obedit verbo,nõ obediet opere,hoc & Chri
Luc.16.37 ſtus in euangelio loquitur,[& talis eſt inuanum laborans, ex ſancta obedientia nihil ni
ſi iudicium ſibi reportans,]id eſt,ex profeſſione qua ſe ad ſanctam obedientiam obliga
uit,nõ acquirit ſibi niſi damnationem maiorem atque inaniter facit exteriores labores.
[Si quis vero erga ſubiectionem patris poſſedit conſcientiam ſuam vſque ad ſummum
mundam,]id eſt,ſi prælato in om̃ibus fuerit obediens & ſubiectus,ita quod nullum ha-
bet remorſum conſcientiæ de oppoſito, [iſte de cætero non conturbatur, expectans per
ſingulos dies mortem quaſi ſomnum,magis vero quaſi vitam,]id eſt, tanquam ingreſ-
ſum ad vitam beatam,[cognoſcens in ſolido].i. firmiter[quia ipſe nõ reddet rationem
pro ſe in hora ſeparationis].i. tempore mortis,[ſed qui præeſt, reddet rationem]pro eo
ſi opus fuerit tempore opportuno. [Si quis ſuſcipiens commiſſionem miniſtrationis]
.i. alicuius officij,[à patre]ſpirituali,[in domino].i. in dei honorem, quantum ad patris
intentionem,[abſque violentia,]id ẽ,libenter & ſine reniſu & humili excuſatione ac pro
ditione inſufficientiæ ſuæ,[paſſus eſt improuiſum aliquod offendiculum,]id eſt,culpam
& negligentiam aliquam incurrit in ipſa adminiſtratione.[cauſa inſtruebatur non dan- E
ti arma,ſed ſuſcipienti,]id eſt,culpa talis ſeu cauſa ruinæ docetur nõ eſſe imputanda pa-
tri qui dedit ſubdito arma,id eſt, inſtrumenta ad bene agendum, ſeu opera obſequioſa,
quæ ſunt animæ arma, ſed imputanda eſt ſubito ſuſcipienti commiſſionem ita libenter,
[ſuſcepit enim arma contra pugnam inimici,] id ẽ,inſtrumenta ac media virtuoſe agen
di ad reſiſtendum per ea tentamentis diaboli,[intulit vero ac infixit ea cordi ſuo,]id eſt
per ea læſit ſeipſum abutendo eiſdem, videlicet authoritate ſibi commiſſa & cæteris,per
quæ debuit ſuum officium exequi diligenter.[Si vero propter D O M I N V M vim
paſſus fuit,] hoc eſt, ſi acquieuit commiſſioni officij ſibi iniuncti contra propriam incli-
nationem,propter deum & ex debito obediẽtiæ quam promiſit, [& ſuam infirmitatẽ,]
id eſt,inſufficientiam,[prædixit danti,] id eſt, ſuperiori officium iniungenti, [confidat,
quoniam ſi cecidit ſaltem mortuus non eſt,] hoc eſt, ſi peccauit facilius veniam prome-
retur. Hoc verbo notantur ambitioſi. *Si enim tam periculoſum eſt acquieſcere ſuperio-*
ri officium iniungenti, ſine cordiali reniſu & humili excuſatione, quàm periculoſiſſimũ
eſt ad officia aſpirare & per adulatiões aut alias vias ad eorum adeptionem conari.] La
tuit ò amici me vobis coram ponere,]id eſt,quaſi oblitus fui aut pene omiſi vobis mani
feſtare,[& hunc ſuauem panem virtutis]id eſt,hanc ſpiritualem & dulcem refectionem
narrationemque exemplarem,videlicet[quomodo obedientes in præfato cœnobio con F
terebant ſeipſos iniurijs in domino,] id eſt, exercitationibus duris ad dei honorem,[&
afficiebant ſe ignominijs ſecundum deum , vt eſſent parati ad patientiam in iurijs illatis
eis ab extra & ignominijs,]id eſt,tribulationibus aſſuefacti non conturbarentur, quan-
do infligerentur eis à quibuſcunque extraneis. *Sic & Socrates interrogatus cur duas v-*
*xores tam litigioſas ac peſſimas ſecum teneret,reſpondit,vt domi ediſcam quid foris ex*
*hibeam.*[Anima quæ confeſſionem excogitat,& ex induſtria tenet,] id eſt, quæ præco-
gitat quod oporteat eam peccata ſua confiteri , tam confeſſione ſacramentali, quàm in
capitulo ſeu alibi, & eandem confeſſionem ex deliberatione obſeruat atque exequitur,
[quaſi ſub eiuſdem freno retinetur, vt non delinquat,]id eſt, per talem præmeditationẽ
confeſſionis tanquam freno retrahitur à peccatis.Et poteſt per frenum confeſſionis in-
telligi pudor ſeu timor de manifeſtatione propriæ iniquitatis.[Quæ enim manent non
confeſſa,]id eſt, vitia noſtra quæ non confitemur modis prætactis, [ipſa de cætero agi-
mus quaſi in tenebris ſine timore, ] id eſt, veluti in abſconſo & in propriæ mentis excæ-
catione. Quando præſidente abſente imaginamur vultum ipſius putantes eum quaſi a-
ſtare nobis , tunc cognoſcamus quia vere exequimur legitimam obedientiam. Segnes
pueri arbitrantur abſentiam magiſtri gaudium,]id eſt,negligentes & pigri diſcipuli glo
riantur de abſentia ſui magiſtri vt peccent liberius,[generoſi vero & nobiles,]id eſt,pru
dentes & ſtudioſi pueri atque diſcipuli, putant eandem damnum, quia tunc minus pro-
ficiunt. Conformiter religioſi peruerſi gaudent de abſentia ſui prælati , vt minus tunc
compe-



A compeſcantur. Virtuoſi vero ſubditi de tali triſtantur abſentia. Hinc communiter dici-
tur: Probitas diſcipuli apparet in abſentia magiſtri ſui.[Interrogaui aliquando quendã
probatiſſimum virum deprecans mihi declarari, quomodo obedientia poſſidet humili-
tatem,]hoc eſt,qualiter queat agnoſci quod obediens ſit veraciter humilis, [qui ait: Ni-
mirum ſi prudens & vere bene obediens mortuos ſuſcitet & domum lachrymarum poſ
ſideat & liberationem à pugnis,] id eſt, tentationibus ita quod amplius non tentatur à
carne aut dæmone, [putat omnino quod oratio ſpiritualis patris fecit,] id eſt, orationi
ac meritis ſui præſidentis omnia illa aſſcribit,cum pia æſtimatione ſine temeraria aſſerti-
one,atque hoc[manet ipſe alienus à vana propriæ reputationis elatione.Quomodo em̃
exaltabitur de illo,quod reputat factum adiutorio patris ſpiritualis, non propria ſolici-
tudine. Solitarius operationem iſtam non nouit,]id eſt, humilem reputationem iſtam
de ſeipſo non habet,non enim reſidet ſub huiuſmodi patre. [Nempe propria reputatio
& elatio poſſidet iuſta quæ circa ipſum,] id eſt, opera eius iuſta impugnantur ab elatio-
ne.Hoc dicitur non quod ſolitarij omnes ſubdantur propriæ reputationi & elationi,ſed
quoniam ſæpe tentantur de vitijs illis in operibus iuſtis , quæ agunt, propter quod ſub-
ditur:[immittens ei ex propria ſolicitudine directiones perficere,]hoc eſt, elatio ſeu va-
na ſuipſius reputatio ſuggerit ſolitaria, quod ex propria diligentia efficiat opera ſua ri-
B te directa.[Qui eſt in ſubiectione]hoc eſt,ſub obedientia,[viuens,vincens duos dolos]
videlicet inobedientiam & elationem per quas plurimi ſeducuntur , quas facilius vincit
obediens quàm ſolitarius aut prælatus. Vel duo doli hi ſunt , vana reputatio ſuipſius in
proprio corde,& elatio ſeu appetitus propriæ excellentiæ inde procedens,[manet de cæ
tero ſeruus C H R I S T I æternus atque obediens.] Talis quippe non ſepara-
tur à Chriſto de facili , & obediendo ſuo prælato obedit Chriſto. [Agonizat dæmon
vt pugil obedientes aliquando inquinare ſordibus,] id eſt, inſtar pugilis fortiter ſtudet,
vt eos qui obediunt interdum trahat ad aliqua vitia , ſtudet quoque eos [ efficere duros
corde,aliquando vero conturbabiles fieri volenter,actos,]id eſt,ad hoc etiam nititur,vt
ipſi obedientes violenter acti ſeu iniuriam paſſi & dure tractati, fiant ex hoc conturbati,
turbabileſq; reddantur de facili,[mouens contra mœrorem,id ẽ,diabolus incitãs ipſos
ad peccata prœtracta contra ſalubrem mœrorem & compũctionem internam,quę ſem
per eis ineſſe debuit. Conatur item huiuſmodi obedientes facere[aridos & ſine fructu,]
ut ſint infructuoſi intus & extra,[& guloſos & auidos,]id eſt,cupidos rerum ſuperflua-
rum,[& circa orationem pigros & ſommolentos,]etiam in diuinis, [& tenebræ factos,
id eſt, corde obtenebratos, [vt ſint quaſi nihil proficientes ex ſubiectione] obedientiæ,
ſed & hoc conatur , [vt euellat eos à certamine] ſpirituali [abeuntes retrorſum] quate-
C nus ſine reſiſtẽtia conſentiant ſibi.[Non enim ſinit intendere,]id eſt,non ceſſat conſide
rare qualiter faciat iſta.Vel nõ ſinit intendere,id eſt,monachos inflammare ad vitia præ
inducta]quoniam diſpenſatiua oblatio apparentium beatorum,fit nobis pluries aggre
gatio profundiſſimæ humilitatis.] Hæc diſpenſatiua oblatio apparentium beatorum,
eſt præſentialis præſentatio ſiue inſpectio eorum , qui vel vere vel apparenter perfecti &
ſancti ſunt,ex quorum aſpectu frequenter in profundiſſima humilitate proficimus, qui
profectus nunc aggregatio appellatur.Ideo Satanas nititur monachos ad vitia trahere,
ne ex profectu & ſanctitate ædificentur ad inuicem. Porro ſi per diſpenſatiuam oblatio
nem apparentium beatorum , intelligatur præſentatio beatorum in cœlis regnantium,
& viciſſim ex diuina diſpenſatione apparentium nobis , certum eſt quod illa ſit nobis
accumulatio maxime humilitatis. [Seductor ille] diabolus per patientiam, [frequenter
repulſus ac victus eſt.Deinde adhuc iſto loquente,]id eſt,dæmone vno adhuc ſuggeren
te vt ei conſentiamus ad peccata prædicta,[alius angelus] tenebrarum [poſt modicum
aſtans tentat nos alio modo ſeducere,] proponendo aliqua excellenter bona, vires no-
ſtras excedentia , vt ea aggrediamur incaute. Vnde ſubiungitur: [Vidi monachos ex
protectione,]id eſt, oratione,ædificatione,& ſolicita gubernatione ſpiritualis [patris ef
fectos obedientes, bene contritos , tractabiles, mites, continentes, ſolicitos, non impu-
gnatos & calidos,] id eſt, non tentatos ad tempus aſtutos ſeu conſideratiuos, [feruen-
tes quibus dæmones inſtantes ſubſeminauerunt eis deinceps eſſe potentes,]id eſt, cogi-
tationes ſeminauerunt in cordibus talium , quod item de cætero eſſent idonei,[ad ſoli-

D ſariam quietem,]id eſt, anachoriticam vitam,[& valentes per illam deinceps pertingere ad perfectum certamen,] contra inuiſibiles hoſtes, quod ad ſolitarios potiſſime ſpectat,[& quaſi ad impaſſibilitatem, ita quod à paſſionibus amplius pulſari non poſſent. [Ita ergo ſeducti,]ſuggeſtione huiuſmodi[& à portu in in pelagus ſeducentes,]hoc eſt, à ſecreto obedientię ſtatu recedentes ad inquietudinem impugnationum ſolitariæ vitæ [deinde non valentes ſe gubernare tempeſtate,]talium impugnationum,[eos apprehendente,]in ſolitaria vita [periculum paſſi ſunt miſerabiliter ab huiuſmodi falſo ac ſordido tentatore. Neceſſe eſt mare,]id eſt,cor paſſionatum ac turbulentum,[quaſſari & conturbari & feraliter eleuari,]hoc eſt, vitijs agitari, deordinari ac intumeſcere propria ferocitate,[vt materia quam flumina vitiorum deduxerunt in ipſum,] id eſt, conſuetudo praua in eo nata abundantijs ex actuũ iniquorum,[& fœnum,] id eſt,peccata minora, [& vniuerſa corruptio,] puta interior om̃is infectio,[per ea iterum reijciantur in terrã] hoc eſt, per opera vitioſa iterum foris erumpant. Quemadmodũ em̃ praua conſuetudo, interior corruptio ex malis actibus generantur,ſic producunt ex ſe alios actus damnabi-

Iſaiæ 57 les. Propter quod loquitur Iſaias: Cor impij quaſi mare feruens,quod quieſcere non poteſt. Inſuper poteſt hic locus exponi in bonum, vt ſit ſenſus: Neceſſe eſt mare quaſſari, & cætera,id eſt,ad hoc quod cor adhuc turbulentum reformetur,oportet vt pater ſpiritualis fratrem cor tale habentem conquaſſet,& exercitando frangat, ſalubriterque con- E turbet,ne carnali pace lætetur atque feraliter lætetur,hoc eſt, rigoroſe tractet ac tribulet eum, Iuxta illud Iſaiæ vigeſimoſecundo capite: Quaſi amictum ſic leuabit te, quatenus per exercitia iſta expellantur mala interiora. Huic ſenſui magis conſonant quæ ſequuntur: [Superintendamus,] id eſt, diligentiſſime conſideremus, [& inueniemus poſt magnam tempeſtatem in mari factam profundam tranquillitatem,] quaſi dicat, ſicut hoc corporaliter eſt in mari materiali,ita in homine paſſionato poſt motiones intenſas exercitiorum monaſticorum,ſolet oriri ingens tranquillitas reformationis internæ. Iuxta illud Tobiæ tertio capite: Poſt tempeſtatem tranquillum facis, & poſt fletum exultationem infundis. [Quicunque eſt patri ſpirituali interdum obediens, quandoque vero inobediens,ſimilis eſt homini mittenti in oculos ſuos aliquando collirium aliquando calicem!]nam ſicut collirium eſt oculis valde conueniens,& eos clarificans,ſic obediẽtia eſt ſaluberrima cordi & illud illuminat, quemadmodum etiam calx nocet oculo corporali,ſic inobedientia menti. [Vnus vero qui ædificat,& alius qui deſtruit,quæ vtilitas in vtriſque,niſi labor tantũ,]hoc eſt, quod in Eccleſiaſtico triceſimoquarto capite ſcriptum eſt: Vnus ædificans & alius deſtruens, quid prodeſt illis niſi labor? Quod hic introducitur ad probandum quàm inſipienter agat,qui enim interdum inobediens extat quod obediendo ædificat,inobediendo mox demolitur. [Ne ſeducaris ò fili obediens deo, ſpi- F ritu reputationis propriæ & elationis,& ne delicta tua annuncies magiſtro,] id eſt,ſpirituali rectori,[quaſi ſub perſona alterius,]quatenus minus verecunderis. Cuius cauſa annectitur: [Non eſt abſque confuſione à confuſione liberari,]hoc eſt, à futura & æternali confuſione ſeu ab ipſis confuſibilibus vitijs tuis liberari non vales, ſine præſenti pudore ſpontaneæ confeſſionis. [Denuda,denuda medico ſpirituali plagam tuam,]id eſt, culpam quæ plaga eſt animæ, [dic & non confundaris, hoc eſt, vituperabili confuſione non retraharis quin dicas: [Meum eſt vulnus ò pater, mea eſt plaga proueniens ex negligentia mea, non ex alterius culpa,] hoc eſt, ego ipſe peccaui & mihijpſi imputo quod deliqui. Non enim vnus neceſſitatur peccare ex alterius culpa, nec inducitur ad peccandum ex alterius vitio, niſi mediante negligentia propria, qua omittit cor ſuum debite cuſtodire,& malo alterius non vinci,nec cuſtodire,ſed diſſentire,reluctari ac pręualere. Hinc ſubditur:[Nemo eiuſdem cauſa,] id eſt, nullus alius eſt directa & immodera cauſa culpæ meæ,[non homo,non ſpiritus,[puta diabolus,[non corpus,neque aliquid aliud, ſed inſolentia & negligentia mea.]Veruntamen homo,dæmon,corpus,ſeu aliud quodcunque obiectum frequenter eſt cauſa diſpenſatiua, ſuggeſtiua, ſeu incitatiua,& occaſionalis atque remoia culparum noſtrarum. Quemadmodum per Oſeam prophetam ca-

Pſalmo 17 pite quarto ſcriptum eſt: Spiritus fornicationis decepit eos. Et: Cũ peruerſo peruerteris.

Ecci 13 Et: Qui cõmunicauerit ſuperbo, induetur ſuperbiam. [More, aſpectu & cogitatiõe eſto tan-



A quam conuictus iudicio.] hoc eſt, morem, apparatum & cogitationem hominis rei aſſume, cuius culpa probata eſt, humiliando te corde ac corpore, [ſuper confeſſione in terram imminens] id eſt,in terram humiliter te proſternens cum recognitione tui exceſſus[& ſi poſſibile eſt eſto rigans pedes iudicis ac medici]vtpote tui prælati [quaſi pedes Chriſti]inſtar beatiſſimæ Mariæ Magdalenæ. [Mos nanq; eſt ſæpe dęmonibus,ſuggerere nobis,vt non confiteamur peccata noſtra, aut facere hæc quaſi ex alterius perſona, vel inculpare alios de noſtro peccato,tanquam cauſatores,] ita quod inſtar primorum parentum noſtrorum imputamus alijs noſtras culpas. [Nam ſi omnia conſuetudine auferuntur,& conſuetudinem ſequuntur] hoc eſt,quoniam opera bona & habitus virtuoſi tolluntur per conſuetudinem eis contrariam,& paulatim deficiunt, omnia quoq; ſequuntur conſuetudinem conſentaneam eis, & propriam aſſuefactionem vnuſquiſq; ſectatur,donec ad oppoſitum aſſueſcat. [Multomagis penitus bona,] id eſt, opera virtuoſa ſequuntur conſuetudinem bonam habitumq́; virtutis [ſicut habentia cooperato- Philip. 2 rem magnum,]videlicet deum omnipotentem, qui operatur in nobis velle & perficere, qui liberum arbitrium excitat,virtutes infundit,& ſeruos ſuos iuuat in bonis. [Non laborabis fili mi multis annis inuenire in te requiem beatam,].i. infra annos & dies paucos requiem felicem reperies [ſi ex tota anima teipſum tradideris in principio tuæ con- B uerſionis ignominijs,]hoc eſt ad ſuſtinendum patientiſſime omnem irriſionem,increpationem & iniuriam: tunc enim in aduerſis cito gaudebis,habebiſq́; requiem pectoris in præſenti,& requiem æternitatis paulo poſt in futuro. [Non dedigneris confeſſionem facere,]id eſt,peccata tua confiteri confeſſione ſacramentali,& accuſatione tuijpſius ſpontanea extra illam[paſtori tuo ſicut deo,]hoc eſt,humiliter ac complete tanquam dei vicario,& quaſi ipſimet Deo. Ideo additur [in ſubiecto more,]id eſt,ritu ſeu obſeruantia obedientiali. [Vidi enim obnoxios mollientes duritiam] id eſt,rigorem iudicis[condemnantis ſup nimia confeſſione & ſupplicatione,] id eſt,per hoc q̃d ſeipſos valde permaxime accuſabant,& veniam implorabant[& transformantes furorem iudicis in bonam viſceroſitatem.] nam rigorem & iram eius tranſtulerunt ad compaſſionem internam. Et ſi hoc ita eſt apud homines iudicantes, quanto magis poteſt homo ſe taliter humiliando rigorem euadere diuinæ iuſtitiæ,atq; dulcorem impetrare clementiæ eius? [Pro- Matth. 3 pterea Iohannes præcurſor exigebat confeſſionem ante baptiſmum ab accedentibus,] ad ſuum baptiſmum[non ipſe eadem indigens,ſed quæſtuans,]id eſt,procurans eorum ſalutem,per hoc ꝙ induxit eos ad confeſſionem peccatorum ſuorum. Veruntamen ſacratiſſimus Chriſti præcurſor, non requirebat à baptizandis ſuo baptiſmo ſacramentalem confeſſionem,quia tunc nondum fuit ſacramentũ confeſſionis impoſitum,ſed Chri- C ſtus illud primo inſtituit,ſed requirebat vt in generali faterẽtur ſe eſſe peccatores, & forſan ſpecificabant aliqua ſua peccata. Vnde in euangelio legitur, quod baptizabantur à Iohanne confitentes peccata ſua. Porro quod dictum eſt Iohannem non indiguiſſe eadẽ confeſſione, ſi intelligatur ꝙ aliorum confeſſio non fuit ſibi neceſſaria ad ſalutem,non habet difficultatem: ſi vero intelligatur ꝙ ipſe Iohannes non indiguit confeſſione propriarum culparum,adhuc verificatur, quantum ad hoc, ꝙ non indiguit ea alio homini confiteri quemadmodum cæteri: veruntamen confitebatur quotidie deo, ſe ſine venialibus non eſſe peccatis. [Non ſtupeamus & poſt confeſſionem impugnari]id eſt,nõ admiremur ſi poſt confeſſionem tentemur [melius eſt pugnare cum inquinationibus]id eſt, contra inquinationes & vitia præliari,quàm penitus non tentari. Non enim coronatur,

2. Timo. 2 niſi qui legitime certauerit. Et: Qui non eſt tentatus quid ſit? Attamen pugna iſta fieri Ecci 34 debet cum ſuijpſius humiliatione,& propriæ infirmitatis recognitione. Propterea ſubditur:[& non elatione & reputatione propria. Noli currere]id eſt,hinc inde infructuoſe vagari,ſimiliter[nec extollaris in narrationibus patrum & Anacharitarum.] id eſt,non referas cum ſuperbia inaniue gloria, ea quæ de patribus aut Anachoritis audiſti aut cognouiſti. Vt enim ſanctus refert Hieronymus ex ore beati Iohannis Anachoritæ, quidam fratres diſcurrebant longe ac late ad ſeniores & Anachoritas ad audiendum eorũ doctrinam,non vt imitarentur eandem, ſed vt cum gloriatione inani ea alijs recitarent. Quod quidem prorſus damnabile extat, & tamen adhuc multi ſunt tales,promptuli ad docendum, pigri ad operandum. [Etenim in malitia prothomartyris eſt peruadare

electus.] Quiſnam ſit ſenſus verbi iſtius certitudinaliter non cognoſco, ſed videtur ſic D
poſſe exponi, quod Paulus apoſtolus electus eſt peruadare, hoc eſt, viam impietatis per-
tranſire atque euadere in malitia prothomartyris, hoc eſt, eo tempore, quo tyrannidem
ſuam exercuit in ſancto prothomartyre Stephano, qui pro lapidatoribus ſuis orando,
promeruit conuerſionis gratiam Paulo, vt ait Fulgentius in ſermone. Vnde manifeſte
oſtenditur, quod non ſufficit verba patrum audire, quum Paulus verba ſancti protho-
martyris Stephani audiendo motus non ſit ad imitationem, ſed ad lapidationem ipſius:
[Neque cadens] in aliquam tentationem aut culpam, [diſcedas de ſtadio neceſſitu-
dinis huius,] hoc eſt, de loco cœnobij, in quo ad bene agendum arctaris, teq; ſubijcere
obligaris. [Tunc enim maxime indigemus multo amplius medico,]hoc eſt, quando la-
pſi fuerimus, multo vehementius indigemus ſpirituali patre, ſeu proximo, qui caſum
animæ noſtræ ſpiritali medicamine curet. [Qui cum auxilio pedem pungit in lapidem]
hoc eſt, qui fultus gubernatione ſpiritualis patris, & exhortationibus atq; exemplis fra
trum offendit. & peccat, obicem non vitans ſalutis, [eum extra adiutorium]. i. in ſolitu-
dine exiſtentem[contigiſſet non ſolum offendere, ſed & penitus mori,] hoc eſt, in pecca
tis ſuis manere ac diſperire. [quando in cœnobio victi (aliqua tentatione aut paſſione,)
deicimur dæmones inſtantes,]hoc eſt, ad nos decipiendum intenti,[celerius apprehen-
dunt nos, quaſi ſub occaſione bene rationabili.] hoc eſt, ſub colore apparenti per- E
ſuadendo nobis, quod aliqui in congregatione, ſint nobis cauſa tentationum ac ruina-
rum. [Quæ]tamen ſuggeſtio[eſt potius irrationabilis,] quoniam ex propria infirmi-
tate, ignorantia, aut malitia victi ſumus, [tranquillitatem nobis ſolitariam ſuggeren-
tes.] Tunc namque inſtigant, vt congregatione relicta, ad ſolitariam vitam nos tranſ-
feramus, quaſi quietem maiorem habituri ibidem. [Intentio vero eſt inimicis noſtris,
apponere nobis vulnus ſuper lapſum.] hoc eſt, dæmones intendunt nos ad maiorem
lapſum pertrahere, in ſolitaria vita vt priori culpæ addamus & aliam. [Quando medi-
cus allegat impotentiam,] dicens ſe non poſſe infirmum curare, [tunc neceſſe eſt acce-
dere alium.]medicum. Conformiter ſi pater congregationis affirmet, ſe non poſſe fra-
trem lapſum ſanare, tunc frater habet rationem pergendi ad alterius patris cœnobium.
[Sine medico enim curati ſunt valde pauci.]Certum eſt, quod nemo curatus ſit, abſque
ope & gratia ſummi medici animarum, videlicet Dei: qui licet per ſeipſum omnia poſſet
peragere, perpaucos tamen curat omnino ſine cooperatione humana, præſertim prelati
ſpiritualiſve viri. Vnde (vt in Apoſtolorum actibus legitur) & Paulum miſit ad Ana-
Act.9 niam, Cornelium quoq; direxit ad Petrum. Omnia etenim efficit ordinate. Quoſdam
tamen, ſicut beatiſſimam Mariam Aegyptiacam, per ſeipſum curauit, ſine cooperatione
humana. [Quis ergo arbitrabitur contradicere nobis determinantibus,] hoc eſt, quiſnã F
audebit contradicere nobis, qui aſſerimus, [quod omnis nauis habens gubernatorem
peritum & expertum, & naufragium incurrens, periclitanda erat exiſtens omnino abſ-
que gubernatore.] Quaſi dicat: Stultum eſt huius oppoſitum dicere. Ergo à ſimili, frater
ſub ſpiritualis patris regimine cadens ac periens, magis caderet ac periret ſine ſpiritua-
li patre in ſolitudine degens. [Ex obedientia procedit humilitas, ex humilitate impaſ-
ſibilitas.]hoc eſt, ab omni paſſione immunitas. Qui enim ſeipſos plene humiliare non
ceſſant, tantam à domino gratiarum abundantiam ſortiuntur, vt non ſolum purgentur
ab omni elatione, quæ eſt humilitati directę contraria, verum etiam à cæteris vitijs paſ-
ſionibusq; curantur. Ad quod probandum allegat quod habetur in Pſalmo: [Quia in
humilitate noſtra memor fuit noſtri, & redemit nos inimicis. Etenim principiauit qui-
Pſalm.133 dem illam iſta.]hoc eſt, humilitas diſponit ad obedientiam, & inchoat eam[ſicut Moy-
ſes incœpit legem]id eſt, legem ſcriptam Deo iubente primitus promulgauit, atq; in ea
euangelicam legem præfigurauit, & ſuo modo includit, ſicut q; Ezechiel vidit rotam in
Ezech.1 medio rotæ, hoc eſt, teſtamentum nouum in veteri.[perficit vero filia matrem]. i. humi
litas ipſa completior ex obedientia naſcens eandẽ reddit perfectiorẽ. Tunc quippe obe-
dientia eſt deo accepta, quando humilitate ornatur. [ſicut Maria]Chriſtifera [perfecit
ſynagogã]quia perfectius vixit q̃ populus veteris teſtamenti, & perfectionis exempla ei
monſtrauit ſupergrediens legẽ. [Omni punitione ſunt digni coram deo infirmantes,]
.i. infirmi & imperfecti religioſi [qui poſt medici experientiã & vtilitatẽ ex ipſo acceptã,
dere-



A derelinquunt hunc ante ſanitatem perfectam]hoc eſt, qui à ſpirituali ſuo patre recedunt
antequam plene purgentur, cum tamen iam interdum experti ſint ſe eſſe adiutos ab illo,
[præponentes ei alterum proprio ſuo iudicio & comparatione,] qua referunt illum ad
iſtum, ſicq; temerarie iudicant. [Non fugias manus offerentis te domino,]hoc eſt, noli
recedere à primo prælato, ſub quo religionem ingreſſus atque profeſſus es, & qui primo
conſecrauit te Deo, ac benedixit. [Non enim in vita tua reuereberis alium ſicut ipſum,]
hoc eſt, naturale & iuſtum eſt, vt illum ſpiritalius diligas & honores. [Qui inexpertus
eſt in bellicis rebus, non ſeparabit ſe ex multitudine militum cum certa ſecuritate ad ſin-
gulare certamen,] hoc eſt, ſecure non agit ſe à commilitonibus ſeparando, & ſolus ad
duellum eundo. [Et monachus non conabitur ire ad ſolitariam quietem ſine periculo,
ante multam experientiam & exercitationem animalium & ſpiritualium vitiorum.] id
eſt, niſi antea diu expertus & exercitatus ſit, qualiter vincenda ſint carnalia ſpiritualiaq;
peccata. [Solet enim ille quidem corporaliter, iſte vero ſecundum animam ſubire peri-
culum.]hoc eſt, communiter ſic accidit, vt miles ſic faciens vulneretur in corpore, & mo-
nachus ita agens lædatur in anima. [Boni enim (vt ſacra ait ſcriptura,) ſunt duo ſuper
vnum,]Nam in Eccleſiaſte Salomon ait: Melius eſt duos eſſe ſimul. Quod cæteris pari- Ecci 4
bus verum eſt. Hinc ſubditur:[Id eſt, bonum eſt filio cum patre per operationem diui-
B ni ſpiritus agonizare contra aſſumptiones & conſuetudines vitioſas,] hoc eſt, valde ſa-
lubre exiſtit ſubdito, cum ſuo prælato pugnare contra conceptiones & conſuetudines
prauas, operante & adiuuante ſpiritu ſancto. [Qui enim priuat cæcum ductore, & gre-
gem ſuo paſtore, & orbum (hoc eſt, priuatum filijs) manuductore, & paruulum ſuo pa-
tre, infirmantemq; medico, & nauem gubernatore, periculum vtriſque conciliat.]hoc
eſt, periculo grandi exponit cæcum & gregem, orbum & paruulum, infirmum ac nauim.
Imo & aliquo modo lædit ductorem, paſtorem, manuductorem, patrem, medicum &
gubernatorem. [Qui vero conatur certare contra ſpiritus, (ſcilicet inuiſibiles hoſtes)
abſque adiutorio (hominis boni) mortificatur ab eis.]frequenter, niſi ſit ſatis perfectus,
cum in Eccleſiaſte ſcriptum ſit: Væ ſoli, quoniam ſi ceciderit, non habet ſubleuantem. Ibidem
[Venientes pro curatione ad medici ſtationem (id eſt, manſionem) notent à principijs
ſuos dolores.] id eſt ab exordio quo curari incipiunt, penſent magnitudinem ſuæ pœnę
quatenus inde aduertant quantum ex medici releuentur medela. Quo enim dolores ma
gis decreſcunt, eo in eis medicina plus proficit. [Qui vero in ſubiectione ſunt (id eſt, ſub
obedientia viuunt) humilitatem eis aduenientem,]hoc eſt, quantum in humilitate pro-
fecerint ponderent ex obedientia ſua. Quo etenim promptius parent, eo humiliores cen
ſentur. [Nempe alleuiatio dolorum eſt illis, (puta corporaliter vulneratis ac languidis)
C ſignum ſanationis abſque errore. His autem]hoc eſt, obedientibus ſignum internæ ſa-
nationis eſt[additamentum dijudicationis ſuipſorum.] Quo enim ſemetipſos cordia-
lius accuſant atque dijudicant, eo certe humiliores atque perfectiores creduntur. [Neq;
aliquid aliud ſignum tale eis apparebit,] hoc eſt, non inuenient aliud tam certum huius
rei iudicium. [Conſcientia tua fiat tibi ſpeculum ſubiectionis,] hoc eſt, ex iudicio pro-
priæ conſcientiæ penſa, an verè & digne ſatis obedias, [& ſufficiens (ſpeculum) eſt.]con
ſcientia tua, vt in ea, quaſi in ſpeculo quodam intuearis, an rite ſis ſubditus. [Alij namq;
ſecundum tranquillitatem ſolitariam ſunt ſubiecti patri ſpiritali.] Iſti ſunt qui ſeorſum
morantur in cella, & tamen ſubiecti ſunt patri ſpirituali, & habent tranquillitatem ſimi-
lem tranquillitati Anacharitarum, [& à ſolis dæmonibus impugnantur. Alij vero in
congregatione exiſtentes, pugnant contra dæmones, (à quibus tentantur) & contra ho-
mines,] à quibus quotidie exercentur. [Et priores quidem per indeſinentem patris ſui
aſpectum, diligentius cuſtodiunt eius mandata.] Per priores videtur intelligere im-
mediate nunc prędictos, qui ſuperiorem ſuum ſemper intuendo, diligentius ei obtempe-
rant. [Secundi vero]videlicet qui ſolitarie habitando obediunt [ſæpius in modico feri-
unt (hoc eſt, negligunt) patris ſui mandata propter ipſius abſentiam.] nam raro viſitan-
tur ab eo. [Verum, ſi aliqui faciant ſoliciti & portatores dolorum,] id eſt, æquanimiter
ſufferentes aduerſa[propter patientiam quam habent in repercuſſionibus,] hoc eſt, affli-
ctionibus, quibus iterum atq; iterum exercentur, [complent ſuper defectũ]. i. recuperãt
plus quàm aliunde amiſerunt[& duplices coronas reportant,] hoc eſt, duplicatam glo-
riam

riam promerentur, [Qui cuſtodia ſeruantes noſipſos ſeruemus; ne per aliquem ſenſum D
aut aliam animæ vim peccemus. Nam naues renauigantes ad portum, ſolent faciliter
conteri, præſertim quæ perforatæ exiſtunt à feruore, ] hoc eſt, aquarum violento im-
pulſu, [tanquam à teredine,] hoc eſt, vermiculo ligna rodente, ſeu à quibuſdam vermi-
bus alijs: ita & monachi ad cœleſtem patriam redeuntes, & tribulationibus tacti, niſi di-
ligenter obſeruent ſe, faciliter conteruntur per impatientiam, aut gloriam vanam de
ipſa patientia ſua. [Super eo qui præeſt extremam taciturnitatem ſtudeamus habere]
hoc eſt, de prælato non loquamur aliquid male detrahendo, aut de eo temere iudican-
do. [Vir enim tacitus filius amoris ſapientiæ, continue poſſidet multam ſcientiam.]
Ideo Prouerbiorum decimo ait Scriptura: Qui moderatur labia ſua, prudentiſſimus eſt.
[Vidi ſubditum rapientem narrationem ex ore præſidentis, ita quod verba illius inter-
rupit, & proſequi cœpit, vel ea ſe ſcire monſtrauit, [& deſperaui de ſubiectione.] hoc eſt,
Obedientia eius, videlicet ſubditi huius, non tamen penitus deſperauit, ſed paruam inde
ſpem habuit, eo quod ſubditus talis difficulter & admodum raro corrigitur. Vnde & Sa-
lomon in Prouerbijs ſuis decimo octauo capite ait: Qui prius reſpondet quàm audiat,
ſtultum ſe eſſe demonſtrat, & confuſione dignum. [cernens ſubditum illum aſſumpſiſ-
ſe ſuperbiam, & non humilitatem ex narratione prælati. Omni vigilia vigilemus, &
ſeruationem ſeruemus, & cuſtodia cuſtodiamus, vnde] hoc eſt, ex qua cauſa [quando & E
quomodo miniſtratio] ſcilicet exterior ſeruitus proximo exhibenda, [debeat præiudi-
cari & præferri orationi.] Quia non ſemper debet fieri hoc omnino, ſed tunc potiſſime,
quando præſidens vult hoc, & in neceſſitatis ſeu indigentiæ magnæ articulo. [Attende
tibijpſi & fratribus tuis,] ne ſcilicet lædas teipſum, aut alios ſcandalizes. [& ne acceleres
in aliquo apparere iuſtior eis, exiſtens ſimul cum ipſis. Duo enim mala operaris. ] ſi ſic
iuſtior eis apparere conaris, [vtpote illos lædens per tuam apparentiam falſo fictam.] id
eſt, per tuam confictionem, qua mendaciter optas illis iuſtior ab alijs reputari. [Tibijpſi
vero omnimodis conſilians altum ſapere,] hoc eſt, occaſionem & laqueum ingerens ti-
bi, vt altum ſapias de teipſo. [Eſto ſtudioſus ſecundum animam, ] hoc eſt, ſpiritualiter
& ſecrete ſtude ſingulariter inceſſabiliterq; proficere. [nequaquam manifeſtans hoc
corpore, non figura, non habitu, non ſermone, non ænigmate.] hoc eſt, quacunque cal-
liditate vel obſcuritate, [vel exemplo. ] Occultanda ſunt namque pro poſſe ſigna emi-
nentioris deuotionis. [& iſtud] dico & ſerua, [ſi tamen ceſſaſti iudicare & contemnere
proximum tuum. Si vero exiſtis pronus in hoc] puta iudicando ſpernendoq; proximos
[eſto ſimilis fratribus tuis, & non diſſimilis, propria reputatione tuijpſius] Ita vt cogites
te velle illos in conuerſando præcedere. Tunc enim mox eos contemnere & dijudicare
incipies. [Vidi reprobum quendam diſcipulum ſuper magiſtri directionibus gloriari] F
hoc eſt, peruerſum ſubditum conſideraui, inaniter exultare de doctrinis ſui prælati, qua-
ſi & ipſe præ cæteris impleuerit aut nouerit eas. [& reputans acquirere ſibi gloriam ex
tritico alieno.] hoc eſt, ex pabulo doctrinæ ſui ſuperioris, [accumulauit magis ignomi-
niam ſibi, vniuerſis ad eum dicentibus: Et quomodo arbor bona ramuſculum infructi-
ferum protulit?] hoc eſt, qualiter accidit, quod bonus prælatus habuit infructuoſum di-
ſcipulum? Quaſi dicat: Mirum eſt hoc, & ex culpa ſubditi contigit. Non ſumus patien-
tes, nec iudicamur veraciter ſufferentes, quando ſuſtinemus generoſe ac fortiter ſubſan-
nationes patris.] hoc eſt, correptiones, correctiones & exercitationes noſtri prælati, [ſed
quando contemnimur & plãgamur ab omni homine, ] hoc eſt, à quocunque, ſiue extra-
neo, ſiue intraneo, ſiue à æquali aut inferiori. Nec tamen triſtemur ex hoc. [Vniuerſi
enim ſuſtinemus] hoc eſt, pati debemus [patrem reuerentes & debentes,] hoc eſt, cum
reuerentia & ex debito. Porro ſi hoc ita ſe habet, quàm infinite diſtat ab obedientia ve-
ra, qui iuſtas correctiones & pias correptiones ægre capit à præſidente? [Bibe prompte
ſubſannationem, quaſi aquam vitæ ab omni homine quærente te potare purgatorio
carnalitatis luxuriæ.] hoc eſt, tibi infligente ſubſannationem, perſequutionem, exercita-
tionem ſiue iniuriam, quæ eſt purgatiua ab omni libidinoſa carnalitate. Subſannatio-
nem autem prompte potare tanquam aquam vitæ, q̃d eſt oẽm aduerſitatem libenter &
abundanter ſuſcipere, tanquam medium pertingendi ad vitam gratiæ in præſenti, vi-
tamq; gloriæ in futuro. Denique per hoc, quod homo talia patitur aſſidue, & vbertim,
mere-



A meretur releuari à tentatione carnali, imo & eminentem profectum virtutum ſortiri,
per quem valeat omni tentationi laſciuiæ faciliter reluctari. Ideo ſequitur: [Tunc enim
in anima tua profunda caſtitas orietur, & lumen DEI non deficiet in corde tuo.] hoc
eſt, gratiam Dei non perdes ex proprij cordis fragilitate, ſed Deus conſeruabit, & perfi-
ciet eam in te. [Nemo videns collegium requieſcere ſuper ſe,] hoc eſt, congregationem
inniti & fulciri ſuo conſilio, aut ſuis exemplis, [glorietur in deliberatione mentis, ] hoc
eſt, inani gloria moueatur ex propoſito, aut in electione ſeu conſideratione animæ ſuæ,
quaſi in re eminenti, aut ſibimet aſſcribenda. [Etenim latrones ſunt vndique] hoc eſt, in-
uiſibiles hoſtes circumuolant nos, parati perimere hominem taliter de ſeipſo glorian-
tem [rememorans memorare dicentis,] hoc eſt, recole verbum CHRISTI, qui
ait: [Quum feceritis omnia quæ præcepta ſunt vobis, dicite quia ſerui inutiles ſumus.
Quod d buimus facere fecimus. ] Quo rite penſato, facile erit ſe in omnibus humiliare,
neque inaniter gloriari. [Iudicium vero laborum cognoſcemus in tempore exitus,] id
eſt, In hora mortis noſtræ experiemur iuſtum Dei iudicium de noſtris laboribus, quales
extiterint. Non ergo iuſtificemus noſmetipſos ante ſententiam infallibilis iudicis [Cœ-
nobium eſt cœlum terrenum,] quando in cœnobio vere clauſtraliter viuitur, ita quod
charitas, pax, puritas regnant in cœnobitis, vt ait in Regula ſua ſanctus Hieronymus.
B [Propter quod, ſicut afficiuntur in cœlis angeli domino miniſtrantes, ita faciamus affici
cor noſtrum in cœnobio ſeruientes, ] hoc eſt, quemadmodum angeli Deo miniſtrant,
eumq; laudant & contemplantur cum reuerentia ſumma, & inceſſabili alacritate, ita &
nos faciamus in clauſtro, quantum fragilitati noſtræ extat Deo auxiliante poſſibile, ex-
citemusq; corda noſtra ad hæc, quod in nobis eſt faciendo, quia non ſemper ineſt nobis
talis alacritas, ſicut ſubiungitur. [Nam plerunque exiſtentes in cœlo iſto terreno adia-
cent,] hoc eſt, ſe habent, [in his quæ agunt quaſi lapidei, rurſusq; per compunctionem
aliquando conſolantur, ] quando impletur in eis quod per prophetam Ezechielem lo-
quitur Deus: Auferam cor lapideum de carne veſtra, & dabo vobis carneum. [vt fugi-
ant elationem propriæ reputationis,] experiendo in ſe tantam duritiem & torporem [&
in laboribus conſolentur per lachrymas.] internæ compunctionis. [Paruus ignis facit
liqueſcere multum fauum, & parua ignominia plerumque ſuperueniens repente lique-
fecit atque deleuit vniuerſam cordis feralitatem ac cæcitatem. ] hoc eſt, pia perpeſſio
paruæ confuſionis ſiue iniuriæ, emolliuit ſæpe & abſtulit omnem ferociam obtenebra-
tionemq; mentis, [& in dulcedinem conuertit. ] amaricationem brutalem. [Vidi ali-
quando duos reſidentes, audientes & obſeruantes (ſcilicet occulte) ſuſpiria & labores
agonizantium, ] hoc eſt, efficaciter decertantium & militantium CHRISTO,
C [& vnus] fecit hoc [vt æmularetur,] hoc eſt, ſequeretur ſanctos actus illorum, [alter ve-
ro, vt tempore vacante propalaret ea improperatiue, ] & à bona operatione retraheret
Dei ſeruum. [Ne ſis irrationabilis ſilentium tenens,] hoc eſt, cum irrationabili indiſcre-
tione non ſerues ſilentium, [procurans alijs turbationem & amaritudinem ex tuo ſi-
lentio indiſcreto.] Eſt enim tempus loquendi, & tempus tacendi. Hinc in Eccleſiaſtico
viceſimo capite dicitur: Eſt tacens non habens ſenſum loquelæ, & eſt tacens ſciens tem-
pus aptum. Homo ſapiens tacebit vſque ad tempus, laſciuus & imprudens non ſerua-
bit tempus. Denique viuens in congregratione ita ſe habeat, vt non ſit alijs oneroſus,
& quaſi agreſtis, ſed omnibus affabilis & benignus, loquens tempore opportuno, mo-
derate & ſapienter. [Neque ſis adulterinus in ore,] hoc eſt, abuſiuus, impudicus, ſcurri-
lis in verbis, [& exhortans ad tribunal accedere,] id eſt, non moueas fratrem aliquid in-
iuriæ paſſum, vt præſidentem accedat ad conquerendum & expetendum vindictam.
[Alioqui peior exiſtis furioſis & conturbantibus alios. Vidi ſecundum quod ait Iob hu-
iuſmodi animas ] vitijs iſtis infeſtas [plerunq; apparere & perire adulterina morum ſe-
gnicie] id eſt, tarditate atq; ignauia deteſtanda [quandoq; vero apparere dolentes ido-
neitate.] hoc eſt, cum apparatu ficto & apparenter decenti, ita quod quadam maturita-
te videbantur armati, quod potiſſime apparet in irrationabiliter taciturnis. [& miratus
ſum qualiter malitia varia eſt,] quoniam vitia interdum ſe palliant quodam colore vir-
tutum, interdum vero oſtendunt ſe euidenter. [Qui eſt in medio] hoc eſt, in ſtatu pro-
ficientium [nõ põt tam lucrari ex pſalmodia, q̃ ex oratione] veruntamẽ altius atq; diui-
nius

uinis eſt pſallere ſeu deum laudare,quàm deum orare, & magis conuenit cœleſtibus ci- D
uibus.Nam in Pſalmodia eſt ſæpe altior ſenſus,profundior quoq; contemplatio,& ma-
ior inſtructio fidei. Rurſus in laude dei eleuatur mens in Deum ſyncerius,& cum mi-
nori reflectione ad ſe. Sed qui adhuc in medio eſt, nondum tam aptus eſt ad pſallen-
dum, ſicut ad orandum.Vnde magis fouetur ſua deuotio, & magis accenditur ſua af-
fectio in orando, quàm in pſallendo, vt in pluribus, quamuis interdum quoque aliter
accidat ex gratia ſpeciali, diſpoſitioneq; naturali,qua aliqui ad eleuationem altam con-
ſiderationem diſpoſiti ſunt. Nam difficultas intelligendi Pſalmos,eſt etiam ſæpius cau-
ſa, quod aliqui magis lucrantur orando, quàm pſallendo. Ideo ſubditur: [Confuſio
enim Pſalmi, eſt commutatio per ſpiritum ſanctum in eo facta,] Per confuſionem Pſal-
mi,intelligitur varia permixtio ſententiarum contentarum in Pſalmo. Quoniam ſæpe
in eodem Pſalmo, quædam dicuntur in perſona CHRISTI, quædam in perſo-
na corporis ſui myſtici, quædam in perſona iniqui, quædam vero in perſona pœniten-
tis. Rurſus, quædam dicuntur ibi hiſtorialiter, quædam prophetice, alia deprecatiue,
alia imprecatiue. Fit quoque in Pſalmo frequenter mutatio in dirigendo ſermonem,
nunc ad Deum,nunc ad alios,& de numero ſingulari ad pluralem,ac econuerſo. Hæc
ergo confuſio, eſt commutatio facta per ſpiritum ſanctum in Pſalmo. Pſalmographus
quippe ita permixte locutus eſt, ſecundum quod diuerſimode tangebatur à ſpiritu ſan- E
cto. [Certe & luctare,] id eſt, cum interiori pugna & omni conatu ſtude [ad teipſum
congregare]id eſt,intra te recolligere,atque ad Deũ erigere,& in ipſo ſimplificare[men-
tem & rationem,] id eſt,affectum & intellectum [& intentionem]meditando dei præ-
ſentiam,[& non ceſſes reuocare eaſdem recuruatas & diſtractas,] hoc eſt,quum fuerint
à Deo reflexæ & euagantes. [Non enim Deus requirit ab obedientibus orationem in-
diſtractam & irrecuruatam.] Talis nanq; oratio non eſt poſſibilis fragili menti huma-
næ, ſi fuerit multum prolixa. Veruntamen per obedientes, intelligit ſtantes in congre-
gatione ſub obedientia patris ſpiritualis, ad quos non ſpectat de lege communi oratio
tantæ eleuationis ac puritatis,ſicut ad Anachoritas,quorum eſt in oratione & Pſalmo-
dia multotiens rapi & abſorberi omnino in Deum, nec aliquo ſenſu vti, prout de hoc
in Collationibus patrum habetur diffuſius. Itaque non requirit DEVS à nobis
vt nulla diſtractio aut reflexio interdum ſe miſceat orationibus noſtris, ſed vt contra
euagationes & recuruationes huiuſmodi ſummo conamine præliemur,non immoran-
do eiſdem,ſed mentem aſſidue reuocando ad creatorem. Hinc ſequitur: [Ne contriſte-
ris,] triſtitia immoderata [furtum mentis paſſus in oratione,] id eſt,diſtractionem. Et
proprie dicitur furtum mentis, quando ſuggerente diabolo amittitur ſeu aufertur con-
cepta attentio. Diabolus namque eſt latro & fur animarum. [Sed bono animo eſto,] F
non turbando teipſum propter hoc exceſſiue, [ intellectum ſemper reuocans, & ad
CHRISTVM leuans. Angeli enim ſolius eſt imprædabile,] hoc eſt, ineuaga-
bilis & inauferibilis ſtabilitio mentis in deo,non eſt niſi angelorum,& omnium ciuium
ſupernorum.[perſuadens teipſum latenter confidere,] id eſt,qui ſibiipſi perſuadet laten
ter vt ſperet in domino, [& vt non diſcedat à certamine ſtadij,]id eſt,exercitatione con-
gregationis ac loci[vſque ad inſtantem expirationem]vtpote mortem[imo vſq; ad mil-
le mortes corporis & animæ] hoc eſt,pro nulla corporali tribulatione aut morte vitan-
da. Vnde quod ait,mortes corporis & animę,non eſt intelligendum de ſpirituali mor-
te animæ,quæ eſt culpa mortalis,aut æterna damnatio. Quia ſi mortes illæ ineuitabili-
ter imminerent remanenti in congregatione, propter eas vitandas egredi teneretur. [in
nullo talium faciliter corruet,] hoc eſt, nec in adulterinam morum ſegnitiem, neque in
fictam maturitatem, ſed ſimplex, ſyncerus, & agilis erit. [Nam dubietas,] hoc eſt,
perplexitas ſeu incertitudo de agendis, & magis expedientibus, [ & infidelitas cor-
dis, & inconſtantia loci facere ſemper ſolent offenſiones contrarioſque euentus,] id
eſt, multo grauiores ruinas, & maiores defectus, ita quod hic, qui ex loci mutatio-
ne putauit magis proficere, multo plus deficiet ex eadem. Propter quod ſubditur:
[Qui autem leues ſunt ad locorum mutationes, in omnibus vbique ſunt reprobi.]
hoc eſt, alijs grauiores ac diſplicentes. [Nihil enim ita operatur priuationem fructi-
ficationis,ſicut inſufferentia.] id eſt, ſpiritalem profectum nihil ſic impedit, ſicut non
poſſe



A poſſe in vno conſiſtere loco, nec proximos velle pie ſufferre. [ Nempe ſi occurriſti in lo
cum medicamenti & in medicum tibi incognitum ] hoc eſt ſi veniſti in locum religio
ſum atq; ad nouum prȩlatum tibi ignotũ[eſto ſicut aduena ] id eſt,verecunde & circun
ſpecte te habeas non audacter aut nimis ſecure [ & ſume latenter experientiam vniuer-
ſorum exiſtentium ibi ] id eſt, omniũ fratrum ac patris mores attende,teq; omnibus
applica ſucceſſiue,vt ſcias quid in quolibet ſequi aut fugere debeas,& cuius familiaritas
amicitia aut ſocietas tibi extet ſalubrior. Veruntamen id fieri debet ſine curioſa obſer-
uatiõe ſuperflua occupatione temerarioq; iudicio, nec precipitanter ſed paulatim & o-
portune fieri poteſt. [ Quando vero ſentis vtilitatem in tuis infirmitatibus ex artifici-
bus & miniſtris ] hoc eſt quando ex ſuperioribus & cõſeruis tuis ſentis in te curari paſ-
ſiones & vitia tua,ita ꝙ ſuperiorũ prȩſidentia & fratrum vita,ſunt tibi exemplares & fru
ctuoſȩ [ & preſertim ad quȩſitam ] id eſt, intentam & concupitam [ euacuationem tu-
moris & elationis animȩ,tunc deinceps accede ad illos ] mentali affectu [ & eme ] hoc
eſt procura ab eis recipi & manere cum ipſis [ auro humilitatis ] id eſt,precioſa & aurea
humilitatione tui ipſius [ & charta obedientiæ & literis miniſtrationis ] id eſt,obedien-
tiam & obſequioſitatẽ promittendo ſeu exhibendo aut ſcriptis firmando [ & teſtibus
angelis ſanctis ] in quorum preſentia fiunt talia bona. Vel per angelos teſtes intelligun
B tur ſacerdotes & ſancti fratres congregationis, ſub quorum teſtimonio fit talis contra
ctus ſiue acceptio. [ Diſrumpe in his diſrumpe chartam ] id eſt, tenorem & affirmatio-
nem [ propriæ voluntatis ] vt ſis reſignatus non emanſiuus [ Conſtat enim te circum-
euntem & propria voluntate pergentem de loco ad locum euertere emptionem ] id eſt,
frangere liberationem à diuerſis periculis,& acceptionẽ quam procuraſti in loco priori
per modum iam tactum [ qua te Chriſtus redemit ſanguine ſuo precioſo ſit tibi locus
monumentũ ante monumentũ ] id eſt,in clauſtro primo vbi profeſſus es ſtabiliter &
ingreſſibiliter permane,ſicut manet mortuus in ſepulchro. [ Nemo enim egredietur à
monumẽto ante communem reſurrectionẽ ] quod verum eſt de lege communi, aliqui
tamen ex cauſa & gratia ſpeciali interim ſuſcitantur ad fidei confirmationem [ ſi vero
quidam fuerunt egreſſi de monumento ] per ſuſcitationem à morte [ Vide quia denuo
mortui ſunt ] per quod ſpiritualiter figuratur, quod egredientes de loco ſuȩ profeſſio-
nis periclitentur in anima. Communiter quoq; qui reſuſcitati fuerunt iterum obierunt
ſed de his qui reſurrexerunt cum Chriſto aliter opinati ſunt quidam, Ecce quàm ſerioſe
feruenter ac rationabiliter ſcripſit hic auctor contra inſtabilitatem proprij loci. Vnde
& Salomon ait ſicut auis transmigrãs de nido ſuo,ſic vir qui relinquit locũ ſuum. Apo Prouer. 27
ſtolus quoq; Non deſerentes inquit collectionẽ noſtram,ſicut conſuetudinis eſt quibuſ Heb. 10
dam ſed conſolantes. Vitemus ergo tantum periculum [ Quando mandata quæ iuben
C tur à patribus ſentiuntur grauia eſſe,tunc pigriores & magis ocioſi conantur prȩantici-
pare ] id eſt,feſtinanter aſſumere [ & præeligere orationem ] vt à laboribus grauibus ſe
excuſent [ quando vero leuiora iubẽtur,tunc fugiunt ab oratione ſicut ab igne. Eſt qui
exequitur aſſumptum miniſtrationis obſequium, & requiſitus ad requiem fratris illud
relinquit ] id eſt,obſequiũ illud interrumpit ad tempus vt fratri periclitanti aut indigen
ti ſpiritualiter proſit & quiete aſſiſtat. Quod commendabile eſt [ & eſt qui ocioſitate &
negligentia hoc relinquit ] id eſt,iniunctum laborem poſtponit [ & rurſus eſt qui ex va
na gloria hoc dimittit ] ſimulans ſe ſpiritualibus actibus velle vacare ac malle inſiſte-
re [ & eſt qui ex promptitudine ] charitatis & obedientiæ facit hoc quod optimum eſt.
[ Si precaptus & peruentus es ex pactionibus & ſponſionibus profeſſionis ] hoc eſt ſi
per fœdus aut promiſſionem profeſſionis tuæ obligaſti te incõſulte ad permanendum
in aliquo loco aut religione [ & vides oculũ animæ tuæ eſſe ſine profectu ] id eſt,men-
tem tuam vides ibi non poſſe proficere,eo quod ibi non ſit obſeruantia regularis,vel ex
ſimili cauſa condigna [ ne deuites diſiunctionem & ſeparationem ] hoc eſt in tali caſu
potes & debes te transferre ad locum & ordinẽ in quo proficere valeas & ſaluari. Quẽ-
admodum enim iuramentũ non eſt ſeruandum ſi vergat in animæ detrimentũ, & niſi
tres habeat comites,ita nec promiſſio. Veruntãmen ȩmulari oportet chariſmata melio- 1.Cor. 12
ra:Vnde qui in vno ordine eſt profeſſus, ſi velit alium ordinem introire, ingredi debet
ordinem altiorem [ iterum qui improbus eſt ] in vno loco [ ubiq; improbus erit ] hoc
communiter ita eſt in religioſis locum mutantibus, quia ſeipſos deferunt ſecum, & lo-



ca mu-

ca mutant non corda,quamuis per gratiam dei poſſit aliter euenire [ ſicut ecõuerſo qui D
probus eſt vbiq; probus erit ] manet tamen libertas arbitrij per quam poſſit mutationi
deterius fieri,ſed communiter ita eſt [ Maledictiones & iniuriæ ſecundum mundum ]
id eſt,mundano modo alteri irrogatæ puta ex ira ſeu odio ſiue ex alia praua radice &
modo irreligioſo [ fecerunt multas diſſenſiones ] id eſt diſcordias, auerſiones, turba-
tiones.Nam alij eas æquanimiter pati non ſolent niſi ſint ſatis perfecti [ commeſſatio-
nes vero in congregationibus & ſocietatibus vniuerſas ruinas & caſus & reprobatiões
operantur] Ex cõmeſſationibus nanq; ſequuntur ebrietates,loquacitates, cõtentiones,
pigritia, ſomnolentia, audatia,præſumptio, animoſitas, rebellio & multa huiuſmodi,
Imo & libido & vnus talium reprobat alium,omneſq; pariter reprobantur à deo [ ſi do
minatus fueris reginę gulæ principatum tenens ] hoc eſt ſi perfecte ſuperaueris gulam,
quæ eſt vna de capitalibus vitijs & tanq̃ regina tyrannica pluribus dominatur atq; te-
nueris principatum ſuper eam,ſeruando perſeueranter ipſam tibi omnino ſubiectam
[ omnis ſeſſio & ſtatio conciliabit tibi munditiam & impaſſibilitatem ] hoc eſt vbicũq;
fueris ſtans reſidẽs aut habitans,mundus eris & à paſſionibus alienus, ſed ebrietas nan
q; ad omne bonum diſponit,& orationem facit ad actus ſapientiæ ac virtutũ bene di-
ſpoſitam.Nec poteſt quis taliter dominari vitio gulæ niſi ſit in magna cordis cuſtodia
notabiliterq; perfectus.[ Illa vero tenente principatum vbiq; patieris periculum ] id E
eſt dominante tibi gula incurres vbiq; diuerſa peccata [ extra ſepulchrũ ] hoc eſt quam
diu vixeris ſuper terram,[ Vel extra ſepulchrum] id eſt,extra clauſtrum ſeu cellam preci
pue,Clauſtrum nanq; ſeu cella eſt quaſi ſepulchrũ religioſi, cui magis periculum inſtat
de gula quando extra vagatur & libertatẽ habet edendi ac abundantiã cibi, qui in clau-
ſtro ei datur ad menſuram [ Dominus ſapientes facit,cęcos obedientiũ oculos in magi-
ſtri virtutibus ] .i. deus illuminat corda eorum qui ſine diſcretiõe obediunt nec ſpiritua-
lis patris virtutes diſcutiunt & frequenter ꝑ virtutes patris ſpiritualis ita illuminantur,
[ In defectibus vero ita tenebreſcere facit ] id eſt,ex pręſidẽtis defectuoſitatibus permit-
Lucæ.6 tit deus multoties obſcurari oculos ſubditorũ interiores. Quia ſi cæcus cæco ducatũ pre
beat ambo in foueam cadunt [ oditor autem bonorum ] puta diabolus ſeu homo per-
Sapient. 1 uerſus & rebellis [ agit id ꝙ eſt contrarium ] obedientiæ ac ſaluti. Impij enim manibus
ac pedibus accerſunt mortem. Et qualis quiſq; eſt talia operatur [Argentũ viuum ſit no
bis figura & typus eiuſdem] vtpotem diſcretę inꝑfectę obedientiæ, hoc eſt ex proprieta-
te argenti viui ſumamus documentũ qualiter obedire in omnibus debemus [ Nã ſub-
tus omnia circumuolutũ manet ab omni ſorde incõmixtum ] .i. quibuſcunq; circũuo-
luatur & ſubter quæcunq; circumagatur nõ permiſcetur nec inquinatur. Imo continue
motione ſua à ſordidatiõe ſe excutit,ita & nos quibuſcunq; hominibus ſociemur & cõ
uiuamus nõ inquinemur inobedientia,acedia aut tarditate eoꝝ,ſed ſemper ad actum & F
motum obedientiæ agiles ſimus ac ꝓparati [ Qui celeres & ſoliciti ſunt ] .i. feruentes ac
prompti in actibus bonis,diligentes quoq; ad ſpirituale͂ profectum [ magis ſibi atten-
dant ne quando propter iudicium negligentiũ illis amplius iudicentur ] hoc eſt in humi
litate magis conſeruent ſe, abſtinẽdo à temerario aliorum iudicio,ne incaute iudicãdo
aſpernãdoq; negligentes grauius peccent ac durius condẽnentur,quàm illi. [Propterea
arbitror Loth iuſtificatum fuiſſe,quia in medio talium exiſtens].i. inter peſſimos Sodo
mitas conuerſans [ nequaq̃ viſus eſt hos iudicaſſe] inordinato iudicio. Verũtñ vitioſiſ
ſima illorũ vita ſibi diſplicuit,& apertiſſima vitia dijudicauit iudicio ſimplci, vtpote ꝙ
2.Pet.2 deteſtabilia eſſent. Quemadmodum ſacratiſſimus ait princeps Apoſtoloꝝ in ſecunda
ſua canonica ꝙ habitauit inter eos qui de die in diẽ animam iuſti iniquis operibus affli
gebant. Nã vitia manifeſta & quæ bono animo fieri nequeunt ꝑmittimur ſimplici iudi
cio iudicare,ſed Loth non iudicauit illos iudicio abſoluto finali,quaſi ſe emendari non
poſſent [ Commune quidẽ quod eſt tranquillum & inconturbatum ſeruemus & tenea-
mus ] .i. communiter omnes conemur ſemper habere & conſeruare mentem impertur-
batam,quietam,pacificam potiſſime in diuinis. Ideo ſubditur [Peramplius vero in de-
cantatione Hymnoꝝ ] .i. Pſalmorũ laudumq; diuinarum. [Intentio eſt dęmonijs men
tem exterminare ] .i. extra terminos deuotiõis & pacis ſtatuere per tumultus diſtractio
num & conturbationes paſſionum,quod totũ vitandum eſt nobis [ Miniſtrorũ nanq;
eſt corpore hominibus aſſiſtere,mente vero per orationem in cælis pulſare ] .i. hoc ad
veros



A veros Chriſti famulos ſpectat vt corporaliter aſſiſtant fratribus ad pſallendũ, & ad a
lia bona agenda ſuperiobus quoq; aſtent ad obediendũ,ſed cor habeant ſurſum & oran
do pulſent ianuam diuinæ pietatis [ Contumeliæ & deſpectiones in anima obedientis
amaritudini abſinthij cõparantur ] cuius ratio paulo poſt ſubditur [ laudes vero & ho-
nores & bona fama habent quaſi ſimilitudinem mellis in his qui delectantur in vitijs
quia pariunt eis delectationem & omnem ſuauitatem.. Videamus ergo quomodo natu
ra horũ eſt altera ] .i. qualiter iſta abinuicem ſint diſtincta in proprietatibus & actioni
bus ſuis. [ Illud ergo ] puta abſinthium [ purgat vniuerſa fætoſa ] .i. immunda quę in
terius ſunt [ hoc vero cõſueuit accreſcere fel ] hoc eſt ex melle ſuperflue ſumpto ſolet fel
creſcere & augeri. Propter quod ſcriptũ eſt Qui mel comedit multũ,non eſt ei bonum. Prouer. 25
Conformiter obediens purgatur à ſuis culpis cotidianis ſuſtinendo cõtumelias & aſper
nationes,quæ ex ſua natura amaræ ſunt inſtar abſinthij. Imperfectis quoq; interdũ pœ-
nale eſt eas ſufferre,ſed pugnando contra ſeipſos,& eas propter deum ferendo purgan
tur. Porro laudes honores & reputatio magna inſtar mellis dulceſcunt ſuperbis ac va-
nis hominibus, qui talia quęrunt,ſed pariunt eis fel,quia per ea incurrunt amaritudinẽ
damnationis ęternæ. Veruntamen bonam famam amare & delectari de ea in domino
in quantum ad aliorũ ædificationem ac dei honorem,licitum eſt,atq; ſalubre. Vnde ait
B ſcriptura fama bona impinguat oſſa [ Credendum eſt abſq; ſollicitudine his qui aſſum Prouer. 15
pſerunt gerere curam noſtri in domino ] .i. pręlatis & ſuperioribus credere & obtempe
rare debemus abſq; ambiguitate & cura [ etiam ſi iniungat quædã contraria & noſtræ
ſaluti aduerſa ſecundum apparentiam ] quæ tamen non ſunt contra ſalutem ſecundum
exiſtentiam [ tunc enim ] videlicet in tali pręceptione [ fides noſtra ad ipſos probatur
quaſi in fornace ] .i. graui exercitatiõe [ humilitatis. Nã fidei notificatio in hoc eſt ] .i.
per hoc manifeſtatur noſtra fides ad præſidentes [ ꝙ contemplantes ea quę fiunt exiſte
re contraria ſperatis ] hoc eſt ꝙ videntes ea quæ nobis iubentur eſſe contraria his quæ
ſperauimus nobis eſſe iniungenda,aut quaſi impedientia ab adeptione bonarum,quæ
ſperamus obtinere in patria [ nihilominus in his indubitanter obedimus pręcipienti-
bus. ] Ex obedientia humilitas oritur & augetur, & ſicut iam prętangentes diximus ex
humilitate diſcretio obtinetur ] Idcirco oportet in primis indiſcrete in omnibus obedi-
re,ſicq; ad plenam humilitatem ac diſcretionem pertingere [ ſicut philoſophatum [ id
eſt ſapienter perſcrutatum conſideratum atq; deſcriptũ [ eſt à magno Ioanne Caſſiano
qui in libris ſuis frequenter ſcripſit de hoc [ pulcherrime atq; altiſſime. ] Ecce q̃ magnifi
ce ſenſit magnus & ſanctus vir iſte de Ioanne Caſſiano. Ex quibus verbis etiam conſtat
ꝙ ſcripſit & fuit poſt Caſſianum quamuis ignoremus q̃diu [ ex diſcretiõe nanq; oritur
viſio ] .i. contemplatio [ ex viſione pręuiſio ] id eſt futuroꝝ pręcognitio ſeu prouiden-
C tia,Deus enim contemplatoribus tanq̃ familiaribus & amicis frequenter reuelat futura
& facit eos ventura proſpicere [ Et quis mecum aget ] .i. quis mihi reſiſtet [aut quis mi
hi occurret ] .i. contradicendo obuiabit [ in iſto bono & pulchro curſu] id eſt executiõe
& profectu ſalubri [ obedientiæ ] indiſcretę. [Videns talem pręparationẽ bonorum co
ram ea] hoc eſt conſiderãs ꝙ in obedientia cõſiſtat diſpoſitio ad tot virtutes ſeu ad pro
fectus & actus virtutum,quia diſponit ac perducit ad humilitatem diſcretionẽ viſionem
ac præuiſionem vt tactũ eſt. [ de iſta vtiq; magna ] obedientia [ dixit bonus ille pſalmi
ſta. Paraſti in dulcedine tua pauperi obedienti deus ] paraſti inq̃ [ aduentum tuũ ] per
illuminationem & gratiæ incrementum [ in corde ipſius ] In tota vita tua nõ obliuiſca Pſalm. 67
ris illius magni creatoris ] .i. virtuoſi & inclyti militis Chriſti [ qui in totis decẽ & octo
annis non audiuit auribus à preceptore [ ſalueris ] id eſt infra tot integros annos nõ au
diuit corporali auditu à ſuo abbate aliq̃d molle aut blandum verbũ,aut ſpecialiter ver
iſtud ſalutatiuum ſalueris. [ Auribus vero intrinſecus ] vtpote interiori auditu [ coti-
die audiuit à dño ] nõ quidem verbũ iſtud [ ſalueris ſed ſaluatus es ] per obedientiã tu
am [ quod verbum ] videlicet ſaluatus es [ eſt terminatiuũ & firmum ] .i. diffinitiuum
ſeu aſſertum & certũ [Illud vero ] puta ſalueris [ optatiuũ eſt & incertum ] Itaq; deus in
ſpiratiõe oculta certificauit virũ illum de ſua ſalute. Porro quis fuerit ille diſcipulus ac
creator nõ exprimit,& aliqui dicũt ꝙ fuit Ioannes diſcipulus Abbatis Ammonis [ Qui
dã obedientium ocultant & diminuũt ſemet ipſos ] hoc eſt intentionem ſuã abſcondũt
per quod meritum ſuum diminuunt [ ſentientes bene perſuaſum conſultum ac placi-
ff ij tum præſi-

ſũ præſidentis ] id eſt cognoſcentes quid ſuperiori ſuo videatur rationabile expediens D
magiſq; placens [ qui conuerſi ad proprias voluntates quærunt & obtinent iuſſiones ad
votum ].i. ſubtiliter practicant & acquirunt ꝙ præſidens pręcipit eis illa ad quæ ipſi ma
gis ex ſeipſis afficiuntur [ at uero ].i. per hoc pro certo [ cognoſcant ſe penitus cęcidiſſe
à cõfeſſiõis corona ] hoc eſt priuatos eſſe præmio gloriæ q̊d debetur obedientiæ, quam
ipſi profeſſi ſunt, ſed nõ implent. Nõ enim faciunt id quod eis iniungitur, quia iniunctũ
eſt ipſis ſed quia ex propria voluntate inclinantur ad hoc, magiſq; quęrũt ſatisfacere vo
luntati ſuę q̃ pręſidentis. De hoc multa ſcripſerunt Baſilius & Caſſianus [ obedientia eſt
peregrinatio ].i. alienatio & receſſus [ ab hypocriſi & proprio deſiderio, Eſt qui ſuſcepit
præceptũ & ſentiens præcipientis intentionẽ non libenter afficitur ad hoc exequendum,
ſed deuitat illud, & eſt qui intentionẽ eius nouit & ſentit & incunctanter obedit. Quæ-
rendũ eſt quis eorum pie fecit ] dicendum ꝙ iſte ſecundus, qui iuxta intentionẽ ſuperio
ris ſui obediẽs fuit, quia volũtas ſuperioris qualitercunq; innoteſcit obligat ſuo modo.
[ Non contingentium eſt diabolũ contrariari atq; reſiſtere ſuiipſius voluntati. i. ꝙ dia
bolus ꝓpriæ voluntati quæ eſt obſtinata & immobilitata in malo eſt res nunq̃ contin-
Iohan. 8 gens. Nam omne q̊d agit refert ad ſuę peruerſę voluntatis impletionẽ, Hinc ait ſaluator
ſi ſathanas ſathanam eiicit in ſeipſum diuiſus eſt, quomodo ergo ſtabit regnũ eius? [ &
pſuadeant tibi hoc in negligentia viuentes & in quiete ſolitaria ſupportantes aut in cœ E
nobio ſub obedientia degentes ] id eſt iſtud verũ eſſe perpende tam ex conſideratiõe ne
gligenter viuentium, tam eorum qui ſolitariam vitam tolerant patienter, & item eorũ
qui in congregatione viuunt ſub obedientia præſidentis. Nam omnium hoꝝ damna-
tionem cõcorditer & cõmuniter quærit diabolus & ſi conetur viuentẽ negligenter aut
etiam obediẽtem in clauſtro ad vitam ſolitariã ducere, nõ facit hoc niſi intentiõe fallen
di finaliter. Nam mala proponit ſub ſpecie boni & ſæpe prauiſſima ac periculoſiſſima
ſub ſpecie apparentiſſimi ac optimi boni, vt inſanabilius lædat, verſutiuſque ſeducat.
[ Quando infeſtati ] id eſt afflicti [ tentamur diſcedere de locis in quibus manemus, fi-
at nobis impugnatus ex locis receſſus ] hoc eſt ipſa impugnatio ſeu tentatio recedendi
à priſtino loco ſeu clauſtro ſit nobis [ oſtenſio beneplacentiæ noſtræ coram deo in lo-
cis eiſdem id eſt ſignum probabile quod deo placemus in loco vbi moramur [ quia &
impugnari ſignum eſt ꝙ pugnamus ] hoc eſt idipſum ꝙ tentamur à loco recedere, ſig-
num eſt ꝙ in loco illo contra vitia dimicamus, atq; proficimus, alias enim non ita à dia-
bolo tentaremur de tali receſſu, Interdum tamen tentatio talis eſt ex propria peruerſita
te incorrigibilitate inconſtantia infirmitate aut odio, & tunc non eſt ſignum quod deo
placemus ac vitiјs repugnamus in loco quo habitamus, Porro diabolus videns quoſdã
bene ſtare & item proficere in priſtino loco, ſuggerit eis ad alium locũ quaſi aptiorem
ad proficiendum tranſire, vt profectum eorum impediat. [ Non ero abſconſor iniuſtus F
auarus, immanis, reticens vobis quæ non eſt fas ſilere [ quaſi dicat, niſi vobis inſinua-
rem ſequentia valde ſalubria, quæ non licet cælari cum ſint ædificatoria, tũc eſſem abſcõ
ſor iniuſtus vtpote contra iuſticiam agens, & auarus tanquam mihi ſoli ſcientiam ho-
rum reſeruans, & immanis id eſt, crudelis & inhumanus. Deinde narrat exempla [ Ioan
nes Opaniј Oſobaytis vir ſummę perfectiõis narrauit mihi negotia digna auditu. Quia
autem erat ] iſte Ioannes [ vir impaſſibilis ] id eſt à paſſionibus expurgatus [ & mundus
ab omni mendacio & ſermone & opere maligno ] id eſt, mortalibus vitiјs tam verbo-
rum quam operum [ & ſurſum ſuperexcedens ] id eſt, vir altę contemplationis per men
tis exceſſum ſeu raptum [ noſti ] probabiliter [ o ſancte pater ] cui hæc ſcribo. [ Hic Io-
annes mihi narrauit, quod in manſione] id eſt, terra ſeu prouincia mea ] quæ eſt in Aſia
( Inde nanque iuſtus ] iſte Ioannes traxerat originem ) erat quidem ſenex omnino ne-
gligens & incontinens ] id eſt, guloſus & loquax [ dico enim iſta non indicans ſenem]
iſtum incaute [ ſed ] iſta narro de ſene illo [ vt appaream vera dicens, hic habuit quen-
dam diſcipulum minorem Innocentium nomine & neſcio qualiter acquiſiuit illum ]
diſcipulum [ ſimplicem arbitrio & deliberatione ] id eſt ingenio tardum in iudicando
ſeu diſcernendo & deliberando [ cogitatione vero & operatione prudentem ] in his
quæ pertinent ad ſpiritalem profectum atque ſalutem. ] Qui tanta ſuſtinuit à ſene illo
tam vitioſo [ quanta videbuntur forte incredibilia multis. Cruciabat nanque Innocen-
tium illum non ſolum iniurјs & ignominiјs, ſed & plagis verberibuſq; cotidie, Erat ve
ro patiſ



A ro patientia Innocentiј non irrationabilis, quia non fruſtra illa ſuſtinuit. Cum ergo
viderem eum affectum cotidie ſumma miſeria tanquam ſeruum empticium, obuians
ei ſæpius dixi ad eum. Quid eſt frater Innocenti, quomodo fuit hodie tibi? Et ipſe con-
feſtim oſtendebat mihi quaſi & domino quandoque oculum liuidum, quandoque &
collum, Interdum vero caput plagatum. Cognoſcẽs ergo eum quia operator eſſet ] id
eſt pro virtutibus obtinendis conſeruandis ac perficiendis digne laborans [ dicebam
ad eum. ] Bene bene, ſuſtine & ſaluaberis. Itaq; Innocentius viuẽs ſub ſene illo immiſeri
cordi nouẽ annis migrauit ad dominum, ſepultoq; eo in cimiterio patrum, præceptor
eius ſenex præfatus iuit poſt quinque dies ad quendam magnum ſenem degentem in re
gione eadẽ & dixit ei, Pater Innocentius mortuus eſt. Quo audito ſenex ille reſpondit,
Crede mihi ſenex, quia hoc mihi perſuadere non poteris vt audiam hoc tanq̃ ſit verum,
ipſe vero ait: Veni & vide. Surrexit ergo magnus ille ſenex celeriter & venit cum præce
ptore beati pugilis ] puta cum ſene illo, qui fuerat præceptor Innocentiј & clamauit ad
viuentem in requie vere beata tanquam adhuc viuentem in carne, frater Innocenti mor
tuus es? At vero Innocentius bene prudens, obediens & poſt mortem obedientiam o-
ſtendens, reſpondit huic magno ſeni. Pater & quomodo poſſibile eſt hominem obedi-
entiæ operatorem mori? Tunc ſenex qui fuit primo præceptor Innocentiј notatus de
ſua peruerſitate tremens ac pauens cæcidit in faciem ſuam cum lachrymis, & quærens
B ab abbate congregationis licentiam faciendi cellam prope Innocentiј monumentum
ibidem de cætero vixit caſte ] id eſt, pure [ dicens patribus ſemper quia homicidium fe-
ci ] id eſt, inſtar homicidæ peccaui grauiſſime affligendo ſic fratrem iſtum [ O pater Io-
annes ] cui hæc ſcribo [ mihi videtur hunc ſenem qui locutus eſt cum mortuo ] Innocẽ
tio [ eſſe magnum Ioannem ] id eſt, quodammodo ſimilem ſummo Ioanni baptiſtæ.
[ Nam & beata anima ipſius ] id eſt, beatus Ioannes Opaniј iam pręfatus [ Narrauit mi
hi & aliud factum quaſi loquens de alio homine, ſed ipſe fuerat idem de quo loqueba-
tur, ſicut potui diſcere vltimo diligenter ] omnia eius verba conſiderando, Itaq; dixit
[ Quidam docebatur in eadem Aſiæ mãſione ] .i. congregatione [ à quodam mona-
cho miti & quieto, & videns ſeipſum à monacho illo ſene quaſi honorari, quietari & cir
cũfouori, optime conſiderauit id ꝙ multis eſt nocumentũ ] videlicet ꝙ ſibi non expedi
ret ſic tractari à ſene, q̃a honoratio talis à ſenioribus exhibita iunioribus, eſt eis frequen
ter occaſio elationis, & ꝙ non diſcunt mortificare ſeipſos [ & deprecabatur ſenem vt di
mitteret eũ à ſe, habebat enim ſenex diſcipulum aliũ, nec erat ex toto triſte quod fiebat]
puta diuortium eius à ſene [ egreſſus eſt ergo à ſene, & ꝑ epiſtolam pręceptoris] hoc eſt e-
iuſdem ſenis magiſtri ſui [ ſubordinauit] id eſt, ad obediendum [ ſe] tradidit ac ſubiecit
[ in q̊dam cænobio Ponti. Primaq; nocte qua cænobiũ illud ingreſſus eſt, Videt in ſom
C nis ſe exactum a quibuſdã ad reddendum rationẽ de vita ſua, & poſt tributum ] .i. poſt-
q̃ ſoluit ꝙ potuit [ & poſt rationem illius exactionis valde terribilis vidit ſe ex reſiduo
nondũ ſoluto remanere obligatum & debere ſoluere centũ libras auri. Euigilans ergo
diјudicauit viſum ] .i. viſionem hanc ſapienter diſcreuit ac intellexit, vtpote ꝙ nondũ
plenarie ſatisfecit pro culpis ſuis [ & dixit ad ſeipſum. Pauper Anthioche ( hoc eñ erat
& nomen ei ) hoc eſt etiam ita vocauit ſe ibi ne agnoſceretur ab aliquo aduenienie, cũ
tamen vocaretur Ioannes [ Vere multa reſtant de ſolutione debiti tui. Cũ itaq; perman
ſiſſem inquit in cænobio illo ſub obedientia indiſcreta, reputabar vobis & deſpiciebar
ac tribulationes patiebar ab omnibus, quaſi peregrinus atq; extraneus. Non enim erat
ibi monachus alius quiſq̃ peregrinus. Et ecce rurſus in ſomnis video quendam dantem
mihi cartam remiſſionis & abſolutionis decem librarum debiti mei, Euigilans ergo in-
tellexi viſionem & dixi Adhuc nunc vſq; decem] hoc eſt huc vſq; non merui niſi remiſ
ſionem decem librarũ [ & quando cõplebo ſolutionem debiti tanti ] ꝙ reſtat [ Tunc
dixi ad me o humilis ] .i. vilis [ Anthioche ſuꝑ abundantiore labore & ignominia indi-
ges. Ex tunc ergo cœpi ſimulare amentiam atq; ſtultitiam, nõ tamen negligere aliquid
ocioſum ] .i. vacans ſeu incompletum [ in miniſtrationis officio ] mihi iniuncto. [ Vn
de immiſericordes patres videntes me in tali ordine ] amentiæ [ & promptitudine ] ob
ſequendi [ iniunxerunt mihi vniuerſa opera grauia manſionis ] ſeu clauſtri [ Perſeue-
rans ergo per tredecim annos in tali conuerſatione rurſus vidi in ſomno venire ad me
eos qui primo apparuerunt mihi, & ſcribere mihi ꝑfectam libertatem, à debito. [ Itaque

 quando

quando degentes in cęnobio me tribulabant in aliquo, recordabar debiti mei pro quo] D
tunc nondum ſatisfeci [ & patiebar omnia viriliter atq; nobiliter,] Ita narrauit mihi ſa
pientiſſimus ille Ioannes quaſi ex perſona alterius, propter quod & ſeipſum nominauit
Anthiochum mutato vocabulo, ſed ipſemet erat, q vt verax per obedientiam & patien
tiam diſrupit chyrographum generoſe ] hoc eſt debitum ſuum inclyte deleuit per mo-
dum præfatum. Circa hæc quæri poteſt an talis ſimulatio amentiæ ac ſtulticiæ ſit com-
mendanda & ad imitationẽ trahenda. Et videtur ꝙ imo, quia ex maxima cõpunctione
& profundiſſima humilitate ꝓceſſit, ordinabatur quoq; ad optimũ finem. Iterum quia
approbata eſt à iudice ſumno, Inſuper ſanctus Baſilius retulit tale factũ de quadam ſo-
rore in magno monialium clauſtro peractũ, & approbauit hoc ipſum. Similiter Clima
cus iſtud commendat. Ad hoc breuiter reſpondetur ꝙ quamuis ex ſpeciali inſtinctu ſpi
ritus ſancti quædam pſonæ vtriuſq; ſexus credantur talia virtuoſe feciſſe, veruntamen
non eſt licitum ſecundum legem communem neq; trahendũ eſt ad imitationem. Quia
ſecundum Chriſti doctrinã & apoſtolica documenta debet vnuſquiſq; alteri exempla-
ris conſiſtere, nec abuſiua & rationi contraria, aut aliqd indecens agere, nec debet quis
propter ſuum profectum ponere communitati ſcandalum aut offendiculũ. Imo omnia
1.Cor.14 honeſte ac ordinate fieri debent in nobis. [ Audiamus quomodo ſanctus iſte Ioannes
factus fuit diſcretor & diſcretus ex ſumma obedientia ſua, Sedente etenim eo in manſio E
ne ſancti Sabæ, acceſſerunt ad eũ tres iuuenes monachi volentes informari, ac regulari
ab eo. Quos protinus amoroſe ſuſcepit, & libenter ac benigne poſt fatigationem itine-
ris recreauit dixitq; eis poſt tertium diem. Parcite mihi fratres quoniam homo fornica
tor ſum & non poſſum mecum tenere aliquem veſtrum. Illi autem non fuerunt ex ver-
bis illis ſcandalizati, cognoſcebant enim ſenis conuerſationem. Cum ergo rogaſſent eũ
permaxime nequaq̃ potuerunt ei perſuadere vt permitteret eos ſecum manere. Tunc
proiecerunt ſe ad pedes ipſius rogantes, vt ſaltem inſtrueret eos vbi deberent ſedere &
qualiter viuere. Exaudiens itaq; hanc precem eorũ [ & ſciens ꝙ cum obedientia & hu-
militate acciperent ] verba ſua [ dixit vni, fili dominus vult te ſedere in obedientia cum
patre ſpirituali in tranquillo ſolitudinis loco, Dixit quoq; ad alterum, Vade & vende vo
luntates tuas & da deo] hoc eſt propriam voluntatẽ reſigna eamq; immola deo obedi-
entiam ꝓfitendo. Vocatur aũt reſignatio iſta venditio, quia fit pro obtinendo regno cę
lorũ [ & ſuſtine ] id eſt, ſede ac habita [ patienter in collegio ] .i. congregatione [ & cœ-
Math.10 nobio fratrum, & habebis penitus theſaurum in celis ] Deinde dixit & tercio, Recole
indeſinenter ex corde eloquiũ Chriſti dicentis. Qui pſeuerauerit vſq; in finem ſaluabi-
tur, & vadens ne ceſſes quærere, & ſi poſſibile eſt in hominũ natura inuenire duriorẽ &
magis redarguentẽ exercitatorem tibi in dño, & perſeuerans cũ eo bibe cotidie ſubſan
nationem & deriſum quaſi mel & lac ] hoc eſt cũ omni promptitudine animi accipe & F
æquanimiter ſuſtine quicqd afflictionis ille intulerit tibi [ at frater ille dixit huic ma-
gno Ioanni. Pater ſi talis viuit in negligentia quid iubes ] vt faciam: Qui ait. Etiam ſi eũ
videris fornicantem ne diſcedas ab eo, ſed dic tibimetipſi Amice ad quid veniſti. Tunc
aſpicies tumefactionem ].i. elationem exterminatam in te & calefactionẽ ] id eſt, carnis
ſtimulationem ſeu irę feruorẽ [ putrefactã ] hoc eſt repreſſam in corpore tuo ac anima.
Pſalm.17 Eccle.19 Per tantam nanq; patientiam obedientiã & ſuiipſius victoriam ꝑuenitur ad hoc. Verun
tñ iſtud non eſſet omnibus conſulendũ cum ſcriptũ ſit: Cum peruerſo ꝑuerteris. Et qui
iungit ſe fornicarijs erit neq̃: Et abbas Paſtor diſſeruit, ꝙ homo nõ debeat remanere cũ
eo à quo lęditur anima ſua. Infirmis ergo iſtud nõ expediret, ſed huic fratri propter vir-
tutum ſuarum firmitatem conſultũ eſt [ Vniuerſi deum timere volentes ex omni virtu-
te agonizemus ] .i. totis viribus contra vitia & pro virtutum ꝑfectione adipiſcenda pu-
gnemus ac laboremus, ad quod etiam peragendũ vtamur cunctis virtutibus, quatenus
vnicuiq; vitio reluctemur per virtutem ſibi contrariam [ ne adipiſcamur nobiſipſis in
gymnaſio ] hoc eſt in ſchola virtutum puta in clauſtro [ malignitatẽ & maliciam, crude
litatem, aſtutiam & verſutiam magis q̃ virtutes ] nam vt ait Euſebius Emiſſenus Qui
nõ ſtudet in clauſtro voluntates ꝓprias reſecare, virtutibus inſudare & iuxta ſuam pro-
feſſionem proficere, fit multo peior in eo q̃ fuit aut eſſet in ſæculo. Cuius vna cauſa eſt,
quia in clauſtro magis acriuſq; impugnatur à ſathana Idcirco ſubiungitur [ fit eñ ] hoc
eſt interdum contingit ꝙ quidã in clauſtro magis addiſcunt vicia q̃ virtutes [ & non eſt
mirum



A mirum. Nam q̃diu quis eſt idiota aut nauta, aut agricola hoſtes regis ſui non tantum ar
mantur contra ipſum ] quemadmodũ armarentur ſi eſſet ſtrennuus miles [ Porro cum
viderint eum indutũ ſignis militiæ & aſſumentem ſcutũ, gladium, arcũ ac militaria in-
dumenta, tunc frendent dentibus contra eũ, & feſtinant omnino interimere eum ] ita &
dęmones minus impugnant nos q̃diu vident nos ſæculariter cõuerſari. Cum autem vi-
derint nos religionem ingreſſos & ſpiritualibus armis pręcinctos, ac zelo dei accenſos
contra aduerſarios diuini honoris, tunc inſaniunt & armant intenſius contra nos [ Pro
pter quod nõ dormitemus ] corpore acediæ aut negligentiæ ſomno, Nempe vt ait glo- 1.Petri.4
rioſiſſimus apoſtolici chori princeps Aduerſarius noſter diabolus tanq̃ leo rugiens cir-
cuit quærens quẽ deuoret. Propter q̃d ſecundum eundẽ ſobrij eſſe & vigilare debemus
[ Vidi pueros ſimplices & pulcherrimos paruulos venientes ad ſcholas doctrinæ ꝓpter
ſapientiam & diſciplinam & vtilitatẽ diſcendas, & acquirendas, & non didiciſſe ibi ali-
quid diſciplinæ ſed ſolũ ferocitatis duriciam atq; maliciã ex conſortio & cõmorantia a-
liorum. [ Conformiter ſæpe cõtingit ꝙ aliqui religionẽ ingrediuntur & aliorũ vtpote
tepidorum ſiue carnaliũ & ambitioſorum exemplis deteriorati aut verbis corrupri deſi
ciant potius ꝑ rite proficiãt, qui cũ ſpiritu cœperint carne cõſummantur, Idcirco religio
ſum pſertim adhuc recentem & impfectum oportet ſumme cauere ne tepidorum negli-
B gentiũ & inanium fratrũ verbis aut operibus corrumpat, frigeſcat aut vanus reddatur
ſed meliorũ atq; feruentium accendatur exemplis. Ideo addit. [ Qui habet intellectũ in-
telliget, impoſſibile eſt addiſcentes artẽ quamcunq; ex tota anima ] hoc eſt cũ omni dili
gentia [ nõ proficere cotidie in eadẽ ] ſic & religioſus ſi ex toto cordis conatu extẽderit
ſe ad profectũ ſapientię ac virtutũ indubitãter creſcet in eis, Nemo ergo ſit puſillanimis
ſed cũ Apoſtolo quilibet dicat omnia poſſum in eo qui me cõfortat [ Quidã profectum Philip.4
ſuum cognoſcũt ] probabiliter aut certitudinaliter q cum Apoſtolo dicere poſſunt Nõ
ſpũm huius mundi accepimus ſed ſpũm qui ex deo eſt, vt ſciamus quę à deo donata ſunt
nobis [ Alij vero diſpenſatiue ignorant ] ſuum profectum deo hoc taliter diſponẽte vt
magis humiles ſollicitiq; cõſiſtant nec extollantur [ Perfectus trapezeta ] .i. nummulari 1.Corin.2
us [ cõputat penitus ſingulis veſperis lucrum vel damnum diei ] nõ enim poteſt iſta pru
denter cognoſcere, niſi omnibus horis notentur ] id eſt, conſideret ea in rationis ſcriptu
ra, hoc eſt in ſuperſcriptione numiſmatis ex cuius inſpectione perpendit quantum lucra
tus eſt, aut amiſit. Sic religioſus ſpiritualium appetitor & congregator diuitiarum de-
bet cotidie præſertim de ſero diſcutere qualiter diem expendit quid boni omiſit, quid
mali commiſit quantum profecit. Nec poteſt iſta perfecte cognoſcere niſi notet & exa-
minet ea omnibus horis oportunis in ſcriptura rationis, hoc eſt in conſiſtorio & iudica
torio proprię mentis, in qua habet naturaliter ſcriptum ſiue impreſſum, quid ſit bonum
C quid malum, ſaltem in generali & per lumen fidei ac ſcripturas eſt plenius inde inſtru-
ctus: Oportet ergo propriam cõſcientiam propriamque ſynderiſim conſulere & audire
[ Etenim ſingulis horis ponere rationem ] examinando propriam conuerſationem
[ declarat & demonſtrat quod cotidianum eſt ] id eſt, cotidianum profectum ſiue defe
ctum. [ Dum inſipiens mordetur ] id eſt, dum homo paſſionatus per iniurias tangitur,
corripitur, diſciplinatur [ improperiũ paſſus & concitatus, ad iram, probat contradicere
voca ] hoc eſt præparat ſe ad contradicendum ac reſiſtendũ [ ſi tunc confeſtim dedit pœ
nitentiam arguenti ] .i. ſi in tali caſu non reprimat linguã ſuam à contradictione atta
men mox fateatur ſe culpabilem & de ſua culpa dolentem coram corripiente, [ non fę-
cit hæc cauſa humilitatis ſed volens ceſſare improperia ] id eſt, ob hoc ne alter ſibi diu-
tius conuitietur aut verba increpatoria dicat [ Cum fueris exprobratus & improperia
ſuſtines, tace & ſuſcipe cauteria animæ, magis autem luminaria caſtitatis ] id eſt incre-
pationes atque iniurias tollera patienter, quæ ſunt cauteria animæ, quibus vulnera eius
curantur, Imo ſicut per corporale cauterium educuntur humores, Ita per huiuſmo-
di afflictiones eradicantur paſſiones ac vitia animæ, quæ tamen increpationes & exer
citationes magis dicendeæ ſunt luminaria caſtitatis, quia per eas æquanimiter tolle-
ratas, meretur homo à concupiſcentijs emundari & in caſtitate firmari. Multi quo-
que adhuc puſilli talia ſuſtinendo, ſic occupantur contra propriam impatientiam i-
ram & indignationem pugnando, & quodam mrœore ac tedio tabeſcendo, quod mul-
tominus cogitant de concupiſcentiarum & deliciarum obiectis. [ Medico coſſante]

 hoc eſt

hoc eſt dñ medicus corporum receſſerit à te nondum curato offenſus ex tua improbita D
te [ tunc facies ei metanyam ] hoc eſt deprecationem cum genuflexione vt indulgeat ti
bi & redeat ad te ad ſanandum te plene vix tñ proficies [ nempe pœnitentiam tuam for
te non ſuſcipiet in furore ] quem cõtra tuam peruerſitatem concepit Sic etiam eſt cauen
dũ ne ſpiritualis medicus, puta prælatus iuſte cõtra te indignetur atq; offenſus recedat à
te [ Nos qui ſumus in congregationibus pugnemus ſingulis horis cõtra omnia vitia,
ſed æqualiter ] ac principaliter [ cõtra duo vitia iſta, videlicet contra inſaniam ventris
ac gulæ ] hoc eſt contra irrationabilem concupiſcentiam ſuperfluæ & delicatæ refectio
nis [ & contra celerem atq; acutam turbationem ] ſeu commotionem [ iræ ac furoris.
Vitia eñ iſta poſſunt faciliter inuenire in turba domeſticas propriaſq; materias. ] Qui
enim viuunt in congregatione niſi ad patientiam ac ſobrietatẽ tota virtute ſe dederint,
frequenter ac cito mouebuntur ad iram & quendam furorem ex factis & moribus aut
negligentijs aliorum, & appetent ea quæ habentur in congregatione. Diſcant ergo ſe
mutuo in omni charitate, pietate, manſuetudine & patientia ſupportare, & curam carnis
nõ faciant in deſiderijs ſenſualitatis, ne corda eorum grauentur vnquam ex crapula ali
qua, ſed tanto virilius prælientur cõtra hæc vitia, quanto maior eſt eis occaſio corruẽdi in
ea. [ Diabolus immittit viuentibus ſub obedientia deſideriũ impoſſibilium virtutũ ]. i.
affectum ad tantam perfectionem & excellentiam actuum virtuoſorum quod neque E
unt eam attingere in hac vita. Quod facit diabolus vt retrahat eas ab obediẽtiæ iugo, &
vadant ad ſolitariam vitã ſimiliter his qui ſunt in vita ſolitaria & quieta ſuggerit & ſup
ponit inconuenientia atq; incongrua vocationi eorum prout mox oſtendetur. [ Reuo
lue ]. i. perſcrutare ac diſcute [ deliberationem & mentem improbi ] id eſt, indiſcreti
ac inſtabilis ] obedientis, & inuenies ibi cogitationem erroneam & intentionem ſedu
ctam, videlicet concupiſcentiam ſolitariæ quietis, extremi artiſſimiq; ieiunij, orationis
incuruabilis ]. i. irreflexe nec alicui diſtractioni permixtæ [ carentiæ vanæ gloriæ ad
ſummum ] ita vt nec pulſetur vnq̃ aliquo motu vitij huius [ inobliuiſcibilis memoriæ
mortis indeſinentis compunctionis, omnimodæ priuationis iræ, profundi ſilentij, ſuper
excedentiſq; caſtitatis ] in tantum vt nec primos vnquam motus ſuſtineat. Quæ om
nia quamuis ſint bona & optima, tamen obediens improbus ea non appetit ordinate,
nec media apta ad illa obtinenda aſſumit. Deberet enim in omnibus obedire cum om
ni probitate, & præfatis actibus appropinquare pro poſſe in congregatione, hinc ſubdi
tur. Quorum carentiam habentes in prohœmijs ſecundum diſpenſationem ] id eſt, pre
fati improbi obedientes in principio ſuæ conuerſionis & deinceps carentes prædictis
virtuoſiſſimis actibus, ſecundum diſpenſationem ſeu moderationem & menſuram, qua
tunc poterant eos habere [ fruſtra & vane tranſierunt ad ea ſeducti ] hoc eſt inaniter
aggreſſi ſunt ſolitariam vitam ad exercendum ibi hos actus ſeducti ſuggeſtione præfa F
ta diaboli. [ Nam aduerſarius iſte fecit eos quærere iſta ] id eſt, inſtigauit eos ad aggre
diendum actus tam ſummos [ ante tempus ] videlicet dum nondum diſpoſiti, erant ad
illos actus [ ne ſuſtinentes ] id eſt, ne in congregatione ſatis diu ſub obedientia & pati
entia conuerſantes [ fortiantur hæc in tempore ] hoc eſt obtineant tantam perfectionẽ
in ſolitaria vita tempore oportuno. Conſequenter tangiť ſolitariorũ & anachoritarum
tentatio [ Seductor & illuſor diabolus beatificat in mente ſolitariorum, amorem obedien
tium & hoſpites & peregrinos obſequiũ, & miniſtrationẽ ] quæ intraneis extraneiſq; im
pendunt [ fraternitatis amorem, conuerſationẽ & charitatem adinuicem, curã & ſerui
tium eorum circa infirmos, vt & illos ] videlicet ſolitarios [ efficiat impatientes & inſuffe
rentes ] ita vt vitam cœnobitarum incipiant præferre anachoriticæ vitæ, ſicq; cum tedio
& mærore in ſolitudine demorentur, [ ſecundum ꝙ & priores ]. i. ſecundum eos qui
in obedientia viuunt [ fecit impatientes ] & inconſtantes [ Vere nanq; rariſſimorũ eſt ]
id eſt, pauciſſimis datũ eſt [ ſolitariam vitã & quietam exeq cum ratione ]. i. rationabi
liter prudenter [ & ſolummõ eſt illorum qui diuinam cõſolationem poſſident ad ſola
tionem ]. i. ad releuamen [ laborũ & dolorum ſuorum atq; ad cooperationẽ & opem
impugnantiũ & pugnarũ ] hoc eſt contra dæmones impugnantes & contra eorum ten
tationes. Cũ etenim homo ſit naturaliter animal domeſticum, ciuile ac ſociale, conſtat
quod vita omnino ſolitaria ſit maxime ſupra hominem. Ita ꝙ homo ſolus dicitur deus
aut beſtia id eſt, diuinus aut beſtialis. Vnde vt ſit diuinus ac dei formiter in ſolitudine
viuens



A viuens indiget ſingulari ope & cõſolatione ſpũs ſancti. [ Cõtra qualitates & efficienti
as vitiorũ in nobis exiſtentium & ſubiectiones cõuenientius diſcernimus & obſeruan
tias prõpte eligimus ] hoc eſt ad extirpandũ qualitates & effectus ſeu opera interiorũ
vitiorum noſtrorum congruentius iudicamus ac diffinimus aſſumendã nobis eſſe ſub
iectionem, vt ſub obedientia ſtando & ſpirituali patri nos ſubijciendo diſcamus nos ex
purgare, [ & obſeruantias prompte eligimus ] hoc eſt contra eadem mala voluntarie
ex electione aſſumimus certas obſeruantias regulares & exercitationes per quas facilius
celeriuſq; curentur. [ Circa guloſum & luxurioſum ex vitio labenti & repenti ] id eſt,
ad euellendum ex te vitia gulæ atq; luxuriæ orientia ex concupiſcentia lubrica intus ſe
diffundente ſeu ex cogitatione incidente praua & vaga aut ex ſuggeſtione peſtifera ſer
pentina [ ſit tibi exercitator ]. i. pater & rector [ vir ſolitariæ quietis amator abſq; cõſo
latione ] carnali ita vt nec ipſe habeat hanc, nec eam tibi pmittat [ auſterus, durus, ]. i.
iuſtus & rigoroſus [ & irremiſſibilis ad cibũ ] hoc eſt inflexibilis à parſimonia cibi ac
potus [ & nõ magis miraculorũ patrator ]. i. exercitatorẽ & patrẽ non habeas qui mirã
cula faciat [ & qui paratus ſit vniuerſis in ſuſceptione ad menſam ] hoc eſt ꝙ ſit hoſpita
lis & cunctis ſe viſitantibus menſam ponens. Ad talẽ etenim multi cõcurrunt, & habe
res cũ eo incitamenta atq; materiã gulæ & voluptatis, & ita nõ curareris apud ipſum cõ
ſiſtens. [ Tibi exiſtenti ceruicoſo arroganti elato ſit paſtor celer ]. i. velox ad increpatio
B nẽ [ acutus ] ad conſiderandum tuam elationẽ [ irremiſſibilis ] ad diſciplinam humi
liationem & exercitationem tibi infligendam [ & non mitis & benignus ] id eſt, qui in
manſuetudine & benignitate magis abundet. Si igitur aliquis duræ ceruicis & animo
ſus habeat durum prælatum & exercitatorẽ aſſiduum, non reſiſtat nec indignet, ſed deo
regratietur ꝙ ſibi prouidit de preſidente ſuis moribus cõgruente. [ Non quæramus pa
tres qui præcognoſcant futura & ꝓphetice ea præuideant, ſed qui ſint ꝑ omnibus humi
les & ſapere mite habentes ] vtpote manſuetos [ cõuenientes & aptos ] ad medendum
[ vitijs & infirmitatibus, quæ ſunt in nobis ]. i. qui ſua bonitate, pietate, diſcretiõe, man
ſuetudine, humilitate vincant & curent noſtras malitias, duricias, indiſcretiones, iras,
ſuperbias, conuenientes & aptos infirmitatibus id eſt, paſſionibus & vitijs quæ ſunt in
nobis. Nam & ceruicoſi, elati & iracundi quandoq; magis curantur à talibus quàm à du
ris & auſteris paſtoribus, imo ſub talium regimine ad extremum lapſum venirent. [ Sit
tibi ſecundum præmemoratum fratrem Abbakyrum, iſte pulcher & bonus modus ] id
eſt, apta via [ ad obedientiam ] addiſcendam & conſeruandam videlicet [ ſemp exiſti
mare ꝙ probat & tentat te is qui præeſt ] hoc eſt quicqd irrogauerit tibi diſciplinæ in
crepationis aut exercitationis, ſemp reputa ꝙ faciat hoc propter melius tuum, proban
do te per talia vt vere proficias [ & nunq̃ decides ] à profectu monaſtico [ nec errabis ]
C ab obſeruantia regulari. [ Quando redargutus & correptus inceſſanter à patre aſſumis
& concipis ampliorem fidem & charitatẽ ad ipſum ] regratiando ei pro talibus & bene
ſentiendo de ipſo [ ſpũs ſanctus viſibiliter habitat in anima tua ] id eſt, per exteriora ſi
gna ſeu opera patientiæ & charitatis ac fidei tuæ, ſenſibiliter pandit ſe habitare in ani
ma tua per gratiam ſuam præcipuam [ & virtus altiſſimi obumbrabit tibi, tanta enim
patientia eſt euidens ſignũ extirpationis priuati amoris ac magnæ pfectionis. [ Verun
tamen ne glorieris nec gaudeas ſufferens generoſe contumelias & ignominias. ] In om
ni actu virtuoſo eſt gloriandum, Chriſtus quoq; gaudete inquit & exultate in illa hora Matth. 5
quando videlicet iniurias ſuſtinetis Imo omne gaudium exiſtimare debemus quando Iacob. 1
in diuerſas tentationes ſeu perſecutiones incidimus, quomodo ergo nunc dictum eſt.
[ Veruntamen ne glorieris ] & cet. Et reſpondendum quod non prohibet pœnitus in
aduerſis gaudere, ſed conſulit vt de ipſa patientia noſtra non gloriemur incaute quo
niam gloriationi de patientia facillime ſe commiſcet gloria vana, ſic & Chiſtus docet Matth. 5
non eſſe iurandum, ne aſſiduæ iurationi miſceatur periurium [ ſed magis plora & lu
ge, quia egiſti aliquid contumelijs dignum & conturbaſti animam contra te ] id eſt, ali
quẽ offendiſti & cõtra te ꝓuocaſti. [ Noli admirari & ſtupere ſup id ]. i. de eo [ qđ dictu
rus ſum habeo eñ Moyſen hoc mecũ pariter ꝓdicantem. Expedit in deũ & non in patrẽ
peccare ] qđ eſt hoc? Nunqđ eñ peccare expedit in deũ? Rurſus peccata in deũ commiſſa
ſunt grauiora q̃ peccata in proximũ. Deniq; vbi dicit Moyſes iſtud, Imo in nullo librorum
eius hoc inuenit Et reſpondendum ꝙ ſenſus verborũ iſtorum eſt, Expedit in deũ hoc eſt
periculoſ

periculoſius eſt quantum ad aliquid peccare in patrem ſpiritualem q̃ in deum, vnde qua D
ſi expoſitorie ſubditur [ Deo enim ad iracundiã concitato ] .i. per culpã offenſo [ dux ] id
eſt, prelatus noſter [ poteſt eũ nobis reconciliare ] orando pro nobis [ Iſto aũt ] videli
cet ſpirituali patre [ cõturbato à nobis vlterius nõ habemus aliquem exorantẽ pro no-
bis deũ, qui faciat eum nobis propiciũ ] hoc adeo dicitur, quia deus nõ exaudit alios pro
nobis neq; indulget nobis niſi noſipſi veniã petamus à præſidente, & iſtud p̃dicat Moy
Numer. 16 ſes verbis æquiualenter Nã aliqua narrat ex q̃bus iſtud elicitur. Cum enim filij Iſrael pec
caſſent grauiſſime ſepe in deũ, deus Moyſe exorante ipſis indulſit ſed cũ Chore Dathan
& Abyron peccaſſent per rebellionẽ in Moyſen mox horribiliter ſunt plagati [ Ambo
aũt iſta videntur mihi recurrere in vnam opinionẽ ] .i. in vnam probabilem rationẽ, vi-
delicet ꝙ deo offenſo habemus prelatum mediatorẽ, qui poſſit nobis deum placare, ſed
ipſo prelato offenſo nõ ita habemus mediatorem, ſi tñ prelatum in tantũ offendimus ꝙ
ceſſat orare pro nobis. Vtriuſq; etenim huius vna eſt ratio quoniã prælatus eſt dei vica-
rius & mediator apud deum ꝓ nobis & ita offendimus deũ in prælato quaſi in ſuo vica
rio, ſicq; ceſſante oratione prælati pro nobis, incidimus iram dei [ Intendamus & diſcer-
namus & vigilanter penſemus quando à paſtore increpati debemus ſuſtinere increpa-
tionem ipſius tranquille & cum gratiã actiõe ] .i. ſilenter & grate abſq; reſpõſione [ vel
quando debemus paſtorẽ certificare & ſatisfactionem facere ] hoc eſt quando debemus E
noſipſos veraciter excuſare, certificando p̃latum de veritate. Deinde reſpondet ad iſtud
[ Mihi videtur tacendũ eſſe ſup omnibus conciliantibus ignominiã nobis ] .i. ad omnes
accuſationes & correptiones, q̃bus noſipſi accuſamur ſiue corripimur de propria culpa
[ Lucis enim hora eſt ] .i. tempus manifeſtandæ veritatis quandoq; adueniet, puta in ho
ra iudicij particularis ac vniuerſalis Vel [ hora lucis eſt ] .i. tempus accuſationis & corre
ptionis de ꝓpria culpa eſt tempus proſperitatis ac gratiæ, cũ accuſatio atq; correptio ta
les ſint valde ſalubres [ ſup his autem quæ recurrunt in perſona alterius, ſatisfaciendũ
& excuſandum eſſe ] .i. quando accuſatio ſeu correptio noſtra redundat in culpam alte
rius, videtur mihi danda reſponſio quæ ſit excuſatiua alterius [ propter vinculum & cõ
iunctionem charitatis & inſolubilis pacis ] hoc eſt quatenus charitatis cõnexio, & pacis
cõcordia perſeueret per hoc inter proximũ & nos [ Quicunq; ex obedientia reſilierunt
annunciabunt tibi vtilitatem eiuſdem ] id eſt, qui à ſtatu obedientiæ receſſerũt poterũt
te ex proprio damno ac lapſu inſtruere, q̃ ſalubre ſit in obedientia ſtare [ tunc enim co-
gnouerunt in quali cœlo erant ] .i. poſt q̃ obedientia relicta corruerunt in vitioꝝ confu
ſionem, recordati ſunt in quanta tranquillitate & ſynceritate fuerũt, q̃diu in obedientia
ſtabant. Nã oppoſita iuxta ſe poſita limpidius cognoſcuntur. Vnũ quoq; contrariorum
agnoſcitur per reliquum [ Qui enim currit ad impaſſibilitatẽ & deum ] .i. qui toto feruo
re feſtinat deo vniri & coherere atq; à paſſionibus penitus expurgari [ arbitrat̃ ſe mul- F
tum damnum ſuſtinere omni die, in qua nõ maledicitur ] .i. aduerſa & vituperationes
nõ patitur, quia ex hoc videt ſe minus ꝑficere. Vnde rite cõcluditur ꝙ impatiẽtia noſtra
in increpatiõibus & aduerſis ſit euidens ſignum ꝙ ad deũ & impaſſibilitatẽ nõ currimus,
ſed diligimus miſeri nos in nobis & ſemen maledictiõis, q̊d eſt ſupbia vitę regnat in cor
Apocal. 3 de noſtro, poteſt q; vnicuiq; taliũ dici. Neſcis quia tu es miſer & miſerabilis & pauper &
cæcus & nudus, [ Quemadmodũ arbores à ventis motæ mittunt radices ſubtus profun
das ] ne excutiantur impulſu venti [ Ita degentes in obedientia poſſidẽt animas fortes
& incõcuſſas ] dummõ rite obediant, nã ipſa obedientia & ſpiritualis patris protectio,
ꝓpriæ quoq; libertatis abiectio, ſunt eis fortiſſima munimenta cõtra omnes tentatiões
ac vitia [ Quicunq; ſedens in ſolitaria quiete cognouit ſuã infirmitatẽ & tranſiens ad
cænobiũ vendidit ] .i. per reſignationem & oblationem ſuijpſius tradidit ſe obedientiæ
[ iſte cũ eſſet cæcus ] .i. minus ꝑfecte illuminatus [ reſpexit ad Chriſtũ Ieſum ſine labo-
re ] hoc eſt faciliorem viã illuminationis diuinę arripuit, & qualiter Chriſtus factus ſit
obediens vſq; ad mortẽ ſapienter penſauit [ ſtate ſtate ] .i. in obedientia ꝑſeuerate ac ꝑ
manete mente & corpore [ & iterũ dico ſtate ] vt tanta repetitio ſit ſerioſitatis & cõfir-
mationis indiciũ exhortatioq; feruentior [ o fratres currentes ] nã curſus iſte non oppo
nitur huiuſmodi ſtationi imo ꝑſeuerantia ſtationis eſt curſus [ pugiles ] .i. dimicato-
res ac milites Chriſti, q contra dæmones Chriſti aduerſarios inceſſanter cõfligitis [ cer
tatores ] cõtra cõcupiſcentias carnis, omeſq; inclinatiões ꝑuerſas [ audientes ſapientem
illum



A illum clamantem de vobis ] puta qui in libro ſapientiæ loquitur. [ Tanq̃ aurum infor-
nace magis vero in cęnobio probauit eos dñs. Philoſophus aũt loquitur de electis in ge Sapien. 3
nerali, ſed actor retorquet verba ipſius ad monachos ideo interponit aliqua verba [ &
quaſi holocauſti victimã accepit eos in finibus ] .i. in gremio miſericordiæ ſuæ atq; in re
quie ſempiterna. Circa prehabita querit̃, an obedientia non diſcernens ſeu indiſcreta ſit
cõmendanda, & obſeruanda. Et videtur ꝙ non, Primo quia ( vt ſancti dicũt ) preſertim
Bernhardus Diſcretio eſt auriga virtutũ, & directrix in omni opere bono, ſine qua virtu
tes ſunt vitia ergo indiſcrete obedire eſt vitioſum ac fatuum. Secundo quia diſcretio eſt
actus prudentiæ, ſed ſcriptura frequenter informat nos, vt cuncta prudenter agamus, ꝙ
ergo ſit ſine diſcretione agentis, ſit imprudenter ac vitioſe Tertio quia Apoſtolus ait Ra Roma. 12
tionabile. i. diſcretum ſit obſequium veſtrũ Itemq; ſine præiudicio. i. preuio iudicio ni- 1. Timo. 5
hil facias, Quarto quia beatiſſimus abbas Anthonius dixit, ꝙ nulla virtus tam compen
dioſe perducit monachum ad perfectionem, ſicut diſcretio. Abbas etiam Moyſes ait, q̊d Matth. 6
diſcretio eſt oculus mentis de quo Chriſtus in euangelio proteſtatur, ſi oculus tuus fue-
rit ſimplex totum corpus tuum lucidum erit, quod ergo ſit ſine diſcretione ſit ſine oculo
mentis, & quicq̃d ſic agitur tenebroſum eſſe conuincitur. Quinto q̃m ſanctus Thomas
ſuper ſecundum ſententiarum affirmat, ꝙ obedientia indiſcreta eſt vituperabilis nec me
retur obedientia dici Inſuper in ſecũda ſecundę oſtẽdit ſubtiliter, qualiter in duobus ca
B ſibus non ſit obediendum prelato. Primo ſi percipiat aliq̃d quod ſit contrarium iuſſioni
prælati eius ſuperioris, ſecundo ſi iuſſerit aliquid deo ac ſaluti contrariũ, ſiquidẽ obedire
oportet deo magis q̃ hominibus, Ex quibus videtur quod ſaluari nequeant preinducta Actor. 5
Climaci huius verba dicentis, obedientia non diſcernit aut contradicit in bonis aut ma
lis apparentibus, & rurſus obedientia eſt diſpoſitio diſcretiõis, itemq; obediẽtia eſt vſq;
ad finem in omnibus bonis ſibi ipſi non credere, & denuo Credendum eſt inquit abſq;
ſollicitudine his, qui gerunt curam noſtri, etiã ſi iniungãt quędam ſaluti noſtrę aduerſa
ſecundũ apparentiam, In contrariũ eſt authoritas Climaci & Caſſiani imo & ſanctorũ
patrum heremitarum cõmuniter, quorũ multi præceperunt ſuis diſcipulis quædã pror-
ſus innaturalia, impoſſibilia, deo ac rationi contraria, ſicut ꝓijcere propriũ filium in for
nacẽ ardentem, currere ſup aquas, ligare draconem & multa ſimilia. Deus quoq; omni-
potens iuſtus & ſanctus ꝑ glorioſa miracula ac euidentiſſima ſigna talẽ iuſſionem talem
q; obedientiam approbauit. Inſup illuminatiſſimus religioſoꝝ doctor Bernhardus in
epiſtola ad fratres de monte dei diſſeruit. Perfecta obedientia maxime in incipiente eſt
indiſcreta, hoc eſt nõ diſcernere quid vel quare precipiatur, ſed ad hoc tantũ niti vt hu-
militer & fideliter fiat quod à maiore præcipitur. Et iterum animalẽ diſcretum nouiciũ
prudentem & incipientẽ ſapientem impoſſibile eſt diu in cella conſiſtere, aut in congre-
C gatione durare. Et iſta probat ibidem ſanctus pater noſter Bernhardus alibi quoꝝ fa-
tetur ꝙ obedientia eorum qui diſcernunt atq; dijudicant, nõ ſit plena. Reſpondendum
ꝙ finis monaſticæ profeſſiõis eſt plena ſuiipſius ſub deo ſubiectio, qua religioſus offert
& rependit ſeipſum plenarie creatori nil ſui relinquens, ſibimetipſi deniq; vt valeat hoc
implere promittit obedientiam homini tanquam dei vicario cuius voluntati ac iudicio
debet voluntatem ſuam propriumq; iudicium ſubdere. Hinc ſancti patres indiſcretam
obedientiam docuerunt ac laudauerũt, vt ſubditi aſſueſcerent ſe ipſis in omnibus pleniſ
ſime reſignare, mortificare, humiliare, ſubijcere. Vnde & ſancti patres interdum iuſſe-
runt diſcipulis ſuis quædã valde innaturalia, humaniſq; viribus impoſſibilia, Imo & pri
ma fronte illicita. Veruntamen obedientiam iſtam ſic penitus indiſcretam exigere non
pertinet niſi ad viros heroicos ac perfectos, quos conſtat eſſe quaſi ſecretarios conſilia-
rios dei, deoque in talibus iuſſionibus moneri à ſpiritu ſancto. Hinc ſicut iam patuit Cli
macus dicit, quod antequam tradamus nos ad obediendum alicui, debet diligentiſſi-
me perſcrutari qualis ſit ipſe. Porro obedire indiſcrete in his quę ſunt indifferentia, nec
in regula aut ſtatutis manifeſte prohibita, cõmendabile eſt in omni religioſo, p̃ſertim in
incipiẽte & inꝑfecto, poteſt q; obedientia talis exhiberi ſuperioribus nondũ heroicis, ex
his patet ad argumenta reſponſio. Obedientia nanq; dicitur indiſcreta nõ per excluſio-
nem veræ diſcretiõis, ſed per excluſionem ꝓpriæ dijudicatiõis, ita ꝙ ipſe obediens diſcre
tiõi ſui ſuperioris inititur & ei cõmittit ſe, & hæc eſt ſua diſcretio q̃a diſcernit & iudicat
ſe debere ſic agere ac taliter obedire, atq; ꝑ hoc obſequiũ ſuum ſit rationabile & accep-
tiſſimum

tiſſimum deo. Ideo ait Bernhardus ſtultus fiat vt ſit ſapiens & iſta ſit omnis eius diſcre D
tio, vt in hoc nulla ſit ei diſcretio. Hæc ſit omnis ſapientia eius, vt in hac parte nulla ſit ei
ſapientia Iuxta quem modum quidam ſubtiles philoſophi ac profundi theologi dicũt,
quod licet deus cum ſit eius prorſus illimitatum nullam habeat differentiam, tñ non ha
bere differentiam eſt ei quaſi differentia, quia per hoc differt à cæteris vniuerſis, Hęc bre
uiter tetigiſſe ſufficiat. Veruntamen de hac ipſa materia plenius & magis ſcolaſtice ſcri
pſi in alio quodam tractatu quæ breuitati ſtudens pertranſeo.

## ¶ De quinto gradu videlicet de pœnitentia Articulus XIII

POEnitentia eſt reuocatio baptiſmatis id eſt, cauſa recuperans gratiam in baptiſmo
collatam, & poſt baptiſmum per mortale peccatũ amiſſam, in baptiſmo enim infun
ditur gratia gratum faciens, quæ per mortale peccatum deletur, ſed per pœnitẽtiam de
nuo obtinetur [ Pœnitentia eſt peractio ad deũ ſecundæ vitæ ] id eſt, reconciliatio cũ
deo, qua pœnitens proponit & ꝓponendo aſtringit ſe de cætero deo victurum vita gra
tiæ, quã primo cœpit viuere in baptiſmo, ſed peccando amiſit eandẽ. Idcirco per pœni
tentiam incipit iterato, hoc eſt ſecũdo viuere vitã gratiæ [ Pœnitentia eſt emptrix humi
litatis ] pœnitentia eſt eſſentialiter dolor ſeu contritio de peccatis, & dicitur emptrix id
eſt, acquiſitrix humilitatis, quoniam pœnitens accuſando ſeipſum humilitatem acqui E
rit à domino [ Pœnitentia eſt indeſinens deſperatio corporalis conſolationis ] deſcri
ptiones iſtæ dantur de pœnitentia per cauſam ſiue affectum, ſiue per quandam incluſio
nem, ſicq; pœnitentia dicitur indeſinẽs deſperatio corporalis conſolationis, quoniã pœ
nitens proponit firmiſſime corpus ſuum affligere & conſolationes externas inordina
tas carnales ſemper abijcere [ Pœnitentia eſt non ſollicita per ſe ſollicita & per ſe diiudi
cata cogitatio ] Pœnitentia cum ſit dolor eſt in voluntate. Cogitatio autem eſt in vi co
gnitiua, quomodo ergo pœnitentia dicitur cogitatio niſi per cauſam? Dolor quippe
cum ſit quædam affectio ex quadam cognitione procedit, ſic & dolor iſte ex conſidera
tione ſeu cogitatione propriorũ oritur peccatorum, itaq; pœnitentia eſt cogitatio non
ſollicita. i. non curans de terreno aliquo cõmodo, per ſe ſollicita qualiter ſatisfaciat re
cõcilietur ac placeat deo & per ſe diiudicata, id eſt accuſans ac reprobans ipſummet pœ
nitentem, vt dicatur per ſe diiudicata id eſt, ſui ipſius diiudicatiua, quia vt ait Apoſtolus
1. Cor. 12 & noſipſos diiudicaremus non vtiq; iudicaremur [ Pœnitentia eſt filia ſpei, negatio de
ſperationis ] procedit enim ex ſpe obtinendi remiſſionẽ à pietate diuina [ Pœnitens eſt
condemnatus inconfuſus ] condemnat namq; id eſt, accuſat reprobatq; ſeipſum nec in
de cõfunditur, ſed de ſuis iniquitatibus erubeſcit [ Pœnitentia eſt recõciliatio dei ] quia
pœnitentem reconciliat deo [ per bonam operationem id eſt, ſatisfactionem pręſertim
per internam erubeſcentiam de fœditate propriorum exceſſuũ, & per firmum propoſi F
tũ non peccandi de cætero, per bonam inq̃ operationem [ contrariam offentionibus ]
hoc eſt peccatis cõmiſſionis [ & delictis ]. i. peccatis omiſſionis, quatenus per actus hu
militatis patientię ſobrietatis & ſpiritualis amoris deleantur peccata ſuperbię. Inpatien
tiæ gulę, ac ſenſualis affectionis [ Pœnitentia eſt conſcientiæ emundatio. Pœnitentia
eſt voluntaria patientia omnium tribulationum & affligentiũ ] hoc eſt ſpontanea per
peſſio omniũ aduerſitatum & eorum qui inferunt eas, nõ quod pœnitentia ſit eſſentiali
ter iſta perpeſſio, ſed quoniam efficit eam Pertinet namq; ad pœnitentẽ vt peccata ſua
in tantum exaggeret, ponderet ac deploret, vt dignum ſe arbitretur omni cõtemptu &
peſecutione quo vt omnis creatura cõtra ſe inſurgat & creatoris ſui iniuriam vlciſcatur
in ſe, ſicq; æquanimiter ferat pro ſuis peccatis quicquid afflictionis aduenerit ei [ Pœni
tens eſt propriorum tormentorum & pœnarum conditor ] id eſt, inſtitutor & inflictor
afflictionum carnis ac animæ ſuæ. Punit etenim in ſeipſo ſuos exceſſus & intus ac extra
affligit ſeipſum Intus dolore & pudore, extra ieiunio & multas exercitationes pœnales
ſibi indicit, atq; in confeſſione imponi procurat idcirco [ Pęnitentia eſt fortis tribula
tio ventris ] quia ad abſtinendum ac ieiunandum inducit [ & afflictio animę in ſenſu
vehementi, hoc eſt in dolore quodam perceptibili. Dolor enim contritionis eſt maxi
mus. Conſequenter author exemplariter declaraturus quid ſit pęnitentia vera atq; per
fecta, & relaturus rem magnam, præmittit exhortationem deuotam ac ſerioſam [ Con
currite & venite, venite & audite & narrabo vobis o omnes q deum concitaſtis ad irã ]
id eſt,



A id eſt, ad iuſtam vltionem ſeu rigorẽ iuſtitiæ, non q; inuariabilis ac ſimpliciſſimus deus
concitetur aut iraſcatur proprie in ſeipſo, ſed quantum ad ſimilitudinem operis per mo
dum concitati & irati ſe habet, qui vtiq; in ſeipſo æternaliter æque tranquillus eſt. Vn
de in libro Sapientiæ fertur, tu domine cum tranquillitate iudicas. Et ipſe per Hieremiã
teſtatur: Nunquid me ad iracundiam prouocant? Nonne ſemetipſos in confuſione vul
tus ſui? [ congregamini & videte ] oculo interiori & [ quæcunq; ad ædificationem oſten
ſa ſunt animæ meæ, præordinemus & præhonoremus narrationem ] operum honora
bilium inhonoratorum, id eſt, ordinate ac venerabiliter recitemus in primis opera pœ
nitentialia quorundam in carceratorum & contemptorum, qui propter pœnitentiam ſu
am cæteraſq; virtutes vere honorabiles ſunt effecti. [ Audiamus & cuſtodiamus & faci
amus ea quæ dicam: Quicunq; paſſi ſumus aliquem improbum lapſum non placitũ deo
reſurgite ] à vitijs (& ſedete) id eſt, in actibus virtuoſis quieſcite [ qui iacetis ſubtus poſiti ]
id eſt, viles affecti & terrenis atq; carnalibus rebus infixi [ per caſus & lapſus ] hoc eſt, per
peccata in deum & proximum, vel per ſpiritualia & carnalia vitia. [ Attẽdite fratres mei
verbo meo inclinate aurem veſtram, volentes deum reconciliare iterum vobiſipſis, & ꝑ
veram conuerſionem commutare eum ] à rigore iuſtitiæ ad effectũ clementiæ. [ Audiens
ego infirmus eſſe quandam magnam & peregrinam ] id eſt, inſolitam [ humilitatem &
inſtitutionem degentium ] hoc eſt, obſeruantiam fratrum habitantium [ in manſione ſin
B gulari ſemota, carcere dicta, ſuppoſita præmemorato illi luminarium luminari ] id eſt,
ſubiecto præfato abbati, qui fuit luminare præcipuum & lumen multorum perfectorũ
virorum, qui luminaria erant [ exoraui iuſtum ] videlicet, dictum abbatem, [ vt me per
mitteret ibidem accedere. Etenim auditum præbuit meæ obſecrationi & conſolationi ]
quæ conſiſtebat in hoc vt viderem fratres illos incarceratos (magnus) ille abbas [ qui nũ
quam pœnitus voluit animam contriſtare ] id eſt, inordinato mœrore aut iniuſte affligẽ
re. [ Cum igitur acceſſiſſem in manſionem pœnitentium & vere in regionem lugentiũ,
vidi veriſſime vtiq; (niſi præſumptuoſum ſit dicere) quæ nec oculus hominis negligentis
aſpexit, & auris puſillanimis non audiuit, & quæ in cor hominis ocioſi non aſcenderunt
vtpote verba & geſta deum quaſi violentare & ſuperare valentia, adinuentiones (& fi
guras) id eſt, diſpoſitiones ſeu maneries (celeriter incurantes) hoc eſt, ad ſe trahentes ac
prouocantes (benignitatem) dei, vidi enim quoſdam illorum noxiorum (innoxiorum)
id eſt, qui ante culpabiles erant, ſed tunc per pœnitentiam à culpis præteritis erant inno
xij ſeu purgati, cunctis noctibus vigiles vſque mane ſtantes ſub æthere, habentes pedes
immobiles miſerabiliterq; confractos ex violentia illa naturæ, & ſomni defectu, qui dei
cientes ſeipſos increpabant ſe ignominijs, id eſt, improperijs nullam ſibi requiem largi
entes. Vidi alios miſerabiliter aſpicientes in cœlum, inuocantes ſibi auxilium inde cum
C fletibus & lamentis ac vocibus. Alios vidi in oratione ſtantes, & more damnatorum te
nentes manus ſuas retro ligatos, qui vultum ſuum obſcurum, diſcoloratum ac triſtem
declinantes in terram iudicabant ſe indignos aſpicere ſurſum in cœlum & (aperiati) id
eſt, laborantes vel depauperati. [ à cogitationibus ſuis & confuſione ſeu pudore conſci
entiæ ſuæ nec habentes quod ad deum dicerent, nec inuenientes vnde aut qualiter ora
tionem formarent, exhibeant Deo ſolum animam ſine voce, & mutam mentem ſiue ra
tione ] id eſt, ſiue rationabili conſideratione diuinæ miſericordiæ [ ad tempus repletam
tenebris & exilij deſperatione ] id eſt, grandi mœrore & vitiorum ſuorum ponderatione
mœſtiſſima, ex quibus oriebatur in eis deſperatio aliquantula conſiderabant enim ni
mis moroſe & acute propriam defectuoſitatem & culpam abſq; permixtione conſidera
tionis pietatis diuinæ, & abſque admixtione conſolationis ac reſpirationis internæ, quę
concipi ſolet ex inſpectione & confidentia miſericordiarum altiſſimi. Idcirco aliqualiter
deſperabant per reſpectum ad infirmitatem culpamq; propriam, non tamen ſimpliciter
deſperabant, nec iugiter inhæſerunt præfatæ conſiderationi ſuæ iniquitatis & mœrori
inde prouenienti, ſed tandem in miſericordijs altiſſimi reſpirabant. [ Alios vidi in paui
mento ſedentes in ſacco & cinere, qui faciem genibus operientes percutiebant frontem
in terram. Alios vidi pectus ſuum ſemper tundentes & ad memoriam reuocãtes vitam
ſuam & animam ſuam recolligentes. Nam aliqui balneabant pauimentum lachrymis
ſuis, aliqui vero lachrymari non valentes, cedebant ſe diſciplinis. Quidam autem [ qua
ſi ſuper mortuos ſic vlulabant ſuper animas ſuas, non potentes ferre formidinem atque
gg angustiam

anguſtiam tribulationis proprij cordis. Nonnulli corde frĕdebant, non valentes ſe vl- D
terius continere. Vidi ibi quoſdam excedentes ſeipſos more & mœrore ac meditatione
exaggerantes proprias culpas, ex multa mœſtitia ſtupentes & mutos effectos, totos af-
flictionibus contenebratos & inſenſibiles factos ad om̄ia quæ ſunt vitæ præſentis, men
tem ſuam profundantes de cætero in humilitatis abyſſum, & exfrigentes igne ignomi-
niæ lachrymas oculorum, alius triſtitia plenos vidi ſedentes intuenteſq́; terram, mouen
teſq́; capita ſua indeſinenter & inſtar leonum emittentes rugitus de medio cordis ſui,
dentibus quoque frendentes & anguſtiantes. Porro quidam eorum bona ſpe poſtula-
bant perfecte remiſſionem & obtinuerunt, alij iudicabant ſe indignos ex indicibili hu-
militate clamantes ſe non poſſe ſatisfacere D E O, nec reddere rationem. Alij depre-
cabantur deum nunc cruciari & in futuro miſericordiam inuenire. Alij demum cum eſ-
ſent ſub onere conſcientiæ prorſus perterriti ſyncere dicebant: Domine pater ſi poſſibi-
le eſt, nec cruciemur, nec regno digni efficiamur & ſufficit nobis.] Circa hoc quæritur,
qualiter poterant dicere hoc ſyncere. Et reſpondendū quod nō abſolute rogabant hoc,
ſed ſub conditione, vtpote ſi eſſet poſſibile, i. non contrarium præordinationi diuinæ ar
bitrabantur quippe ſibi inſtare tantum damnationis periculum, quod quantum in ipſis
erat, fuiſſent contenti de medio illo inter ſaluationem & cōdemnationem. Talis autem
voluntas potius quædam velleitas quā perfecta voluntas, nec fuit culpabilis, ſed potius E
bona ex ſua radice. Veruntamen quod dixerunt, nec ſaluemur, nec cōdemnemur poſſet
dupliciter intelligi. Primo vt optaſſent non eſſe nec remanere poſt vitam hanc. Secun-
do, quod optaſſent eſſe quaſi in ſtatu infantum non baptiſatorum, qui nec habent pœnā
ſenſus nec digni ſunt regno cœleſti, quod vtiq; deſiderabilius eſſet quam prorſus non eſ
ſe. [Vidi ibi animas humiles] & contritas & incuruatas exiſtentes ſub pondere oneris]
.i. ſub grauamine ex vitiorum conſideratione [potētes cōpungere ſenſum lapideum per
voces ſuas exclamatas ad deum, aſpicientes nanq; in terram ita dicebant. Scimus ergo
o domine ſcimus, quoniam digni ſumus omni tormento & pœna & iuſte. Nanq; enim
de cætero ſumus ſufficientes ad ſatisfactionem & rationem reddendam ſuper multi-
tudine debitorum noſtrorum etiam ſi conuocauerimus vniuerſum orbem ad flendum
pro nobis, & flentem nobiſcum. Illud autem ſolum modo petimus, deprecamur, & exo-
ramus, ne in furore tuo arguas nos, neq; in ira tua corripias nos, neque crucies nos iu-
ſto tuo iudicio, ſed parce & ſufficit nobis & libera nos à multis comminationibus tuis
& à tormentis diſſimilibus, & innominatis atq; occultis] hoc eſt, ab infernalibus pœ-
nis quæ valde diſſimiles ſunt pœnis huius ſæculi, nec omnes diſtincte cognoſcuntur à
nobis. Idcirco eas proprijs appellationibus explicare nequimus, ſed latent nos pro
maxima parte. [Non enim audemus remiſſionem petere ad perfectum in finem,] id F
eſt, plene finaliter vt ſcilicet, dimittas nobis omnino pœnam cum culpa. Hoc dixe-
runt ex profundiſſima humilitate & peccatorum ſuorum acutiſſima conſideratione,
non ex infidelitate aut ignorantia, quaſi putauerunt miſericordiam dei non eſſe infini-
te maiorem om̄i malitia hominum. Ideo ſubditur [ſicut qui promiſſionem] id eſt, pro-
feſſionem [noſtram non cuſtodimus ſed violamus ipſam poſt priorem benignitatem
& remiſſionem,] id eſt, poſt gratiam conuerſionis noſtræ, qua primo religionem in-
trauimus, & veniam vitiorum in ſæculo contractorum ſemel accepimus, præſertim in
profeſſione, in qua creditur dari gratia, quæ in baptiſmo confertur, vt quidam patrum
ſe vidiſſe perhibuit. Et Thomas ſuper quartum tangit ſententiarum. Hi autem deuo-
tiſſimi pœnitentes quamcunque inobedientiam reputabant ſuæ profeſſionis viola-
tionem. Nam venialia abhorrebant ac deplorabant quaſi mortalia. Sane amici ibi vere
ibi erat manifeſte & efficaciter contemplari verba Dauid,] videlicet, [homines miſeros
factos & incuruatos vſque ad finem vitæ ſuæ, totaque die contriſtatos ingredientes &
putreſcentes corruptis cicatricibus corporis & abſque omni ſolicitudine exiſtentibus,
qui obliti erant comedere panem ſuum, poculum aquæ miſcentes cum fletu qui pul-
uerem & cinerem cum pane & pro pane edebant, qui oſſa habebant adhærentia carni
& ipſi arefacti fuerunt vt fœnum. Nil erat apud eos aut ab eis audire niſi iſta & huiuſ-
modi vbatha, ha, vę, væ. Iuſte Iuſte. Quidā nanq; dicebant: Miſerere miſerere, alij miſera
bilius exclamabant: Indulge indulge dn̄e ſi poſſibile eſt.] Porro ꝙ addiderunt ſi poſſi-
bili



A bile eſt adiecerunt animo quod diuinæ omnipotentiſſimę pietati putauerint aliquid im
poſſibile eſſe, ſed ad inſinuandum enormitatem ſui exceſſus, quem ineffabiliter ponde-
rauerunt, inter illos erat videre linguas aduſtas & inſtar canum ex ore proiectas, aliqui
quoque in caumate puniebant ſeipſos, alij vero in frigore, nonnulli modicum aquæ gu-
ſtantes requieſcebant, & refrigerium capiebant, tantum ne morerentur ex ſiti. Cæteri ſu
mentes valde modicum panis proiecerunt eum longe à ſe dicentes ſe indignos rationa
lium cibo, eo quod irrationabilia opera perpetraſſent, vbi in illis riſus, vbi verbum ocio
ſum, furor aut ira, qui neque ſciebant quod ira in hominibus eſſet? Quoniam luctus e-
orum perfecte extinxit in eis furorem & iram, vbi in illis contradictio, dies feſtus, confi-
dentia præſumptionis, cura corporis, veſtigium vanæ gloriæ, ſpes delitiarum, meditatio
vini, deguſtatio fructuum, conſolatio coctionis? Vbi delectamentum gutturis aut ſen-
ſualis dulcedo? Nempe ſpes & affectio omnium horum fuit extincta in eis. Vbi in illis
ſolicitudo alicuius terreni? Vbi aliquem iudicare? Certe nuſquam in vllo eorum. Iſta e-
tenim erant quæ ab illis continue dicebantur atque ad dominum clamabantur. Nam
quidam pectus ſuum fortiter tundentes dixerunt ad dominum, quaſi ſtantes in porta
cœli, Aperi nobis aperi iudex & vltor aperi, quoniam per peccatum clauſimus nobiſi-
pſis regnum cœlorum. Et quidem vnus eorum dixit: Oſtende faciem tuam tantum &
B ſaluabimur, alius vero illumina humiles ſedentes in tenebris & vmbra mortis & alter.
Cito anticipent nos miſericordiæ tuæ quia perditi facti ſumus nimis, quia deſperaui-
mus, per reſpectum ad nos, quia defecimus vehementer. Alij quoque dicebant, an ergo
vtiq; illuminabit Deus de cætero vultum ſuum ſuper nos. Et alij forſan pertranſijt ani-
ma noſtra aquam ſeu obligationem intollerabilem. Itemque alius forſan dominus de-
inceps conſolabitur vtiq; ſuper nos forte audiemus eum dicentem nobis exiſtentibus in
vinculis inſolubilibus, id eſt, difficulter ſolui valentibus, vtpote in hac incarceratione
perhenni aut in peccatis vel reatibus vitiorum. [Exite de inferno pœnitentiæ] hoc eſt,
de hac graui afflictione pœnitentiali [& indulgentiam ac abſolutionem] accipite forſan
introijt clamor noſter in aures dei, omnes vero ſedebant habentes mortem ſemper prę
oculis & dicebant [vtique quid eſt quod à debito eſt abſorptum] id eſt, quæ peccata in-
dulta ſunt nobis [vtique quæ ſatisfactio?] id eſt, quę vera & efficax eſt ſatisfactio noſtra.
[Nempe quis finis noſter?] hoc eſt, quis ſit qualem finem habebimus [putas forte eſt re
uocatio?] id eſt, eſt ne reditus ad priſtinam gratiam & an poterimus reduci ad illam.
[Forte indulgentia eſt uobis humilibus] id eſt, vilibus (condemnatis) huic carceri ad-
iudicantis [exiſtentibus in tenebris. Forte obſcuratio noſtra præualuit in conſpectu do-
mini introire. An Dominus iuſte eam auertit à ſe & repulſa & confuſa & humiliata] id
C eſt, vilificata ac reprobata. [Et ſi introijt, quantum obtinuit, quantum reconciliauit,
quantum profuit & peregit, quæ ex cordibus & buccis immundis emiſſa eſt, ne poſſidet
virtutem & cofidentiam multam? An forte iudicem reconciliauit in finem, an pro par-
te, an pro medietate culparum, & cicatricum noſtrarum? Magnæ] nanque ſunt culpæ
noſtræ, indigentes multis ſudoribus fatigationibus atq; laboribus. Putas appropinqua
uerunt nobis cuſtodes noſtri angeli ſancti, an loge à nobis ſunt. Illis enim non appro-
pinquantibus nobis omnis labor noſter eſt abſque profectu & humilitate, oratio enim
noſtra non habet virtutem confidentiæ nec pennam munditiæ vt ingrediatur ad domi-
num, niſi angeli præſidis noſtri nobis propinquent & ſumentes offerant eam Deo. De-
nique talia inter ſe conquirebant dicentes: O fratres an forte obtinuimus veniam, an for
te exauditionis participes facti ſumus? Forte denuo ſuſcipiet Deus, forte apperiet. Alij
vero reſponderunt ad iſta, quis nouit ſicut dixerunt fratres Niniuite, ſi quo modo con-
uertatur dominus à ſuo furore & redimat nos ſaltem à ſuo ſupernimio cruciatu] id eſt,
æterno ſupplicio. Nos nihilominus faciamus quod noſtrum eſt, & ſi aperuerit nobis be
ne quidem, ſin autem: Benedictus dominus Deus, iuſte vtique nos excludens verunta-
men perſeueremus vſque ad finem vitæ noſtræ pulſantes, forſan enim ipſe bonus ape-
riet multæ noſtræ importunitati atque inſtantiæ. Quocirca reſuſcitabant ſeipſos dicen-
do: curramus fratres curramus, curſus enim vobis neceſſarius eſt, curſuſque nimis ma-
gnus, quoniam bonam ſocietatem noſtram relinquimus, curramus non parcentes car-
ni noſtræ beſtiali ac ſordidæ, ſed occidamus eam ſicut occidit nos] id eſt, quemadmo-
 dum

dum traxit nos ad mortem culpæ, ſic quoque & nos mortificemus eam aſſidue per caſti D
gationem pœnitentiæ ſanctæ. [Quemadmodum & faciebant beati illi obnoxij] ſi hoc
accipiatur & intelligatur, quaſi prolatum & additum ore authoris, tunc ſenſus eſt, quod
ſicut pœnitentes iſti ex culpa præterita obligati & aſtricti ad carcerem, ſed tamen beati
in ſpe & merito per emendationem condignam ſicut inquam dixerunt ſeinuicem ex-
hortando, ita egerunt. Si autem verbum hoc accipiatur atque intelligatur quaſi prolatū
aut productum ore pœnitentium horum ſententia atque ſenſus eſt, quod admonebant
ſeinuicem exemplo prædeceſſorum ſuorum, qui ita ſatisfecerunt. [Vidi in illis genua a-
refacta ex multitudine atq; aſſiduitate genuflexionum & oculis extra factos ſeu promi-
nentes intuſq; partim concauos ad profundum priuatos capillis, genas quoque exuſtas
& etiam læſas, à calidarum lachrymarum feruore. Inſuper vidi quoque ibi facies maci-
lentas ac pallidas nil differentes in comparatione à vultibus mortuorum iamque putre-
factorum, pectora quoq; plagis dolentia ſanguiniſque liuores in pectore aggregatos ex
aſſiduis frequentibuſque tunſionibus pectoris. Vbi lectulus, vbi fortitudo aut mundi-
tia veſtium inter illos? Quia diſrupta ac ſordida & pediculis pulicibus ve operta & ple
na. Quid ſufficientia mali à dæmonibus vexatorum ad comparationem illorum.
Quid dolor lugentium deploratiumque mortuos, aut quantumcunque dilectos reſpe- E
ctu doloris ipſorum. Quid dolores in exilio degentium, aut propter homicidia incarce-
ratorum? Vere nihil dolor, cruciatus & inuoluntaria pœna horum eſt operatione ad
cruciatus & voluntariam pœnam illorum. Sed rogo O fratres nolite quæ dicta ſunt fa-
bulas reputare. Nam præfati incarcerati ac pœnitentes obſecrabant frequenter paſto-
rem ſuum prædictum Abbatem inter homines angelum, circumponi ſibi in collo ac
manibus ferramenta, & pedes ſuos compediri in cippo, nec ante mortē inde reſolui. Imo
nec ſepeliri: Non enim abſcondam à vobis etiam iſtam miſerandam humilitatem &
contritam charitatem ad D E V M, pœnitentiamque illorum veraciter beatorum.
Migratur nanque à corpore & protinus præſentandi iuſtiſſimo dei tribunali, quod eſt ſi
ne perſonarum acceptione, illi boni ciues regionis pœnitentiæ] vtpote incarcerati præ-
fati [deprecabantur cum iureiurando Abbatem per ſenem eis præpoſitum, ne vnquam
dignaretur eos humano ſepulchro, ſed inſtar brutorum proijceret eos in flumen aut in
campum ad beſtias. Cui petitioni frequenter conſenſit diſcretionis lucerna, videlicet,
Abbas iubens eos omni honore ac pſalmodia priuatos extra cimiterium ſepeliri. Por-
ro quam miſerabile ac pauendum ſpectaculum erat, videre extremam horam ipſorum.
Quando enim concarcerati ſciebant & præſentiebant aliquem ex eis protinus moritu-
rum, circundabant eum mente eius adhuc beneualente, ſcientes lugentes & deſideran-
tes more nimium miſerabili ac triſti ſermone interrogabant agoniſantem mouentes ca F
pita ſua ex compaſſione & pietate ardentes dicebant ad eum. Quid eſt O frater & ſi-
mul nobiſcum damnate] id eſt, huic carceri mancipate. [Quomodo & quid dicis, quid
ſperas & quid ſuſpicaris? Obtinuiſti intentum per tuos labores & conatus an non ob-
tinuiſti? Perueniſti an non? Accepiſti certificationem an habes incertam ſpem? Ac-
cepiſti libertatem, an adhuc frangitur & dubitat cogitatio tua? Sentis aliquam illumi-
nationem in corde, an cor tuum adhuc tenebroſum & offuſcatū eſt, & ignominia qua-
Iohan. 5 dam confuſum? Eſt ne facta in te vox aliqua dicens: Ecce ſanus factus es, dimittun-
Lucæ 7 tur tibi peccata tua. Vel: Fides tua te ſaluum fecit? An forte adhuc audis vocem qua di-
Pſalm 9 citur: Conuertantur peccatores in infernum. Et tollatur e medio impius ne videat
Iſaiæ 66 gloriam D E I. Et ligatis manibus ac pedibus mittite eum in tenebras exteriores.
Matth. 26 Quid ſimpliciter dicis o frater, deprecamur dic nobis, quatenus & nos agnoſcamus ad
qualia veniemus. Tuum nanque tempus finitum eſt & non inuenies aliud vlterius inæ-
Pſalm. 65 ternum. Ad hæc alij agoniſantium reſpondebant: Benedictus dominus qui non amo-
uit orationem noſtram & miſericordiam ſuam à nobis. Alij vero in hunc modum:
Pſal. 123 Benedictus dominus qui non dedit nos in captionem dentibus eorum. Quidam au-
tem doloroſe, captioſeque dicebant: Forſitan pertranſibit anima noſtra aquam intol-
lerabilem, ſpirituum malignorum in aere volitantium, non præſumentes, ſed meditan-
tes ac metuentes quid de ipſis fieret in illo poſitorio rationis, alij demum reſpondebant
aliquid doloroſius iſto dicentes: Væ tibi o anima mea quæ profeſſionē tuam non cuſto





A diſti immaculatam atque ab omni vitiorum labe puram, in hac ſola hora cognoſces
quid tibi paratum eſt, Ego vero o pater Iohannes iſta conſpiciens apud illos paulo mi-
nus deſperaui meipſum, videns indifferentiam] id eſt, communitatem ſuperficialitatem
ſeu incuſtodiam meam [& comparans eam ad differentiam] id eſt, ſingularem compun-
ctionem ſatisfactionem atque cuſtodiam [illorum malorum vere pœnitentium] qui an-
te mali fuerunt ſeu rei. [Nempe qualis erat ſtatio & habitatio loci] hoc eſt, ſitus ac diſpo
ſitio carceris. [Tota fœtens tenebroſa ſordida & caliginoſa [Ita quod ipſe aſpectus loci
fuit magiſter totius luctus & pœnitentiæ vniuerſæ [Rationabiliter nanq; & bene appel-
latus eſt carcer.] Sed ea quæ alijs ſunt grauia, contraria & inſuſceptibilia ſunt acceſſibi-
lia atq; faciliter ſuſceptibilia his qui ceciderunt ex ſpiritualibus diuitijs ac virtutibus] id
eſt, qui à priſtina perfectione virtutum actuumq; bonorum prolapſi ſunt [anima nanq;
priuata priori fiducia, & lapſa à ſpe impaſſibilitatis] hoc eſt, expurgationis à paſſionibus
[frangenſq; & aperiens ſignaculum caſtitatis] id eſt, votum continentiæ ſiue propoſitū
puritatis [& paſſa deprædationem à diuitijs chariſmatum] hoc eſt, ſpoliata priori abun-
dantia diuinorum chariſmatum [& alienata à conſolatione diuina, quæ irritauit com-
poſitionem, pactumq; domini] id eſt, obligationem & fœdus ſuæ profeſſionis cum deo
initæ violauit [extinguens pulchritudinem bonis ignis lachrymarum] hoc eſt, ſyncerita-
tem diuini feruoris, ex quo lachrymæ ſaluberrimæ profluunt, in ſe opprimens & offu-
B ſcans per negligentiam ſuam & ſenſualem amorem, ſeu per quodcunq; aliud mortale
peccatum [& percutitur & plagatur horum memoria] id eſt, ex recordatione perfectio-
nis feruoris & compunctionis ſuæ prioris rurſus compungitur, ac dolore quodam inter
no ſalubriter vulneratur [non ſolum præfatos labores & dolores cum omni prompti-
tudine ſuſcipier, ſed & pie ſtudent inuenire qualiter valeat & ſeipſam interimere ſecun-
dum fidem per virtutum exercitia] hoc eſt, quomodo poſſit ſeipſam vitaliter ac fideliter
mortificare per exercitationes virtuoſas, ac diſciplinares, quibus iugiter ſeipſam caſtiget
omnes proprias voluntates & ſenſuales affectiones omnino conculcet [ſi tamen in ea
ſunt ſcintillæ aut reliquiæ charitatis timoriſue dei] id eſt, ſi modicum quid diſpoſitionis
ad priſtinam opulentiam ſpiritualem perſeuerant in ea. Quemadmodum enim in noui-
ter conuerſis poſt contritionem & abrenuntiationem manent ad tempus reliquiæ vitio-
rum præteritorum, videlicet pronitas ſeu inclinatio ad peccandum, & debilitas reſiſten-
di. Ita in his qui à perfectione & internis diuitijs corruunt, manent ad tempus poſt la-
pſum reliquiæ præteritorum bonorum. Quæ reliquiæ ſunt quædam abilitates & diſpo-
ſitiones ad bona præterita [quales erant vere iſti beati] hoc eſt, prædicti incarcerati. [ha
bentes enim in mente quæ diximus, & recogitantes altitudinem virtutum à qua corrue-
runt, dicebant: Recordamur feruoris & ſolicitudinis, quos habuimus in diebus anti-
C quis. Alij ad deum clamabant: Vbi ſunt miſericordiæ tuæ antiquæ domine, quas oſten- Pſalm. 88
diſti animæ noſtræ in veritate tua? Memorare obprobrij atque anguſtiæ ſeruorum tuo- Iob 29
rum. Et aliter: Quis (inquit) me ponet iuxta menſes priſtinos, in quibus cuſtodiebat
me D E V S, quando ſplendebat lucerna luminis eius, ſuper caput cordis mei.]
id eſt, apicem intellectus [ſicque recordabantur deuotionum ſuarum primarum & in-
ſtar paruulorum lugentium hæc dicebant: Vbi orationis mundicia? Vbi alacritas ſpei
in domino? Vbi dulce donum pro amaro lachrymarum,] hoc eſt, vbi iam eſt priſtina
conſolatio, pax pectoris, ſynceritas cōſcientiæ, pro quibus amiſſis afficiamur modo acer
bis his fletibus [vbi ſpes omnimodæ caſtitatis ac puritatis? Vbi expectatio beatæ impaſ
ſibilitatis?] id eſt, plenæ reformationis à paſſionum exceſſibus. [Vbi confidentia ad ab-
batem? Vbi in nobiſipſis efficax operatio orationis? Perierunt omnia iſta & defecerunt
quemadmodum aliqua nuſquam apparentia, & quaſi non exiſtentia exterminata ſunt,
& celeriter abierunt. Nempe aliqui iſta dicentes ac clamantes optabant dæmonem,] id
eſt, à diabolo poſſideri, quatenus ſuſtinendo afflictionem eius in vita hac, eruerentur
à pœnis vitæ ſequentis. [Aliqui vero orabant D E V M, incurrere magnam infirmi-
tatem. Quidam optabant oculis montruoſe erutis faciem perdere, ſpectaculumq; miſera
bile fieri ac præponi. Nonnulli rogabant effici paralitici & contracti, & ſolum non ex-
periri afflictionem pœnarum eis venturam] vt formidabant niſi hic ſatiſfacerent plene,
[Ego vero o dilecti oblitus ſum meijpſius immorando in medio illorum degentium, in

pœnitentiæ regione, & totius pariter mente raptus meipſum continere nequiui]ab admiratione,compunctione & lachrymis [ſed redeundum eſt ad ſermonem . Permanens ergo in carcere illo per dies triginta,redij ad cœnobium magnum impatiens,] quod in carcere diutius permanere non potui, ac contra proprias culpas indignans ac mœſtus. [Redij itaq; ad abbatem, qui aſpiciens me totum quaſi alienatum atq; ſtupentem cognouit ſapientiſſimus cauſam alienationis, dixit mihi: Quid eſt pater Iohannes vidiſti certamina fatigantium?] id eſt, pœnitentialia exercitia fratrum incarceratorum ſeipſos laſſantium per exercitia ſua laborioſa,quantum ad corpora ſua,qui etiam dæmones fatigabant,affligebant ac ſuperabant ſua humilitate pœnitentia,charitate,exercitijsque prætactis.[Ego vero dixi:Vidi pater & ammiratus ſum, beatioresq; dixi illos lapſos & taliter pœnitentes his qui lapſi non ſunt neque lugent,quia per lapſum reſurrexerunt reſurrectione non periculoſa.Qui ait: Ita ſe habet res. Et retulit mihi verax lingua ipſius, quia ante decem annos habui hic fratrem operatorem & omnino ſolicitum,quem cum talem viderem & ſpiritu tam feruentem, tremebam ac formidabam inuidiam diaboli contra eum,& inde timui ei ne forte feruenti curſu offenderet ad lapidem,quod euenire velociter currentibus ſæpe contingit, ſicut & contigit fratri huic.Deinde redit ad me veſpere iam profundo & plagam ſeu culpam ſuam nudam mihi mõſtrauit,quærite emplaſtrum,petit aduſtiones] id eſt, duras correctiones[vehementiſſime turbabatur. Deinde E videns] me [medicum] ſeu paſtorem ſuum[eo dure vti non volẽtem,quoniam & compaſſione extitit dignus] ſeipſum proſtrauit in pauimentum, pedes meos amplectens, & eos ſufficienter lachrymis lauans, ac poſtulans condemnari ad carcerem quem vidiſti. Impoſſibile inquiens eſt me illuc non ire. Et ita vim intulit vt transferret viſceroſitatem medici in duriciem] hoc eſt,charitatem & pietatem mei qui ſpiritualis eius medicus fui ad diſciplinæ rigorem[quod rariſſimum eſt ſuperclariſſimumq; infirmis. Acceſſit ergo celeriter pœnitentes fit eis communicator in planctu atque comparticeps promptus ac condolens. Itaque habens cor plagatum per charitatem,quaſi triſtitiæ gladio octaua die migrauit ad dominum,petens non ſepeliri:Ego vero tanquam condignum hunc attuli & cum patribus ſepeliui,eo quod poſt ſeruilem hebdomadam] id eſt, poſt ſeptem pœnitentiæ dies in quibus ſeruiuit deo humillime [octaua die ſolutus eſt]à corpore & carcere pœnitentiæ[& liber factus eſt] à reatu peccati. [Eſt autem quidam pro certo cognoſcens quod ante ſurrexit à vilibus ac ſordidis pedibus meis quam deum reconciliaret,] id eſt, deum ſibi placaret per tantam ſuam contritionem & humiliationem.[Nec mirū. Nam corde reſumens fidem illius fornicatricis] id eſt, beatiſſimæ Mariæ Magdalenæ, quæ ante ſuam conuerſionem fuerat fornicatrix ad minus ſpiritualiter imo & corporaliter vt ſentire videtur Gregorius dicens:quod mulier illicitis actibus intenta, & cætera. F [& ipſe promeruit talem plenitudinem certificationis de venia] quæ tamen certificatio facta eſt alteri de ipſo, [Promeruit inquam vides pedes meos lachrymis ſic rigando.

Marci 9 Porro dominus dixit Marci nono: Quia poſſibilia eſſe credenti,Vidi immũdas animas circa concupiſcentias carnis inſanientes & furioſe] id eſt, cum impetuoſa & libidinoſa irrationabilitate effuſas(quæ) animæ [ex inſani & carnalis amoris experiẽtia ſumentes occaſionem ad melius [tranſtulerunt ſancte eundem amorem ad dominum] id eſt, carnalem & turpem amorem mutauerunt virtuoſe in diuinam dilectionem. Forſan enim ſic cogitabant,ſi tanto amore afficimur ad carnem mortalem quantomagis deum amaremus merito plus intenſe [& confeſtim ſupergredientes omnem timorem] id eſt, carnalem & ſæcularem timorem vincentes, à ſeruili quoq; timore ad altiorẽ charitatis gradũ aſcendentes[inſatiabiliter actę] hoc eſt,inexplebili deſiderio proficiendi motæ à ſpiritu ſancto[in dei charitate inſertæ ſunt]hoc eſt,diuino amore ſunt informatę & deo feruentur vnitæ in bonam quoq; oliuam ex oleaſtro ſunt inſitæ. [Quo circa Chriſtus non dixit de illa caſta fornicatrice,] id eſt, poſt fornicationem effecta caſta, vtpote ſacratiſſima Magdalena, q̃niam timuit & dilexit multum. Et potuit opportune amore amorem repulſare] id eſt, Magdalena illa conuenienter potuit à ſe abijcere amorem carnalẽ ſpirituali amore.[Et o admirabiles]patres ac fratres[nõ ignoro ꝙ certamina illoꝝ beatorum pœnitentium,quæ narraui videantur quibuſdã incredibilia. Alijs vero videbunt q̃ſi deſperationem inducentia,vir aũt virilis]vtpote vere virtuoſus ac diſcretus[ſumet ex eis magis ſtimulũ & ſagittã ignis].i. illoꝝ exẽplis amplius accẽdet, amoriſq; iaculo pfodietur



A dietur [& zelum]proficiendi[portans in corde perget,]ad imitandum vtcunque exempla illorum,certus quod Deus qui dedit illis gratiam tantam, poſſit & ſibi aliquid dare [Qui huic promptitudini ſubiectus eſt, & deficit ab ea]id eſt,prætacta alacritate feruet, & ei ſe ſubijcet, nec poteſt eandem opere exequi,aut ab ea refriguit, [hic cognouit propriam infirmitatem.]Nam eam ex ſua deficientia & inſufficientia experietur.[& poſſidens humilitatem per accuſationem propriæ culpæ] ex qua accuſatione humilitas oritur ac fouetur [priore poſterius currit.] hoc eſt,poſt hanc ſuæ infirmitatis recognitionem,adiutus à ſpiritu ſancto currit curſu ac feruore priore,vtpote tam prompte ac feruide,ſicut ante in ſua prima deuotione. [Ignoro vero,ſi non & pertingens apprehendit.] hoc eſt,ſi taliter currens non adipiſcitur præmium beatorum,tunc ignarus & imperitus ſum. [Porro vir negligens non accedat, nec audeat iam prædicta,] de incarceratorum illorum pœnitentia[nequando deſperans diſpergat & diſſipet idipſum modicum quod operatur.]hoc eſt,ne parua opera bona ac pœnitentialia quæ peregit à fructu & mercede euacuet atque poſtponat,deſperando ex conſideratione imperfectionis, defectuoſitatiſq; ſuæ, reſpectu feruoris & pœnitentiæ incarceratorum illorum, [& fiet ſuper eum quod fatur eloquium] hoc eſt,in eo complebitur verbum C H R I S T I, in euangelio aſſerentis:[Ab eo qui non habet,etiam & illud quod videtur habere, auferetur ab eo.]hoc eſt,qui promptitudinem perfectam non habet, imperfectam ſuam promptitudinem perdet. Matth. 13

B [Nam lapſi in factum iniquitatum]hoc eſt,foueam vitiorum,[non ſolemus naturaliter inde trahi aut egredi,niſi fuerimus ingreſſi in abyſſum humilitatis pœnitentium,] hoc eſt, non ante relinquimus vitia conſueta, niſi adepti fuerimus profundam pœnitentium humilitatem,per quam accuſemus & dijudicemus noſipſos,& confiteamur tantos noſtros exceſſus. [Sane alia eſt mœrens humilitas lugentium,& alia eſt condemnatio conſcientiæ adhuc peccantium.]hoc eſt,humilitas deplorantium ſua peccata, atque vitantium ea, multum quidem hæc differt à condemnatione, qua conſcientia permanentium in ſuis peccatis eos condemnat ſeu reprobat. Quæ condemnatio ſeu accuſatio propriæ prauitatis, vocatur quædam humilitas, ſeu humiliatio ſuijpſius, non quod ſit vera virtus, aut actus virtutis, quum tales ſint in peccato mortali:ſed eſt diſpoſitio ad virtutem, & ſimilitudinem habet cum ea. Humilitas autem lugentium dicitur mœrens, quoniam ad ſalubrem mouet triſtitiam. [Alia quoque eſt ditans humilitas, perfectis adueniens per operationem Dei.] Hæc enim humilitas perfectorum eſt altior illis duabus.Quæ dicitur ditans, quia meretur abundantiam diuinorum chariſmatum, aduenitq; perfectis per operationem, quia confertur eis per infuſionem à ſpiritu ſancto tanquan præcipuum munus ipſius. [Non feſtinemus hanc tertiam verbis euenire] hoc eſt, non æſtimemus & properemus ad hoc, quod iſtam perfectorum humilitatem adi-

C piſci poſſimus per ſola verba, vtpote pulchre loquendo de ea,ſicut nonnulli blandiuntur ſibi de humilitate, cum fuerint copioſe locuti de ea. [Taliter enim curremus in vanum]hoc eſt,hoc putando fruſtra conamur.[Nam ſignum ſecundæ humilitatis eſt perfecta patientia improperij & ignominiæ. ] Secunda quippe humilitas, eſt accuſatio & condemnatio,qua iniqui in vitijs permanentes dijudicant ſemetipſos,& ſignum quod ex corde hoc faciant eſt, ſi æquanimiter ferant iniurias & tribulationes ſibi inflictas, recognoſcendo ſe dignos eiſdem propter ſua peccata. Vel potius ſecunda humilitas,eſt humilitas ex contritione lugentium.[Tyrannizat & ſuper lugentẽ ſæpius præſumptio,] hoc eſt, ipſi qui ſalubriter lugent, frequenter tentantur de præſumptione, & ipſa præſumptio tanquam tyrannus eos importune moleſtat. Suggerit nanq; eis diabolus,vt de meritis & viribus ſuis præſumant, magna ſentiendo de ſe,eo quod habeant gratiam lachrymarum, quæ ſolet eſſe indicium ſpecialis deuotionis. [Et non eſt mirum]quod ita tentantur,quoniam occaſionem habent ad hoc ex ſpeciali hoc munere dei. [De iudicijs & lapſibus ſermo tenebroſus eſt, ] hoc eſt, tractare & loqui de occultis Dei iudicijs circa homines,& de varijs hominum lapſibus ſeu ruinis,eſt valde difficile & obſcurum. [& omni animæ incomprehenſibilis,] hoc eſt,nulla anima viatrix poteſt perfecte comprehendere talem ſermonem.[Qui quidem ſunt per negligentiam,] hoc eſt, qui lapſus ſeu culpæ contingunt homini ex negligentia ſua, qua omittit implere quod in Prouerbijs ſcriptum eſt:Omni cuſtodia cuſtodi cor tuum. Prou. 4 Et illud:Memorare nouiſſima tua, & in æternum non peccabis. Ecci 7 [Qui vero ex permiſſione diſpenſatiua,] id eſt,qui lapſus

 acci-

accidunt homini Deo id permittente, moderamine pio ex ratione occulta, ſic enim la- D
pſus eſt princeps Apoſtolorum ter C H R I S T V M negando. [Qui vero lapſus
ſunt nobis euenientes per animaduerſionem D E I,] hoc eſt, iuſto omnipotentis iu-
dicio rigoroſo, qui propter præcedentis peccati demeritum per pœnitentiam non dele-
tum, permittit ex diuina iuſtitia cadere hominem in aliam culpam, etiam quandoque
grauiorem. Sic enim idem peccatum, eſt peccatum & pœna peccati. [Quidam autem
narrauit quod dicam, quoniam celerem conuerſionem poſſidemus à lapſibus contin-
gentibus nobis ſecundum diſpoſitionem,] hoc eſt, velocius pœnitemus de culpis, quas
incidimus ex diſpenſatione diuina, ſeu permiſſione diſpenſatiua. In tali enim caſu Deus
pronior eſt ad præueniendum gratioſe eum qui corruit. Siquidem propter maius bo-
num permiſit cadere illum. [Non enim permittit nos Deus ſupra multum detineri,] id
eſt, quamuis Deus occulta diſpenſatione permittat interdum electos ſuos in aliquas
ruere culpas, non tamen permittit eos nimis multum detineri in eis. Quemadmodum
patet in Dauid & Paulo apoſtolo, multiſq; alijs. Interdum tamen permittit quoſdam
electos vſque ad diem mortis detineri in vitijs, vt patuit in latrone, & in his qui pœni-
tent circa finem. [Qui cecidimus contra dæmonem triſtitiæ præ omnibus pugnemus.]
hoc eſt, quando peccauimus, ſpecialiter reſiſtamus diabolo, qui conatur ad mortiferam
triſtitiam, puſillanimitatem aut deſperationem pertrahere. [Ipſe enim tempore oratio- E
nis aſſiſtens, & priorem confidentiam rememorans,] id eſt, diabolus aſtans nobis quan-
do oramus, & ad memoriam noſtram reducens qualem & quantam habebamus in deo
fiduciam ante lapſum [vult nos euacuare ante orationem.] hoc eſt, nititur nobis perſua-
dere, vt ab oratione ceſſemus, & ſpem exauditionis abijciamus à cordibus noſtris, pro-
pter exceſſus noſtros, quaſi exaudiri non valeamus. [Ne ſtupeas quotidie peccans,] hoc
eſt, de hoc quod quotidie peccans non ita mireris, vt ceſſes reſurgere, & actibus bonis
inſiſtere, quia humanum eſt peccare. Ideo ſubditur: [Neq; reſilias à bono inchoato,] & à
prælio contra peccata. [ſed ſta viriliter, & angelus cuſtodiens te reuerebitur omnino
ſufferentiam tuam.] hoc eſt, merito patientiæ tuæ te honorabit, & tibi reuerenter ſuc-
curret. [Quamdiu plaga eſt recens & calida, medicabilis eſt bene atque faciliter] hoc eſt,
ſicut corporale vulnus curatur facilius ſtatim cum fuerit inflictum, ita & culpa nondum
inueterata velocius poteſt curari. [Nam & plagæ neglectæ & temporaneæ, neque cura-
tæ,] hoc eſt, quæ diu abſque remedio medicinali dimiſſæ ſunt, [grauiter ſanabiles & me-
dicabiles ſunt, & ad medicinam earum indigent medicantes multo labore, & ferro, &
raſorio & igne.] Ita & vitia inueterata difficulter ſanantur, imo ad eorum medelam
opus eſt certe haud exiguo labore & ferro, id eſt, dura caſtigatione, & raſorio, hoc
eſt, acuta correptione, & igne correptionis internæ. Hinc ſubbitur: [Antiquatæ & multi F
temporis,] hoc eſt, plagæ ſeu culpæ diu continuatæ, aut ſine contritione & confeſſione
dimiſſæ, [inſanabiles ſunt.] hoc eſt, difficulter ſanabiles, ſicut & vulnera putrefacta labo-
Lucæ 1 rioſe curantur. [Apud Deum vero ſunt omnia poſſibilia.] Deus quippe eſt omnipotens
medicus animarum, idcirco de nullo eſt deſperandum. [Ante ruinam & lapſum dæmo-
nes dicunt Deum eſſe benignum, poſt lapſum vero dicunt eſſe durum.] hoc eſt, ante-
quam peccamus, dæmones loquuntur nobis interius, quod Deus ſit pius & pronus ad
indulgendum, vt per hoc ingerant nobis audaciam ad peccandum in ſpe. Quumq; fue-
rimus lapſi, ſuggerunt nobis quàm iuſtus & rigoroſus ſit Deus, quatenus ad deſperatio-
nem alliciant nos. [Non obedias dicenti poſt lapſum ſuper paruis defectibus & offen-
ſionibus, quia hoc aut illud non feciſti,] id eſt, non acquieſcas tentatori perſuadenti tibi
iam lapſo, vt excuſes te de peccatis tuis paruis & quotidianis, dicendo: non feci hoc aut
illud [Iſtud vero nihil eſt] hoc eſt, excuſatio talis nil valet [Multotiens nanque parua do-
na fecerunt ceſſare furorẽ iudicis multũ] Idcirco expediens eſt, vt peccata talia humiliter
fateamur, quatenus per hoc miſericordiã conſequamur. Vel ſic: Iſtud vero nihil eſt, hoc
eſt, non acquieſcas diabolo tibi ſuggerenti, ꝙ bona quæ agis non ſint alicuius momenti
ac meriti, propter quod debeant omnino poſtponi, ſæpe enim parua dona, &c. ſic quoq;
modica opera bona frequenter mitigant iram dei, præſertim ſi ex magna charitate, de-
uotione & humilitate procedant. [Qui in veritate vindictas & pœnas exoluit.]
id eſt,



A id eſt, iuſtas correctiones & diſciplinas ſponte ſuſtinet pro ſuis peccatis [reputat ſe quaſi
perdidiſſe omnem diem, in qua non luget pro ſuis culpis etiam ſi faciat aliqua alia bona
in ea die] nam principale ſuum intentum eſt culpas ſuas deplangere [nemo lamentan-
tium ſe] propter lapſus ſuos atq; offenſas [recipiet plenam certificationem repromiſſio-
nis in exitu] vtpote tempore mortis in talibus nanq; remorſus conſcientiæ vrget, eo ꝙ
nondum ſatisfecerint plene, ideo cum formidine diuini iudicij moriuntur [vbi ſpiritus
domini, ibi vinculum eſt ſolutum] hoc videtur ita ſonare quaſi ſpiritus domini nõ eſſet Matth. 5
in lugentibus ſuos lapſus, cum tamen ſit ſcriptum: Beati qui lugent, eſt itaq; ſenſus, vbi
ſpiritus domini, id eſt, ſpiritualis alacritas à ſpiritu ſancto infuſa aut teſtimonium ſpiri-
tus ſancti internum de remiſſione peccati, vbi vinculum eſt ſolutum culpa dimiſſa [vbi
humilitas inæſtimabilis & inuincibilis,] id eſt, precioſiſſima atque fortiſſima, qualis eſt
humilitas perfectorum [ibi vinculum eſt ſolutum ſimiliter. Qui enim ſine his duobus]
videlicet, ſpirituali alacritate & inæſtimabili humilitate [ſunt & decedunt, non ſeducun-
tur quia ligati ſunt] id eſt, non putent ſe pœnitus liberos & immunes, quoniam ſe ſi di-
miſſa ſunt eos peccata quantum ad culpam, non tamen totaliter quantum ad pœnam.
[Qui enim in mundo viuunt alieni ſunt à certificationibus his] quæ dantur his in qui-
bus eſt ſpiritus domini. Et perfecte humilibus [& maxime] alieni ſunt [à prima] cer-
B tificatione, quæ eſt vbi eſt ſpiritus domini. Iſtud communiter ita eſt. Veruntamen qui-
dam in mundo degentes ſunt perfecti & ſancti ex gr̃a ſpetiali, qbus certificationes iſtæ
donantur. Porro certificatio abſolute certa & plena de remiſſione peccati non habetur
ſine relatione diuina, quia ad illam certificationem conſequitur ineuitabiliter charitas,
quam nemo ſcit cum abſoluta certitudine ſe habere abſq; reuelatione. Certificatio aũt
probabilis poteſt haberi ex bono teſtimonio conſcientiæ bene diſcuſſæ. [Quidam
per miſericordias & eleemoſynas currunt,] hoc eſt, ad cœleſte regnum pertingere pro-
perant per corporalia atque miſericordiæ opera, [cognoſcentes lucrum,] id eſt, præ-
mium [ſuum in exitu.] quia in hora mortis ſuſcipiunt quod promeruerunt, & pro par-
uis ac temporalibus ſortiuntur æterna ac maxima bona [lamentans ac lugens ſeipſum,
non agnoſcet luctum ac lamentum, aut lapſum aut quærelam alterius.] id eſt, qui pro-
pria mala digne & efficaciter deflet, tantum habet agere cum ſeipſo, & ita occupatur in
propria cauſa, quod non aduertit nec obſeruat, neque inquirit, nec ſuperflue penſat cul-
pam, aut pœnitentiam aliorum. [Canis patiens morſum à fera, ampliore furore agitur
contra eam dolore plagæ] ſibi illatæ [furens incomparabiliter contra ipſam. [Ex hoc pa-
tet elici duplex doctrina. Prima eſt, vt & nos tanto vehementius accendamur contra
diabolum zelo iuſtitiæ, quanto grauius impugnamur aut læſi ſumus ab eo. Secunda eſt
C vt non inſtar canum iraſcamur iniuriantibus aut infligentibus ſeu corripientibus nos,
& huic ſenſui magis concordat quod ſequitur. [Attendamus ne ſtimulus & remorſus
conſcientiæ noſtræ ceſſauerit vnquam in nobis, non ex munditia] id eſt, puritate & in-
nocentia vitæ noſtræ [ſed ex malitia.] hoc eſt, vitioſa conſuetudine & obſtinatione, quę
mentem ita excæcant, quod ſua vitia non attendit, nec de eis habet remorſum. [ſignum
illius ſolutionis quæ eſt in lapſu] hoc eſt, iudicium ſatisfactionis pro culpa [eſt teipſum
ſemper debitorem] id eſt, peccatorem [exiſtimare] hoc enim eſt ſignum quod humilis
ſis, & deo complaceas, & per conſequens quod tibi ignouit. [Nihil eſt maius vel æquale
propitiationibus Dei.] de quibus pſalmo octogeſimo octauo canit Pſalmiſta: Miſeri- Pſalm. 88
cordias domini in æternum cantabo. [Qua ex re qui deſperat occidit ſeipſum.] Deſpe-
ratio nanque eſt mors animæ & peccatum grauiſſimum, & diuinæ pietati prorſus con-
trarium. Effectus quoque diuinæ pietatis excedunt cætera opera creatoris, ſecundum il-
lud quod Pſalmiſta ait: Miſerationes eius ſuper omnia opera eius. [ſignum ſolicitæ Pſal. 144
mentis & ſtudioſæ pœnitentiæ, eſt noſipſos reputare dignos vniuerſis tribulationibus
& aduerſitatibus nobis aduenientibus, viſibilibus & inuiſibilibus.] vtpote exterioribus
& interioribus [& adhuc amplioribus. Poſtquam Moyſes vidit Deum in rubo,] hoc Exodi 3
eſt, angelum in perſona Dei loquentem de medio ignis rubum operientis. [reuerſus
eſt iterum in Aegyptum, quæ quidem intelligitur ſeu interpretatur quaſi tenebratio ad
operationem laterum, quaſi intelligibilis Pharaonis.] hoc eſt, ad filios I S R A E L, qui
ſeruierãt Pharaoni in operibus duris luti ac lateris, quod Pharao rex Aegypti eis præce-
pit.

pit, inſtigante intelligibili Pharaone, puta diabolo, qui deſignatur per Pharaonem D
præfatum, ſicut & mundus in maligno poſitus, per Aegyptum. Moyſes quoque poſt
viſionem D E I prętactam, rediǰt ad aliquas culpas ſaltem veniales in Aegypto, qua-
ſi ad opera intelligibilis Pharaonis, cuius opera deſignantur per opera laterum, quæ rex
Aegypti impoſuit Iſraeli. [Sed rurſus regreſſus eſt Moyſes ad rubum,] qui fuit iuxta
montem Synai, [nec ſolum ad rubum, ſed & in montem,] hoc eſt, poſt opera illa Aegy-
pti rediǰt & peruenit ad altiorem Dei contemplationem in monte Synai, quàm ante in
rubo. [Qui ſcit hoc contemplatiuum verbum,] hoc eſt, qui eloquium iſtud ſpirituale
ac myſticum, quod narraui de Moyſe, ſapienter intelligit, [nunquam deſperabit. [Ex il-
lo namque verbo datur intelligi, quod homo contemplatiuus ac ſanctus interdum ca-
dit poſt ſublimes actus virtutum, & poſt contemplationes præclaras, nec tamen mox
penitus perit, ſed ſurgens recuperat quod amiſit, & altius creſcit quàm ante. [Magnus
Iob pauper efficitur, ſed iterum dupliciter diteſcit.] Reddidit enim ei dominus cuncta
duplicia. Per quod figuratum eſt, quod vir virtuoſus iterum peccãdo, perdit ſuam opu-
lentiam ſpiritualem, ſed pœnitendo fit cautior perfectiorq́ quàm prius. [Lapſus poſt
vocationem ſunt crudeles in his, qui puſillanimes & negligentes exiſtunt,] hoc eſt, pec-
cata poſt primam vocationem, conuerſionem, ſeu profeſſionem contingentia, grauius
nocent puſillanimibus ac negligentibus: quia ad deſperationem & vitioſum mœrorem E
ſunt proniores, nec alacriter ac feruenter reſurgunt, vt cęteri quidam, qui bonæ ſunt ſpei.
[ſpem impaſſibilitatis alaphis percutientes,] hoc eſt, lapſus tales percutiunt, hoc eſt,
ipſos puſillanimes ac negligentes inducunt ad percutiendum alaphis, hoc eſt, ad colo-
phizandum ac diſſipandum ſpem impaſſibilitatis, hoc eſt, fiduciam, quam ante lapſum
habuerunt de perueniendo ad plenam reformationem paſſionum ſuarum. Quum ete-
nim fuerint lapſi puſillanimitate, & negligentia propria fracti, ſuggerente aduerſario
noſtro diabolo, ceſſant à bonis exercitǰs inchoatis, [& beatum perſuadentes, arbitrari
ſaltem totaliter reſurgere de foſſa,] id eſt, lapſus iſti crudeles ſunt, etiam perſuadẽtes ne-
gligentibus, & puſillo animo exiſtentibus, vt arbitrentur beatum eſſe, & eis ad ſalutem
ſufficere ſi ſaltem per pœnitentiam à profundo ſuæ ruinæ reſurgant, & ceſſent ab huiuſ-
modi caſu, nec oportere aggredi opera perfectionis alta ac ardua. Ecce quàm periculoſa
eſt puſillanimitas iſta. [Vide vide quia nõ reuertimur ea via qua errauimus & ſeducti ſu-
mus] oportet enim per aliam viam reuerti ad patriam illam cœleſtem, & contraria cura-
re contrarǰs, vtpote vitia per virtutes, via nanq́ ſalutis contraria eſt viæ perditionis [ſed
per aliam viam breuiorem] .i. per arctam viam & anguſtam portam, quæ eſt via cõpen-
dioſa, oportet nos ad deum redire, viʒ. per vitam pœnitentialem & ſalubrem afflictionẽ.
Breuior quoq́ via eſt humilitas vera ſeu obedientia ſancta, vel cordis cuſtodia, quæ oĩa F
includuntur in vita pœnitentiali. [Vidi duos gradientes vno modo] .i. in eadem obſer-
uantia regulari [& victu conſimili & cõtemporanee] hoc eſt eodem tempore [& vnus
ſenior erat pręhabens in doloribus] .i. plura paſſus ac ſuſtinens grauiores labores. Alter
vera] fuit [diſcipulus ſenioris illius [& præcucurrit citius ſene & intrauit prior in monu-
mentum humilitatis] .i. cum minore afflictione & labore magis profecit & citius intro-
iuit in abyſſum humilitatis quàm ſenior, quoniam ea quæ fecit, cum maiori cordis feruo-
re & diligentia ac puritate ampliori peregit. Monumentum autem humilitatis, eſt ipſa
profunda humiliatio, qua optamus neſciri, abſcondi atq́ in cordibus aliorum tanq̃ non
exiſtentes pro nihilo reputari. Itaq́ non confidamus in temporis diuturnitate aut labo-
rum afflictione, quaſi in illis virtus meritorum conſiſtat, ſed totis viribus ſtudeamus pu-
ritati internę diligentię inceſſanti, charitatis profectui ac feruori, & humilitatis ſepulchro
intremus. [Attendamus vniuerſi, peramplius vero nos qui fuimus habentes & cadẽtes]
.i. qui aliquid gratiæ ac virtutum habuimus, atq́ hoc ipm peccãdo amiſimus [in corde
infirmitatem impǰ Origenis ſine deo] hoc eſt, attendamus vt infirma ac falſa doctrina
erronei Origenis, q extitit ſine deo, infirmetur ac reprobetur à nobis, & iſtud author in-
telligit de errore Origenis, quo dixit pœnas inferni tandem finiri. Qui error, imo quæ p-
fidia præſtat hominibus prauis peccandi audaciam, ſicut ſubiungitur. [Inquinata enim
mens allegans dei benignitatem] .i. credens & aſſerens deum eſſe tam pium, vt tandem
remittat inferni ſupplicia. [ſit leuiter receptibilis amoris concupiſcibilium & delectabi-
lium



A lium] id eſt, cito & faciliter admittit & recipit in ſe carnalem amorem ad ſenſibilia & vo-
luptuoſa obiecta. Ecce qualiter ſanctus vir iſte accenſus fidei zelo loquitur contra Ori-
genem, de quo & ſimili modo loquebatur ſanctus & magnus pater Pachomius. [In me-
ditatione mea magis vero in pœnitentia mea] videlicet in contritione, confeſſione & ſa-
tisfactione, quæ ſunt tres pœnitentiæ partes [exardeſcet ignis] id eſt, feruor orationis,
[omnẽ ſyluam ardentis] hoc eſt, infructuoſorum operum vitia tanq̃ ligna ſterilia cõſumen-
tis. [Præmemorati ſancti condemnati] .i. prædicti incarcerati perfectiſſime pœnitentes
[ſint tibi determinatio typus, exemplar & figura ad pœnitentiam,] peragendam, qua-
tenus corde, ore commiſſione & omiſſione ſequaris eos in pœnitendo, [& nequaquam
indigebis totaliter libro in tota vita tua] vt ex libro formã pœnitendi addiſcas, validio-
ra etenim ſunt exempla quam verba [quouſq́ illuceſcat tibi deſurſum Chriſtus Ieſus fi-
lius dei verus deus in reſurectione pœnitentiæ, ſolicitæ, ſtudioſæ] hoc eſt, quouſq́ Chri-
ſtus tibi appareat per illuminatiõem animæ tuæ ab ipſo, dum ſpiritualiter ſurgis per pœ-
nitentiam ſtudioſam ſolicitam .i. operoſam ac diligentem.

¶ De ſexto gradu, videlicet, de mortis memoria.

Articulus XIIII.

OMne verbum præcedit intentio] id eſt, verbum vocale præcedit tempore vel or-
dine naturæ conceptus interior, vel propoſitum aliquid inſinuandi. Nam ea quæ
B ſunt in voce, ſunt notæ ſeu ſigna conceptionum affectionumq́ animæ. [Memoria vero
mortis & offenſionum] id eſt, culparum [præcedit planctum & luctum] non quemli-
bet, ſed illum luctũ ac planctum qui procedit ex recordatione mortis aut culpæ, ſunt au-
tem & aliæ fletuum cauſæ, vt infra dicetur. [Quapropter ſecũdum propriũ ordinem in
ſermone ponunt] hoc eſt de memoria mortis & luctu in iſto tractatu conueniente ordi-
ne tractat, viʒ primo de memoria mortis in pſenti capitulo, deinde de luctu in ſequenti.
[Memoria mortis eſt quotidiana mors] .i. mortificatio ſuiǰpſius ſalubris. [Memoria ve-
ro exitus] .i. ſeparationis aĩæ à corpe [eſt ſingulis & cõtinuis horis ſuſpiriũ] .i. omi hora
atq́ aſſidue ſeu omni tempe oportuno ſuſpirare ac gemere ex compunctione interna &
dolore proprię culpæ, aut timore diuini iudicǰ ſeu deſiderio regni, vel propter acerbita-
tem & tentatiões atq́ pericula quæ occurrũt in morte. Interea quamuis mors & exitus
ſæpe pro eodem ſumantur, tamen hoc loco ex modo loquẽdi authoris videntur aliquo
modo diſtingui, ita vt mors ſumatur pro ipſa infirmitate mortifera ſeparationem aĩæ
à corpore inducente. Exitus vero pro ſeparatione hac ipſa [pauor mortis eſt proprietas
naturæ aduenięns ex præuaricatione inobedientis] hoc eſt pauor mortis eſt paſſio na-
turalis conſecuta ex tranſgreſſione ſeu inobedientia primi parentis, ex qua tranſgreſſio-
ne ſeu originali Adæ peccato, cõſecuta eſt & mors quæ eſt pœna peccati illius. [Fremor
C vero mortis eſt argumentum pœnitentiæ non actæ de offenſionibus] hoc eſt immode-
rata mortis formido, quæ interdum concutit corpus, eſt ſignum ꝙ talis non egit pœni-
tentiam de ſuis peccatis cõdignam. Ideo abbas Mutius dixit diſcipulo ſuo, quem vidit
in agone valde mortem timere. Vnde tantus timor mortis in te, niſi quia accuſatrix con-
ſcientia pergit tecum? [Pauet Chriſtus mortem, non tremit, vt duarum naturarum p-
prietates manifeſte declararet] id eſt, Chriſtus mortem naturaliter formidauit non in-
ordinate aut immoderate eandem exhorruit, quatenus per pauorem mortis demonſtra-
ret in ſe veritatem naturæ humanæ, & per hoc ꝙ illum pauorem tam poteſtatiue aſſum-
pſit atq́ abiecit, monſtraret in ſe diuinitatis potentiam. Volũtarie quippe & ex præuia-
ratione, non ex infirmitate naturę aſſumpſit illum pauorem, moxq́ cum voluit eundem
depoſuit, Propter quod pauor ille fuit in Chriſto propaſſio magis quàm paſſio ſecundũ
Hieronymum. [Quemadmodum panis eſt neceſſarius magis omnibus alimentis,] id
eſt, præ cæteris cibis magis neceſſarius eſt panis ad ſuſtentationem vitæ [ita intenta me-
ditatio mortis & dei] neceſſaria eſt ad abſtinẽdum à vitǰs & ad ſpiritalem profectum
[præ omnibus operationibus] id eſt, præ cæteris actibus hominis. Meditatio etenim
mortis ac diuinæ præſentię, facit vitare omne peccatum, & prouocat ad omnia bona a-
genda. Poſſet autem & ſic exponi, ita intenta meditatio mortis neceſſaria eſt præ om-
nibus operationibus dei, id eſt, præ cæteris bonis operibus quæ deus operatur in nobis,
iuxta illud Iſa. ſexag. ſexto cap. Quia opera noſtra operatus eſt nobis. [Memoria mor-
tis his qui ſunt mecum] id eſt, viuentibus in congregatione [gignit labores, dolores,
& exer-

& exercitationes, magis vero delectationem beatæ ignominiæ] hoc eſt, inducit & inci= D
tat eos labores & dolores pœnitentiales libenter ſuſtineant, imo & ſponte aſſumãt. Ad
corporales quoq; labores eis iniũctos atq; ad fatigationes & ſalubres dolores efficit eos
pronos. Et item ad hoc vt ſeinuicem pia intentione exercitent, & in ignominijs ac iniu=
rijs ſeu tribulationibus delectentur, q̃tenus in hora mortis refrigerium ſortiant. [Apud
eos vero qui ſunt ſolitarij] .i. in anachoritis ac ſolitarijs memoria mortis [parit depoſi=
tionem turbationis & tumultus curaꝝ indeſinentem orationem & mentis cuſtodiam]
Prouocat nanq; eos ad hoc vt remoueant à ſe motus turbationum, iram, impatientiã,
inquietudinem, orationibus quoq; inſiſtant aſſidue, & mentem ſuam ab omni p̃ſeruent
peccato. [Iſte vero eiuſdem memoriæ mortis & matres & filię extiterunt]. i. hæc tria, vi;
depoſitio turbationum atq; tumultuum, indeſinenſq; oratio & mẽtis cuſtodia, ſunt ma
tres ſeu origines memoriæ mortis, quia diſponunt ad ipſam, & ſunt filiæ eius in quantũ
procedũt ex ea. Nempe per hoc ꝙ homo quieſcit mente à motibus paſſionum, fit aptus
ad meditandum de morte. Indeſinenter quoq; orando habet frequenter mortem p̃ ocu=
lis, imo & promeretur gratiam meditãdi intente de morte. Similiter cuſtodia cordis pa
rit meditationem mortis perutilem. Rurſus qui mortem ſuam aſſidue & intente habet p̃
oculis faciliter ſpernit, vincit & abijcit paſſiones, turbationes, inquietudineſq; præfatas,
& ſemper orando ac mentem cuſtodiendo præparat ſe ad mortem. Sed prædictis obici E
poſſit, quia ſi eadem ſunt matres ac filiæ memoriæ mortis, vnum & idem erit prius poſte
riuſq; ſeipſo. Et reſpondendum ꝙ loquitur de eiſdem ſpecie non numero. [Sicut mani=
feſtum] .i. manifeſte diſtinctum eſt [ſtannum ab argento] quamuis in aſpectu ſimilitu
dinem habeant [ita apud ſapientes manifeſtus & clare diſtinctus eſt pauor naturalis vl
timi exitus, & timor eiuſdem, qui eſt præter naturam] vtpote immoderatus ex remorſu
conſcientiæ veniens. [Iſtud eſt enim verum argumentum memorantium dei & mortis
in ſenſu cordis]. i. cum guſtu interno & perceptibili quodam ſapore & cogitatione pro
funda [ſpontanea impaſſibilitas affectionis ad omnem creaturã] hoc eſt voluntaria ex=
purgatio ab omni inordinata & paſſionata affectione circa quodcunq; creatum [& per
fecta derelictio propriæ voluntatis] iſtud, inquam eſt iudicium ꝙ quis recordetur dei ac
mortis in ſenſu cordis, non ſuperficialiter tantum & qui ex tali meditatione diuini iudi=
cij imminentiſq; exitus pauet mortem, moderate metuit eam. [Probatus quidem eſt]. i.
bonus ac approbatus [qui mortem expectat ſibi quotidie] ita ꝙ habet ſe quaſi moritu=
rus quotidie oẽm diem ſuum cogitans quaſi diem ſuæ vitæ extremum [ſanctus vero eſt,
qui ex humilitate deſiderat hanc ſingulis horis,] non præſumendo de proprijs meritis,
ſed de miſericordia creatoris. Talis eñ perfectus eſt non habens conſcientiæ remorſum
de aliquo vitio expiando. [Non omnis cõcupiſcentia mortis eſt bona. Sunt enim aliqui
qui indeſinenter offendunt in habitus naturæ]. i. in naturales qualitates ac diſpões, hoc F
eſt qui aſſidue infirmant vel aduerſis grauantur, ſicq; impingunt aduerſus habitudinẽ
naturæ bene diſpoſitæ [& mortẽ optant cũ humilitate]. i. humiliter cupiunt eripi à præ=
ſentis vitæ miſerijs, dũmodo placeat deo. Sic enim Moyſes, Helias & Tobias grauati ad
uerſis & afflictionibus mortem petiſſe leguntur. [Et rurſus ſunt aliqui pœnitere nolen=
tes, & ex deſperatione aduocant mortem] eam optando aut ſibimet inferendo. Quales
fuerunt Achitophel & proditor Chriſti. Si autem hmõi homines veraciter pœniterent,
triſtitiam ſuam moderarentur ſpe veniæ, & pro ſuis exceſſibus æquanimiter ferrent ad=
uerſa, nec ex deſperatione mortem ſibi inferrent, aut cuperent. Aliqui quoq; optãt & in=
ferunt ſibi mortem ex triſtitia impatiẽtia & tædio peſſimo vitæ præſentis. Et adhuc ſunt
aliqui qui habent]. i. reputant ex elatione [ſeipſos impaſſibiles] hoc eſt plenarię reforma
tos [& hanc tunc vſq; non formidant]. i. mortem non verentur, quamdiu ſeipſos tales
exiſtere arbitrantur. Iſti ſunt male audaces, ſibi inaniter complacentes. [Et ſunt ſi tamen
& nunc forte ſunt, qui per operationem ſpiritus ſancti ſuamipſorum peregrinationẽ ex=
quirunt]. i. qui ex occulto inſtinctu ſpiritus ſancti cupiũt à corpore emigrare. Iuxta illud
apoſtoli audemus & bonam voluntatem habemus magis peregrinari à corpore, & præ=
ſentes eſſe ad dñm. Et ꝑpauci ſunt qui ita optant diſſolui dictum eſt, ſi forte & nũc ſunt,
[Quidam colentium deum quęrunt & dubitant cur deus abſcõdit à nobis præcognitio=
nem horæ mortis, cum tamen mortis memoria agat & p̃ſtet nobis tam multa & magna
bona, non cognoſcentes ꝙ deus per hoc mirabiliter operetur noſtram ſalutem, nemo
enim



enim mortem ſuam præcognoſcẽs cucurriſſet diu ante eam ad baptiſmum, aut ad con=
uerſationem monaſticam, ſed cunctis diebus ſuis permanens in iniquitatibus, perueniſ=
ſet ad baptiſmũ ac pœnitentiam in hora exitus ſui, ſicq; qualificatus & aſſuefactus ma=
litia maneret de reliquo vſq; in finem perfecte indirectus]. i. non conuerſus ad dominũ
propter conſuetudinem vitioſam, contractam ex tempore diuturno. Nam dato, ꝙ vide
retur aliqualiter pœnitere, & boni aliquid agere, faceret hoc non ex charitate aut zelo
iuſtitiæ, ſed ex ſeruili timore. [Lugens nunq̃ ſuſcipias canem illum, ſuggerẽtem tibi deũ
eſſe benignum.]. i. ſi veraciter luges ac pœnites, nunq̃ acquieſcas dæmoni aut hæretico,
qui tibi perſuadet, ꝙ deus extet miſericors: non ꝙ falſum ſit deum eſſe benignum, vel ꝙ
non ſit credendum atq; aliquando attendendum: ſed ne ex tali ſuggeſtione & conſidera
tione aliquis agat remiſſius, & ad peccandum fiat audacior. [Sed tunc memento benig=
nitatis illius, cum videris te eſſe detractum in deſperationem profundam, aut de deſpe=
ratione tentari. Intentio enim præfati ſuggeſtoris eſt, vt per talem ſuggeſtionem repel=
las à te ſine timore luctum & timorem dei.] quaſi videlicet ſufficiat tibi in mortis articu=
lo pœnitere. [Qui vult conſeruare in ſeipſo memoriam mortis iudicijq; æterni, & domi=
ni noſtri Ieſu Chriſti, & tradit]. i. ſponte inuoluit [ſe curis & occupationibus materialis
B bus, ſimilis eſt natanti ac volenti plaudere manibus ſuis.] vult enim duo ſeinuicem im=
pedientia. Nam ſicut qui natat non poteſt ſimul plaudere manibus, ita inuoluens ſe cu=
ris occupationibuſq; terrenis, non poteſt ſimul habere præfatam memoriam, ſed curę &
occupationes illæ excludunt ſaluberrimam iſtam mortis memoriam. [Efficax memoria
mortis reſcindit cibos,]. i. gulam facit vitari. [Eſcis vero & cibis ſuperfluis reſciſis in hu=
militate] videlicet abſq; vana gloria ac ſpiritali ſuperbia [reſcinduntur ſimul & vitia]. i.
alia q̃plura peccata vitantur. [Priuatio doloris cordis]. i. interioris ac pœnitentialis & ſa
lubris doloris repulſio ſeu carentia [excæcauit mentem.] cum ſit cauſa corruendi in vitia
multa. [Multitudo vero ciborum] videlicet crapula [exiccauit fontes,] gratiam abſtulit
lachrymarum [ſitis & vigilia cor affligunt] nam corpori & animæ ſunt moleſta. Loqui=
tur enim de vigilia diuturna, qua aliquid vltra naturam ſubtrahitur ſomno. [Corde ve=
ro tribulato emanauerunt aquæ,] hoc eſt, dum quis voluntarie propter deum ſeipſum
affixerit per ſitim atq; vigiliam, accipit gratiam flendi ſalubriter. [Iſta autem quæ dicta
ſunt, ſunt dura guloſis] qui famem & ſitim abhorrent [& negligentibus incredibilia.]
Negligentes quippe reputant talem ſitim ac vigiliam ad indiſcretionem ac vitium perti=
nere, ac per eas non poſſe ſe ad fontem lachrymarum pertingere. [Vir autem actiuus] id
eſt, feruens ac agilis [prompte probabit] ꝙ vera ſint iſta. [Qui experientiam adinuenit,]
C id eſt qui horum veritatem expertus eſt [ſubridebit ſuper iſtis] hoc eſt, cum riſu modeſto
ac pio annuet vera hæc eſſe. Vel ſubridebit ſuper iſtis]. i. guloſos & negligentes ex zelo
iuſtitiæ deridebit. [inquirens vero triſtior erit] hoc eſt, qui adhuc conatur & quærit ex=
periri quæ dixi, interim patietur difficultatem, afflictionem & mœrorem ex ſiti, vigilia,
& conſimilibus pœnitentiæ exercitationibus, donec vincat ſeipſum & habitum ac con=
ſuetudinem bene agendi acquirat. [Sicut patres determinãt perfectam charitatem nun=
quam excidere] cum dicat Apoſtolus: Charitas nunq̃ excidit. [Ita & ego affirmo & de= 1.Cori.13
claro, perfectum mortis ſenſum ſine timore eſſe.]. i. eum qui habet perfectam mortis
memoriam cum interno affectu, alia non timere, quæ ſcilicet non ſunt ſecundum rectã
rationem timenda. Porro, ꝙ perfecta charitas dicitur nunq̃ excidere, non eſt intelligen=
dum, quaſi viator talem charitatem habens, non poſſit eam peccando amittere, niſi for=
te ſit confirmatus in gratia, cum & Dauid poſt magnam charitatis perfectionem adulte=
rium homicidiumq; inciderit: ſed ideo dictum eſt hoc, quoniam charitas viæ manet in
patria, & ibi perficitur, & quia perfecti in charitate raro ac difficulter deijciuntur. Itemq;
quoniam charitas perfecta, quantum eſt ex parte ipſius, fortiſſima eſt, inſuperabiliſq; cõ=
ſiſtit, quemadmodum ſcriptum eſt: Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatẽ. Canti. 8
Sed per infirmitatem ſui ſuperatur ſubiecti, quemadmodum fortis bellator dicitur equo
illius læſo. [Multæ ſunt operationes mentis actiuæ]. i. agiles ac deuotæ. [Dico autẽ has
eſſe] operationes huiuſmodi mentis [intentionem charitatis ad deum,] quia in cunctis
quæ agunt, intendunt in Dei amore proficere. [memoriam Chriſti] videlicet recordatio
nem eorum quæ Chriſtus pro noſtra ſalute egit, aſſumpſit, & pati dignatus eſt. [memo=
riam regni cœleſtis, memoriam zeli,] id eſt, feruoris, [& patientiæ ſanctorum marty=

num, memoriam quoque ipſius dei [præſentis, id eſt, conſiderationem præſentiæ dei o- D
Pſalm. 37 mnia intuentis,[ſecundum eum qui dixit: Prouidebam dominũ in conſpectu meo ſem-
per, memoriam ſanctarum intellectualium virtutum,]id eſt, contemplationem angelo-
rum ſanctorum,[memoriam exitus,]mortis[obuiationis ſententiæ,]id eſt, diuini iudi-
cij proferendi contra ſe aut de ſe,[& cruciatus] purgatorij aut inferni.[A magnis initia-
uimus,]id eſt, ab abnegatione propriæ voluntatis, dereli ctioneque mundi & religionis
ingreſſu cœpimus, deo ſeruire,[in non valentibus cadere finiuimus,] id eſt, proficiendo
deuenimus ad charitatem non excidentem ad cordis conſtantiam, ad imperturbabilem
humilitatem. Hoc ait author in perſona eorum qui digne in clauſtro ſunt conuerſati.
[Narrauit mihi aliquando quidam Aegyptius monachus, quia poſt infixionem,] id eſt,
fortem impreſſionem[mortis quæ eſt in corde ſecundũ ſenſum,]hoc eſt, memoriæ mor-
tis, quam cordi meo impreſſi cum ſenſu & guſtu interno, [ego volens aliquando conſo-
lari ad modicum carnem,]id eſt, proprium corpus à ſolito rigore abſtinẽtiæ vigiliarum
que reuelare, [ſuperueniente neceſſitate,] vtpote infirmitate aut ſimili cauſa, [prohibi-
tus ſui]hoc facere,[à memoria mortis quaſi à iudice ſententiante,] id eſt, oppoſitum di-
ctante.[Et quod magis mirabile eſt, quia volens eandem] memoriam mortis,[repelle-
re, nequiui] eam abijcere. Conſuetudo enim eſt quaſi altera natura. Ideo quod in con- E
ſuetudinem verſum eſt vix poteſt relinqui, & ita monachus ille in conſuetudinem tra-
xit mortis memoriam.[Alter vero quidam hic habitans in loco qui dicitur Tholas ſæ-
pe patiebatur mentis exceſſum ex meditatione mortis intenta, & quaſi deficiens mente,
defectiuusq; factus, fere abſque flatu reportabatur à fratribus, qui eum inueniebant. Nõ
tacebo tibi hiſtoriam ſolitarij Choribitici habitãtis in Choreb, qui nullam pene curam
gerens animæ ſuæ, in omni negligentia diu degebat. Tandem ergo extreme infirma-
tus corpore, migrauit perfecte à corpore quaſi ſpacio horæ vnius, rediensque ad ſe roga
uit nos omnes confeſtim diſcedere. Obſtruens itaque ianuam cellæ ſuæ manſit intus
duodecim annis cum nullo penitus colloquium habens, nec paruum nec magnum, nil
quoque guſtans niſi panem & aquam, ſicque tantummodo ſedit ſtupens ex his quæ vi-
dit in extaſi, ad quæ mœrens ſic intendebat, quod nunquam deinceps mutauit propri-
um morem. Attentus vero intendens & ſe excedẽs fundebat calidas lachrymas ſine ſtre
pitu ſemper. Cumq; migraturus eſſet ad dominum, deſtruentes portam cellæ intraui-
mus, & multum deprecantes vt aliquid diceret nobis, hoc ſolum ab eo audiuimus: In-
dulgete mihi, nemo habens & noſcens mortis memoriam, poterit peccare aliquando.]
Talis enim non poteſt peccare in quantum habet memoriam mortis. Iuxta quem
ſenſum princeps ille apoſtolorum beatiſſimus Petrus in ſecunda ſua epiſtola primo ca-
pite ait: Hæc facientes non peccabitis aliquando. Iohannes quoque apoſtolus: Qui na- F
1. Iohan. 3 tus eſt D E O, non peccat. [Nos vero ſtupebamus videntes hominem prius tam
negligentem repente ſic mutatum & transformatum mutatione & transformatione
beata. Sepelientes igitur eum ſancte in propinquo monaſterio caſtri, & poſt diem quæ-
rentes ſanctas eius reliquias non inuenimus eas, deo per hoc certificante de pœnitentia
eius ſolicite ſtudioſa ac laude digna vniuerſos volentes dirigere, ſemetipſos etiam poſt
negligentiam multam.[Quemadmodum aliqui dicunt abyſſum eſſe infinitam, vocant
etenim eam locum abſque fundo, ita intenta meditatio mortis poſſidet caſtitatem & o-
perationem inextinguibilem,]hoc eſt, in caſtitate & bona operatione indeſinenter con-
ſeruat ſic meditantem.[Quod præfatus ſanctus ſolitarius ſuo confirmat exemplo.]Por
ro abyſſus dicitur infinita & abſque fundo, non q̃d ſit ſimpliciter talis, ſed quoniam fun
dus eius ab homine non poteſt inueſtigari aut percipi,[taliter autem de morte meditan
tes aſſumunt inceſſanter timorem ſuper timorem, nec ceſſant quouſque virtus oſſium
conſumatur in eis.]Ex cogitationibus nanq; & affectionibus talibus formidoloſis cor-
pus valde extenuatur, areſcit, & oſſium robur minuitur. Sicut ait ſcriptura Prouerbio-
rum decimoſeptimo: Spiritus triſtis exiccat oſſa. Et rurſus pſalmo cẽteſimoprimo: A vo
ce gemitus mei adheſit os meum carni, id eſt, pelli meæ. [Sciamus pro certo & hoc] vi-
delicet intentam mortis meditationem, timorem, & compunctionem,]eſſe donum dei,
cum omnibus bonis ſuis,]id eſt, cum cæteris beneficijs eius,[alioquin quomodo mane-
mus ſæpe duri & ſine lachrymis etiam accedendo ſepulchra, & præter eorum aſpectum
plerunque compungimur.][Qui mortificatus eſt ab vniuerſis,] ita quod ad nihil creatũ
inor-



A inordinate afficitur,[iſte habuit mortis memoriam,]per quam venit ad tantam perfecti
onem.[Qui vero habet adhuc affectionem & amorem] ſenſualem[ad aliquid, non va-
cabit ſibi,]id eſt, propriæ ſaluti non erit ſyncere intentus, quam diu manet in tali affecti-
one,[prodens ſe ſua voluntate inſidioſe,]id eſt, per improbum amorem propriæ volun-
tatis manifeſtat ſeipſum hoſtibus ſuæ ſalutis, ex eorum inſidijs, qui explorãt ſecrete qua
lis ſit vnuſquiſq;.[Noli omnes certificare per verba de charitate tua ad ipſos.]Nam per
verba charitatem ſuam oſtendere alijs, habet ſæpe ſpeciem adulationis, non eſt tamen
malũ in ſe, imo poteſt eſſe laudabile, ſi fiat veraciter & ſyncere, præſertim ſi alter ſit ma-
le informatus aut ſuſpicans quid peruerſum. Tũc enim eſt charitatis prouocatiuum &
vitij expulſiuum,[ſed pete à deo, vt eã manifeſtat alijs ineffabiliter & ſecrete,]id eſt, per
inſpirationẽ occultam, quæ ineffabilibus modis fieri poteſt,[alioquin tempus non ſuffi-
ciet ad affectiones dilectionem & compunctionẽ,] id eſt, ad hoc vt affectiones tuas cha-
ritatiuas ad alios eis loquendo inſinues compunctionique vaces. Talis enim inſinuatio
atque locutio parit diſtractionem & cordis diſperſionem. [Ne ſeducaris operator inſipi
ens, reſtaurans tempore tempus, & denuo readimplens,]hoc eſt, ò piger ac negligens, no
li vna hora te remiſſe habere & negligentijs, loquacitati, vanitati, diſtractioni, aut riſui
B locum dare, cogitando quod velis alia hora recuperare deperdita, emendare delicta, &
tempus inaniter conſumptum implere & recuperare per opera bona. [Nulla enim dies
hominibus ſufficit, vt poſſint in eo ſuum debitum ſoluere domino ſine diminutione &
defectu,]hoc eſt, vt valeant deo ſeruitutem debitam exhibere cum tanta recollectione
ac reuerentia, vt oportet. Imo multæ defectuoſitates venialeſque culpæ ſe miſcent. Quã
tumcunq; igitur fructuoſe expenderimus diem vix ſatiſfacimus debito eius, & vltra hoc
incidimus multa mala.[Quidam ait, non poteſt quis præſentem diem pie tranſire & ex-
equi,]hoc eſt, fructuoſe expendere, [niſi exiſtimet eam eſſe vltimam & extremam diem
totius vitæ ſuæ,]non quod debeat hoc affirmare, quia ignorat hoc & ſępius mentiretur,
ſed debet quemlibet diem vitæ ſuæ ſic apprehendere, quod forſan erit ſibi vltimus dies.
Hoc multi ſancti dixerunt,[& mirum certe quomodo & Græci aliquid tale effati ſunt]
non de Chriſtianis, ſed de philoſophis græcis dicitur iſtud: Non enim mirum eſt quod
Iohannes Chryſoſtomus, Gregorius Nazianzenus, & ſimiles eis græci fideles iſtud dixe
runt,[quoniam & philoſophiam dicunt eſſe meditationem mortis.]Hoc Plato in Phæ-
done apertiſſime dicit, & multa ſcribit ibidem de hoc. Vnde ſanctus Ambroſius aſſerit
id dixiſſe Platonem.

¶ De ſeptimo gradu videlicet de luctu lætificante. Articulus XV.

C LVctus ſecundum deum,]hoc eſt luctus ſalubris ac virtuoſus,[eſt affectio animæ cõ-
triſtatæ in cordis dolore. [Iſta deſcriptio datur vel de luctu interiori per eſſentiam,
vel de luctu exteriori p̃ cauſam. Luctus nanque interior eſt realiter talis affectio. Luctus
vero exterior procedit ex ea. Itaq;[Luctus eſt affectio aĩę cõtriſtatæ in dolore cordis,]id
eſt, dolore interno ac ſalubri afflictæ, vtpote dolentis ex conſideratione propriæ culpæ,
aut aliorum, vel ex dilatione gloriæ, aut ex alijs cauſis pijs, vt infra dicetur. Dicitur quo-
que luctus iſte lætificans, quoniam cõſolationem habet admixtam, ſicut & omnis actus
virtuoſus, & quoniam conſolationem meretur atque ad ſempiternam perducit lætitiam
iuxta illud Matthæi quinto capite: Beati qui lugẽt, quoniam ipſi conſolabuntur.[Quẽ,]
ſcilicet deum anima[ſitit ſempiterne,]id eſt, indeſinenter. Nam & in patria ſancti ſitiũt
in æternum deum quem poſſident & poſſident æterna ſecuritate quem ſitiunt,[quærens
eum feruenter & impetuoſe,]hoc eſt, cum exceſſiuo cordis affectu, & copioſo ac indefeſ
ſo obſequio. Quemadmodum ſcriptũ pſalmo quadrageſimoprimo: Sitiuit anima mea
ad deum fontem viuum,[& in priuatione conſecutionis quæſiti,] id eſt, ex hoc quod nõ
dum plene conſecuta eſt ſummum bonum quod quęrit[perſequens.]hoc eſt, perfecte ſe-
quens & nitens ad ipſum beatifice poſſidendum, prout Paulus teſtatur ad deſtinatum Philip. 3
perſequor, [doloroſe & laborioſe,] hoc eſt, cum interno dolore præfato & exteriori la-
bore, imo potius etiam cum interiori conatu, quo inſiſtit cuſtodiæ cordis & euaginatio
nibus vitijſque reſiſtit,[& poſt modum lamentabiliter eiulans,[vt ſcilicet deum ſuper o-
mnia deſideratiſſimum adipiſcatur, ſecundum illud pſalmi ſexageſimi ſecundi: Adhæſit
anima poſt te.[Aut ita] deſcribitur luctus iſte: [Luctus eſt aureus ſtimulus animæ,] id
eſt, nobiliſſimus ac ſpiritualis aculeus animam pungens ac eleuans ad appetendum cœ-

 le-

leſtia & diuina. Porro luctus carnalis ac vitioſus ex damnis terrenis vel aduerſis inordi- D nate proueniens, vtpote ex triſtitia ſeculari, quæ mortem operatur, dici poteſt ſtimulus ferreus. Itaque luctus bonus eſt aureus ſtimulus, [mundatiuus omnis adhæſionis, affixionis, & affectionis,] id eſt, omnem carnalem adhæſionem, immoderatam affixionem, illicitam appetitionem ac paſſionem purgans atque repellens, [& infixus cordi à ſancta triſtitia.] quæ concepta eſt ex comiſſione peccati ſeu felicitatis carentia, aut ex ſimili pia [in viſitatione cordis.] id eſt, gratioſa viſitatione cordis à ſpiritu ſancto, qui eſt principa- Iſaiæ 66 lis cauſa iſtius luctus, & requieſcit ſuper contritum & humilem ſpiritu, [timor liquefaciens atque humilians.] Nam luctus iſte animam liquefacit & humiliat per timorem multiplicem, puta ne peccet, ne deum amittat, ne condemnetur. [Compunctio eſt perpetuus conſcientiæ cruciatus,] id eſt, inceſſabilis quidam remorſus, [per intellectualem confeſſionem,] id eſt, interiorem propriæ defectuoſitatis & culpæ recognitionem, ſine qua nil prodeſt exterior confeſſio, [negocians,] id eſt, gratiam D E I acquirens ſalutemque operans, [reſuſcitatione ignis cordis,] hoc eſt, per reductionem mẽtis ad priſtinum charitatis feruorem. Sic enim diſponit ſe homo & excitat ad diuina chariſmata, faciendo quod eſt in ſe. Vnde Apoſtolus ſecunda ad Timotheum primo: Admoneo, inquit, te, vt reſuſcites gratiã dei quæ in te eſt. [Confeſſio eſt obliuio naturæ,] id eſt, tam cordialis ac vehemens agnitio propriarum culparum ex conſideratione atque intuitu maieſtatis E diuinæ, quæ per culpas offenſa eſt, vt homo obliuiſcatur ſuipſius, nec ſatiſfaciat deſiderijs ſuæ naturæ, nec ſolicitetur de neceſſarijs vitæ præſentis. Ideo ſubditur: [Si tamen qs ex hoc,] id eſt, ex confeſſione iam dicta, [oblitus eſt comedere panem ſuum,] hoc eſt, naturalem refectionem ſibi ſubtraxit ad tempus, ac partim caſtigans ſeipſum pro ſuis peccatis. [Pœnitentia eſt continua priuatio conſolationis corporalis ſine triſtitia.] hoc ſupra articulo decimotertio expoſitum eſt. [Abſtinentia & ſilentium labiorum propria ſunt in beato luctu proficientium adhuc,] id eſt, proprie competunt lugentibus in ſtatu proficientium conſtitutis, quia per abſtinentiam atque ſilentium præſeruantur à peccatis multis ne retrocedant, & gatiam adipiſcũtur per quam ad perfectionem pertingant. [Eorum vero qui iam profecerunt,] hoc eſt, lugentibus iam quaſi perfectis conuenit, [non iraſci & obliuio vltionis atque malitiæ. Perfectorum vero proprium eſt humilitas, deſiderium agnominiarum, voluntaria fames tribulationum non ſpontanearum,] id violentarum ex ſua natura non appetibilium, non condemnare ac iudicare peccantes,] iudicio temerario vſurpato, iniuſto, compaſſio ſuper virtutem,] hoc eſt, vltra vires compati & ſuccurrere velle tẽtatis, afflictis, lapſis ac miſeris [Acceptabiles ſunt primi,] puta proficientes, [ſecundi] qui iam profecerunt & quaſi perfecti ſunt, [laude ſunt digni, beati vero eſurientes ignominiam & tribulationem, videlicet tertij, [quoniam ipſi ſatu- F rabuntur alimento inſatiabili,] id eſt, refectione beatifica & æterna, qua nunquam ſic poterunt ſic ſatiari vt vertatur eis in nauſeam, vel vt amplius non appetant eam. [Qui tenes luctum,] id eſt, lachrymarum gratiam habes, [ex omni virtute tene eum,] hoc eſt, diligentiſſime eam cuſtodi, ne per diſſolutionem, negligentiam, ingratitudinem, aut vanam gloriam perdas illam. [Nam ante qualificationem habet naturam leuiter poſſe auferri,] id eſt, naturale eſt luctui huic vt poſſit faciliter amitti, quouſque fuerit radicatus atque in habitum ſeu conſuetudinem verſus, [faciliterque reſoluitur & liqueſcit,] id eſt, perit ac tollitur, [à tumultibus, conturbationibus, corporalibus curis, delitijs, & maxime à multiloquio & ſcurrilitate, ſicut cera reſoluitur à facie ignis. Luctus ſeu fons lachrymarum] ex vera contritione & charitate procedens, [conſtitutus eſt maior baptiſmus,] id eſt, præcipua lotio & expurgatio animæ, [poſt baptiſmum,] qui eſt primum ſacramentum ab omni mundans peccato. [Licet iſtud quod dicitur] de hoc luctu, [ſit] id eſt, eſſe videatur, [quodammodo præſumptuoſum ex parte eo quod ille,] videlicet ſacramentalis baptiſmus, [ſit purgatiuus à peccatis nobis ingenitis,] videlicet originalibus vitijs, & partim à quatuor vulneribus per originale peccatum inflictis [& à malis ante patratis,] id eſt, à proprijs & actualibus ſeu perſonalibus vitijs ante baptiſmum commiſſis, quæ delet baptiſmus in adultis qui baptizantur. [Iſte vero poſtea patratorum,] id eſt, baptiſmus lachrymarum purgatiuus eſt vitiorum, quæ commiſſa vel admiſſa ſunt poſt pimum baptiſmum. [Et illum quidem paruuli omnes ſuſcipientes ſordidauimus]

hoc



A hoc eſt, nos omnes qui in infantia aut pueritia primum baptiſmum ſuſcepimus, inquinauimus eum quodammodo per hoc quod poſtea peccando mortaliter amiſimus gratiam & virtutes in eo nobis infuſas, [per hunc vero & illum repurgamus,] hoc eſt, per baptiſmum lachrymarum redimus ad puritatem ac innocentiam baptiſmalem. [Qui] lachrymarum baptiſmus, [niſi à deo datus eſſet benigne hominibus, rari inuenirentur & difficulter qui fuiſſent ſaluati.] Pauciſſimi nanque ſunt, qui gratiam baptiſmalem non perdunt. Idcirco neceſſaria eſt ſecunda poſt naufragium tabula, puta pœnitentia ſeu cõfeſſio, quæ hoc loco in luctu includitur, quia nec luctus purgat à culpa, niſi oriatur ex pœnitentia, & propoſito confitendi coniunctus ſit. [Et quidem mœſtitia,] id eſt, dolor interior, [& ſuſpiria] inde naſcentia [clamant ad dominum] vt miſereatur. [Lachrymę vero quæ ſunt ex timore] ſaltem initiali [intercedũt] ad deum & maioris ſunt efficatiæ, inquantum includunt ſuſpiria ac mœrorẽ. [Qui vero ſanctiſſimæ charitatis,] id eſt, lachrymæ ex charitate puriſſima profluentes, [declarant] & proteſtantur [nobis ſupplicationẽ noſtram eſſe deo acceptam.] Porro lachrymæ iſtæ ſunt, quando deflemus noſtra peccata ideo pure, quoniam deum ſuper omnia dilectum aliquo modo inhonorauimus ſiue offendimus, non ex timore ſupplicij, aut propter proprium damnum quod peccando incurrimus, & quando ſimili modo aliorum peccata deflemus aut deſiderio viſionis diui- B næ ploramus. Cum autem ita lugemus ex charitate ſanctiſſima, ex ipſo noſtro fletu concipimus ſpem & certitudinem quandam, quod orationes noſtræ cum fletu tali deo oblatæ ſint ei acceptæ. Quamuis etiam non ſumus abſolute ac penitus certi quod ſimus in charitate, attamẽ ſatis probabilem certitudinem inde habent potiſſime hi q charitatem ſanctiſſimam habent. Ipſe quoque ſpiritus ſanctus teſtimonium ſuper hoc perhibet ſpiritui noſtro [Si nihil ita conuenit humilitati vt luctus] iſte pœnitentialis, [nihil ita contrariatur humilitati vt riſus.] Hoc hyperbolice dictum videtur, & intelligendum eſt de riſu immoderato ex mentis diſſolutione, petulantia, elatione proueniente. De quo loquitur C H R I S T V S: Væ vobis qui ridetis nunc, quia plorabitis & flebitis. Et Lucæ 6 Eccles. 7 Salomon: Sicut ſonitus ſpinarum ardentium ſub olla, ita & riſus fatui. Caueamus igitur cachinnos & riſus vituperabiles. [Detinens detine beatam ſpem,] id eſt, proficiendi fiduciam [& gaudentem compunctionis lætitiam,] hoc eſt, ſpiritualem iucunditatem compunctioni annexam. Deus enim contritos viciſſim pijſſime conſolatur,] quouſque exhibeant te mundum Chriſto & ſubleuatum ab his prætereuntibus,] id eſt, à tranſitorijs & caducis. Vel ſenſus eſt: [Detinens detine beatam ſpem,] hoc eſt, indeſinenter perſiſte in ſpe conſolationis diuinæ, vt vanas conſolatiunculas & riſum omnino abijcias. Idcirco ſubiungitur, quæ ſit ſpes iſta beata, hoc eſt, res ſperata. [Compunctionis gaudentẽ C lætitiam,] vt ſcilicet in compunctione permaneas, riſumque caueas, & ſpritalem lætitiã, quæ compunctionem concomitatur expectes, quouſque ſpes ſeu lætitia illa exhibeat te Chriſto purum, & à prætereuntibus ſubleuatum, id eſt, tam diu donec lætitiam experiaris & ea guſtata renuas conſolari in rebus vilibus atque carnalibus. [Reforma in teipſo & ſcrutari ne ceſſes abyſſum ignis æterni,] hoc eſt, in corde tuo figura ſeu deſcribe iugiterque metire magnitudinem & profunditatem quaſi immẽſam ignis infernalis, [& immanes miniſtros,] id eſt, atrociſſimos dæmones, diuinæ iuſtitiæ executores in reproborum punitione ſaltem ad diem extremi iudicij, poſt quod vt aliqui dicunt dęmones amplius torquebunt hoĩes condemnatos, ſed dæmones ſimul & hoĩes impij eiſdẽ ſupplicijs torquebuntur iuxta menſuram demeritorum ſuorum. Tunc enim Chriſtus euacua- 1. Cori. 15 bit omnem principatum & poteſtatem, [impaſſibilem iudicem & abſque indulgetnia.] quia ex tunc iudex ille ſupremus nunquam flectetur nec compatietur neque ignoſcet [infinitum chaos flammæ infernalis,] quæ non lucebit, ſed teter tenebroſus, & fœtidus permanet ignis ille ſulphureus ſpiſſus ac calidiſſimus, [& ſubterraneum locum terribilem & pauendum.] Infernus enim ſub terra eſt, atque vt dicitur in medio terræ. Vnde ſanctus I O B decimo ſuo capite, dixit: Dimitte me antequam vadam ad terram tenebroſam. Iſaias quoq; propheta eximius triceſimo capite: Pręparata eſt, inquit, ab heri tophet, à rege præparata profunda & dilatata, [& hiatuũ tetros & anguſtos deſcenſus,] id eſt, infernalium apertionum obſcura & ſtricta itinera, deorſum tendentia, [& huiuſmodi imaginationes talium rerum, quatenus immunditia & luxuria,] id eſt, ſpirituali fornicatione aut carnali concupiſcentia,] exiſtente in anima noſtra, concuſſa & deleta multo

hh iij tremo-

tremore,]hoc eſt,ex ingenti pauore tremorem corporis inducente,atque ex tali imagina D
tione infernalium tormentorum concepto, [accēdatur anima tua incorruptibili caſtita
te,]hoc eſt, inuiolabili mentis & corporis puritate,[faciente animam quæ recipit ſuam
apparitionem,] id eſt,veram & realē huius caſtitatis præſentiam, [ſplendere plus omni
igne,]hoc eſt,omni corporali luce ac flamma clarius choruſcare. Splendor nanque vir=
tutum incomparabiliter pulchrior eſt eminentiuſque perornat omni materiali claritate
ac luminari. [Ita in orationis obſecratione cum timore,]hoc eſt,omni orationi timora=
tæ inſiſte, [ſicut condemnatus eſt condemnanti aſſiſtens,]id eſt, reus iudici in tribunali
ſedenti,[vt extinguas furorem iudicis iuſti extrinſeca ſpecie & extrinſeco timore]id eſt,
exteriori humiliatione,apparatu,ac diſpoſitione,nō quod exteriora valeant iram dei ex=
tinguere,niſi inquantū ex interiori radice ſortiantur efficaciam hoc agendi. Reus autem
ſæpe ſtat coram iudice manibus retro ligatis,ita & nos in ſecreto pro excitanda deuotio
ne poſſumus nos præſentare iudici ſummo manus retro tenendo,& accuſare noſipſos di
cendo: Ecce ò ſancte ac iuſte D E V S omnium iudex,ego ſum ille prauiſſimus fur
& latro,qui honorem & gloriam,quæ tibi ſoli debētur, toties iniuſtiſſime vſurpaui,qui
& peccando & alios ſcandalizando tam frequenter ſceleratiſſime interfeci animam me=
am & aliorum. [Non enim feret aſſiſtētem ſibi deſpicere animam viduam & oppreſſam
& dolentem, ]hoc eſt, deus non permittet ſeipſum contemnere animam ſibi prætacto E
modo ſe præſentantem ac inuocantem quæ anima dicitur vidua,id eſt,ſolatio inſtar vi=
duæ deſtituta,vel quia peccando fuerat ſponſo cœleſti priuata. Vnde & econuerſo loqui
tur Ieremias quinquageſimoprimo capite: Non fuit Iſrael viduatus à deo ſuo. Eſt quo=
que oppreſſa onere propriæ culpæ ſeu tumore ſupplicij aut tentationibus inimici,quę do
let de ſuis peccatis. Itaque non deſpicit deus huiuſmodi animam[præſtantem & inferē=
tem labores ei qui laborare non poteſt,] videlicet omnipotenti & impaſſibili creatori,
cui omnia æque facilia ſunt. Cui metaphorice dicitur anima pręſtare & inferre labores,
inquantum importune orando & lachrymoſe inſiſtendo, videtur quaſi extorquere gra=
tiam ab eo concupitam, quam ipſe interdum differt atque diſſimulat dare. Vnde ait per
prophetam Iſaiam primo capite: Laboraui ſuſtinens. [Si quis poſſidet lachrymas ſpiri=
tuales,] hoc eſt, in promptu habet interiores gemitus & ſingultus contritioniſque mo=
tus,[huic oīs locus aptus & cōgruus erit ad luctum,ſi vero afficitur adhuc ſolum exteri=
us,[id eſt, nondum interius effectus eſt, ſed per exteriores geſtus & modos ſiue obiecta
ad compunctionem ſe excitat,[& per corporales lachrymas operatur,]id eſt,orat & bo=
na exercet,[modos & loca diſcernere non deſiſtat.]hoc eſt,non ceſſat iudicare atque e=
ligere, qui modi & quæ loca ſint ſibi magis expedientia ad obtinendum & exercendum
talem compunctionem ab extra corporalemque fletum. Sunt enim induſtriæ quædam F
ad hoc,& magis conuenit in ſecreto talia fieri. Ideo ſubditur:[Nam ſicut theſaurus ab=
ſconditus impredabilior,]id eſt,difficilius auferibilis eſt à raptore,[eo]theſauro[qui eſt
in foro,]puta in publico[ita intelligamus præfata ]Quaſi dicat,ſic & ſpiritualis & ſecre=
tus luctus difficilius poteſt à dæmonibus tolli,quàm luctus exterior & apertus,compun
ctioque externa. Imo & luctus exterior, ſi fiat in loco occulto ſecurius poſſidetur,nec tā
cito per inanem gloriam perditur[.Non ſis ſicut qui ſepeliunt mortuos,& interdum plo
rant ſuper eos,quandoque vero inebriant ſe propter ipſos,]deuorando bona eorum vel
ſe carnaliter conſolando de morte illorum,[ſed eſto ſicut qui ſunt in metallis vincti con
tinuis horis flagellati à vulgaribus publiciſque cuſtodibus.] Ita & nos debemus in aſſi=
dua compunctione, cuſtodia & timore ac diſciplina omnemque diſſolutionem vanita=
temque ac voluptatem carnalem vitare,[Nam qui aliquando luget & aliquando deliti=
atur ac ridet, ſimilis eſt ei qui lapidat canem amoris concupiſcentiæ,]id eſt, amori con=
cupiſcentiali deditum ac ſubiectum,[cum pane q ſpecie tenus eum perſequitur]hoc eſt,
ſecundum exteriorem apparentiam vexat & eijcit canem proijciendo panem cum impe
tu ſuper eum,[re autem exhortatur eum aſſeuerare,]id ē,ipſo facto allicit canem ad per
ſeuerandum ſecum. Ita qui aliquando luget, aliquando ridet eſt ſibiipſi contrarius &
auget ſibiipſi quod defleat. Veruntamen recreatio modeſta non prohibetur.[Eſto mœ=
rens abſque amore oſtentationis,[vt ſcilicet non cupias apparere aut reputari compun=
ctus,ad cor tuum inquiſitionem agens. ]id eſt,teipſum rite diſcutiens & cōſcientiam tu
am examinans, ne quid vanitatis admiſceat ſe. [Dæmones enim timent mœrorem]ſa=





A lubrem[ſicut latrones,canes. O amici non ſumus ad præſens hic conuocati ad nuptias]
carnales & ſeculares, in quibus carnalitati & conſolationi ſenſuali vocatur. [Igitur qui
vocauit nos nunc in his]exercitijs ad præſens cœnobium aut certamen,[vacauit nos ve=
tique ad luctum noſtri ipſorum.]hoc eſt,ad deplorandum nos ipſos. [Quidam lachry=
mantes violentant]ſeu cogunt[importune ſeipſos nihil penitus meditari in tempore il=
lo beato]qui lachrymantur,[non intelligentes,quod lachrymarum effuſio facta ſine in=
tentione & meditatione proprium eſt irrationalis naturæ,non rationalis,]id eſt, beſtijs
congruit magis quàm homini. Lachrymari ergo debemus cum intentione veniam im
plorandi,ac D E O placendi,& cum meditatione deuota ſeu conſideratione culpa=
rum noſtrarum. [Lachrymæ ſunt genimen,]hoc eſt,effectus ſeu proles,[intentionum
& meditationum, ] quia ex recta intentione & ſalubri meditatione oritur luctus exteri=
or fructuoſus.[Rationalis vero intellectus,]id eſt,diſcretus ac vera ſapientia decoratus,
[eſt pater meditationis ac intentionis,] nam talis intellectus excludit phantaſias inuti=
les,& ſalutares conſiderationes parit ac fouet.[Reclinatio tua in ſtratu tuo ſiat tibi figu
ra reclinationis tuæ in ſepulcho,]hoc eſt,dum ponis te ad dormiendum in lectulo, cogi
ta quod cito ita poneris in monumento, [& minus dormies,] meditatio enim talis mi=
nuet ſomnum,[& conuiuatio tua in menſa ſiat tibi remuneratio doloroſe partis menſæ
B vermium illorum.]hoc eſt,quando manducas,cogita quod corpus tuum paulo poſt cō
edetur ſub terra à vermibus,[& minus delectaberis,]in cibo ac potu,[neque potū aquæ
ſumens obliuiſceris ſitis illius, quæ eſt in flammis inferni, & omnino violentabis natu=
ram,]id eſt,concupiſcentiam potandi refrenabis,ac vinces ac teipſum domabis.[In ho=
norabili præſidentis ignominia]redargutione & increpatione, hoc eſt, quando à præſi=
dente aliquid ignominiæ patimur aut increpamur,quę exercitatio ſeu redargutio hono
randa eſt & reuerenter ſuſcipienda,[intendamus ac meditemur pauendam ſententiā iu=
dicis ſummi,]qui dicit iniquis,Matthæi viceſimoquinto: Ite maledicti in ignem æternū,
[& ſuperſeminatam in nobis irrationabilem triſtitiam & amaritudinem,]ex tali incre=
patione & exercitatione conceptam,[penitus occidemus mititate & patientia,quaſi gla
dio ex vtraque parte acuto. In tempore mare diſpergitur,]id eſt,aqua maris ſuo tempo=
re fluit ac refluit.[ſicut dicit Iob]decimoquarto,& pręfata exercitia optima,[adueniūt &
perficiunt]in nobis & ad modicum pauliſper,[& in tempore.] hoc eſt, paulatim & ſuc=
ceſſiue aut cito D E O id operante,[& in patientia,]hoc eſt,per patientiam quę ſpe
cialiter neceſſaria eſt ad exercitia iſta.[Memoria ignis æterni ſingulis veſperis cœnet &
dormiat tecum,]id eſt,tibi cœnanti ac dormiēti fixe inhæreat, [& tecum pariter ſurgat]
ita vt memoriam illam reſumas ſtatim quādo euigilas & conſurgis, [& negligentia nū=
C quam dominabitur tibi in tēpore pſalmodię,[imo nec in alijs actibus tuis, [agat & per=
ſuadeat te ad operationem luctus,& ipſum tuum veſtimētum,]hoc eſt,nigra veſtis mo=
naſtica qua es indutus moneat & informet te ad lamenta ſalubria.]Omnes enim qui lu
gent mortuos veſtiunt ſe veſtibus nigris. Igitur ſi non luges propter hoc luge,]quia non
luges & tuam deplange duritiam,]ſi autem luges propter hoc magis lamentare,quia ſub
induxiſti teipſum ex ordine qui ſine dolore eſt ad doloroſum,]id ē,ex ordinatione quæ
in ſe iucunda ac dulcis eſt. Deduxiſti ac tranſtuliſti te ad inordinationem, quæ in ſe ex=
tat pœnalis. Vnde & animus inordinatus ſibiipſi pœnalis eſt[propter duas offenſiones]
hoc eſt, per commiſſionem illiciti & omiſſionem præcepti ſiue conſulti. His enim duo=
bus modis peccatur. Porro qui peccat recedit ab eo quod eſt ſecundum ordinem, & ca
dit ad inordinationem. Vnde peccatū dicitur corruptio modi & ſpeciei ac ordinis.[Vir
tus naturæ penitus iudicatur à bono & iuſto iudice noſtro in lachrymis, ſicut & in alijs
vniuerſis,]hoc eſt, D E V S demonſtrat nobis per lachrymas noſtras,quemadmo
dum & per alia exercitia ſeu opera noſtra,quid ex naturali virtute ſeu potētia valeamus
Nam ſine gratia ſupernaturali gratumfaciente,poſſumus lachrymas copioſas effundere
non autem poſſumus modice lachrymari ex vera contritione ſine huiuſmodi gratia. Ide=
eo ſequitur: [Vidi enim paruas guttas cum dolore,] id eſt, contritione, [effuſas, & vi=
di fontes lachrymarum ſine dolore ] tali [emanantes, & ego iudicaui laborantes ma=
gis ſecundum dolorem, & non ſecundum lachrymas,] hoc eſt, reputaui illum me=
liorem qui modicas lachrymas fudit ex interno dolore ſalubri illo qui plangit

copioſiſſime,non ex tali dolore,ſed ex cauſa non meritoria,id eſt,ex radice non virtuo D
ſa.[Arbitror autem quod & deus]ſic iudicet. [Non conuenit theologia lugentibus,]id
eſt, theologicæ facultati ſtudere & libros theologicos profundos perlegere & in ſpecu-
latiuis ac difficilibus quæſtionibus occupari,non conuenit inſiſtentibus luctui pœnitē-
tiali.[Nam theologia naturaliter ſoluit,]id eſt, tollit & impedit,[luctum eorum.Nem-
pe theologus comparatur ſedenti]magiſtraliter[ſuper thronum,]id eſt,in cathedra ma
giſtrali.Occupatur enim in altis & magnis materijs.[Lugens autem comparatur ſeden
ti in ſterquilinio & in ſacco,]quia verſatur circa defectuoſitates & culpas ſuas, ſeque in
cunctis humiliat. Deniq; intēta occupatio circa vnum obiectum impedit aut minuit oc
cupationem circa aliud.Idcirco occupari in theologicis ſublimibus & ſpeculatiuis mate
rijs impedit aut remittit occupationem circa moralia,& circa vitia propria, & circa pra-
ctica ſeu agenda.Quod verum eſt ſecundum legem communem, nihilominus quidam
ex ſpeciali gratia dei fuerunt circa theologiam vehementer intenti, & cum hoc perfecte
lugentes. Quemadmodum diuinus Dionyſius, ſanctus Hieronymus, Gregorius, Tho-
mas & alij multi.Nam viri diſcreti,perfecti & ſapientes,ſingulis horis certa & ſingula ex
ercitia deputant,& prompte ab vno in aliud ſe conuertunt. Qualis etiam fuit Pſalmi-
ſta,ſicut ſubiungitur:[Et hoc eſt, vt arbitror,quod magnus Dauid licet doctor & ſapiēs
eſſet]vtpote propheta & rex atque inſtructor populi ſui,[reſpondit,]id eſt,in ſpiritu præ E
Pſalm. 137 uidit reſpondendum[ad interrogantes cum fleret:Quomodo,inquiens,cantabimus cā-
ticum domini in terra aliena?]ſcilicet vitioſa, quaſi dicat: quando intenti fuimus conſi-
derationi vitiorum noſtrorum, cantare & pſallere non ſic libet aut vacat.[Et in creatu-
ra & in compunctione eſt per ſe motus,]hoc eſt,ſanctus Dauid ex contemplatione crea-
turarum,& in compunctione ſequente ex tali conſideratione eſt motus per lumen natu
rale & per gratiam illud lumen perficientem.[& ex altero motus,]id eſt, ex ſupernatura
li & anagogica illuminatione multo ſublimius motus eſt ad contemplationem creato-
ris,compunctionemque cordis.Si autem motus nominaliter accipiatur,ſenſus eſt quod
motus quidam per ſe conſiſtit in creatura, id eſt, conſiderationne ſeu ſpeculatione illius
atque in compunctione inde exorta,ad quod pertingit quis per ea quæ ſunt in ſe. Conſi-
ſtit quoque motus in altero,quoniam ex præueniente gratia interdum mouetur homo
ad contemplationem,& compunctionem ſine conatu & præparatione ſuiipſius ad eas,
ſicut ſubiungitur:]Quando anima noſtra fit lachrymoſa,deuota & manſueta,nobis nō
feſtinantibus vel ſtudentibus]ad hoc,nec adinuenientibus quicquam]per quod excite-
mur aut diſponamur ad huiuſmodi alterationem aut gratiam,tunc[curramus]hoc eſt,
frequenter ac fortiter ſequamur motum gratioſę & peruenientis viſitationis huiuſmo-
di.[Dominus enim non vocatus aduenit,]id eſt,non rogatus nos viſitauit,[tradens no F
bis ſpongiam triſtitiæ deo dilectę,]id eſt, guſtum contritionis & ſalubrem triſtitiam &
fletum ex ea prouenientem videlicet[aquam refrigerationis deuotarum piarumq; lachry
marum ad deletionem earum quæ ſunt in charta offenſionum,]id eſt, valentium ad de
lenda peccata noſtra,quæ ſcripta ſunt vel memoriter tenta ab aduerſario noſtræ ſalutis.
[Cuſtodiamus eā vt pupillam oculi,donec recedat,]id eſt, diligentiſſime cōſeruemus in
nobis hanc gratiam, quouſque abſque culpa & negligentia noſtra diſpēſatiue tollatur
ſeu ceſſit à nobis. [Multa enim eſt virtus ac potentia huius compunctionis ſuper com-
punctionem prouenientem ex noſtra ſolicitudine, feſtinantia & meditatione intenta,]
id eſt,compunctio deſuper infuſa ex præuentione pijſſima eſt multo efficacior ac virtuo
ſior,q̄ illa propria cura & feſtinatione ad eam ac præuia meditatione acquirimus.[Non
ille qui luget quando vult peruenit ad pulchritudinem luctus, ſed qui luget in his quæ
vult,]hoc eſt,ad luctum vere virtuoſum & ſpiritualiter pulchrum perductus eſt, non il-
le qui ad libitum poteſt fundere lachrymas,ſed qui luget ex cauſis ex quibus volūtas ſua
mouet eum ad luctum,ſi tamen & alia concurrant ad hoc ſecūdum quod ſubditur:[Et
neque qui luget in his quæ vult,] peruenit ad pulchritudinem luctus, [ſed qui luget q̊d
debet,& quemadmodum deus vult,]id eſt, ex rationabilibus cauſis & cum moderami-
ne abſque deſperatione.Oportet nanque vt ratio dirigat voluntatem, & ratio ipſa agat
ſecundum legem diuinam,prout D E V S requirit.[Lugere ſecundum deum fecit
plerunque amplexari ingratiſſimas lachrymas gloriæ vanæ,]hoc eſt,promptitudo lugē
di ſalubriter,eſt ſæpe occaſio lugendi ex gloria vana,in quantum ex tali luctu ſalubri oc
caſio-



A caſionaliter oritur vana complacentia ſuiipſius,aut præſumptio de proprijs viribus, per
quod fit homo ingratiſſimus deo, & ingratiſſimas lachrymas fundit, dum ita abutitur
dono dei, & illud partim aſſcribit meritis aut viribus ſuis,& complacet ſibi in ſe. [Iſtud
autem cognoſcemus verum eſſe probe & bene pie,quando viderimus noſipſos lugentes
& malignantes,]hoc eſt,quando experimur quod tempore luctus noſtri habemus mo
tus vitioſos iræ,impatientiæ,amaritudinis,indignationis, tunc conſtat & ſcire valemus
quod non omnis fletus ſit virtuoſus, & item quod non omnis plorans dum vult perue-
nit ad pulchritudinem luctus. Similiter lugens ex complacentia ſui cum gloria vana eſt
malignans aduerſus D E V M, aſpernaturque alios & extollit ſeipſum, nec pul-
chre,ſed turpiter luget.[Compunctio proprie eſt dolor animæ non elatus,]id eſt,ſuper-
biæ non admixtus,[nullam conſolationem]carnalem illicitam,[præbens ſibimetipſi,ſo
lamque ſuam reſolutionem,]id eſt,mortem[imaginans omnibus horis,& expectans cō
ſolationem dei conſolantis humiles monachos,quaſi frigidam aquam,]id eſt,feruenter
quemadmodum calefactus ac ſitiens appetit frigidum potum. Vel quaſi frigidā aquam,
quoniam ipſa conſolatio D E I eſt ſpiritualis potatio ac recreatio animæ, de qua
loquitur Iſaias viceſimoſexto capite:Ros tuus ros dulcis. Et Chriſtus in Apocalypſi vice
ſimoſecundo capite:Qui ſitit veniat & bibat aquam vitæ gratis.[Quicunq; poſſederunt
B luctum in ſenſu cordis,]id eſt,ex cordiali affectu,[habuerūt odio vitam ſuam tanquam
exiſtentem conciliatricem,]id eſt,procuratricem & cauſam,] alicuius rei lachrymoſæ &
lachrymabilis ac lamentabilis.]Oderunt tales vitam ſuam,non ſecundum ſuam ſubſtan
tiam, ſed inquantum eſt origo & cauſa diuerſarum culparum, ac miſeriarum quæ ſunt
lachrymoſe ac lamentabiliter deplangendæ,& inquantum eam caſtigāt quotidie. Iuxta
quem modum ait ſaluator Iohannis duodecimo capite:Qui odit animam ſuam in hoc
mundo, in vitam æternam cuſtodit eam. [corpus vero ſuum auerterunt.]id eſt, afflixe-
runt atque à ſuis concupiſcentijs retraxerunt,[quaſi inimicum] nam & propria caro eſt
vnus trium hoſtium animæ.[Quando intuemur ſuperbiam]manifeſtam ac inexcuſabi-
lem ac diu durantem, [in his qui videntur ſecundum D E V M lugere, horum la-
chrymas reputemus contrarias]fletui ſalutari, quia non oriuntur ex vera humilitate &
compunctione ſyncera. [Nam cordis elatio & propria reputatio eſt germen,]id eſt,effe-
ctus ac filia,[tardæ & illegitimæ compunctionis,] quæ venit ex inani complacentia ſui,
aut ſimili cauſa culpabili,eſtque compunctio illa ficta & fallax.[Laudabilis vero eſt hu
miliatio,]quia quis ſeipſum vere & ſponte humiliat,[& cōſolatio] tali humiliationi cō-
iuncta extat laudabilis,nō autem conſolatio quæ ſpirituali ſuperbiæ & vanæ gloriæ ad-
miſcetur.[Sicut ignis conſumptiuus eſt ſtipulæ,ita & lachrymæ caſtæ.]id eſt, ſynceriter
C virtuoſæ ſunt conſumptiuæ, [omnis inquinamenti & ſordis intellectualis & apparen-
tis,]id eſt, omnis vitij interioris intus latentis, & omnis peccati,quod foris apparet. [A
multis patribus determinatur]ac datur[ſermo tenebroſus,] id eſt,obſcurus, [de lachry-
mis & difficulter inuenibilis, ] id eſt, non faciliter intelligibilis aut experibilis , [& ma-
xime in his qui introducuntur,]hoc eſt,nouitijs qui recenter inſtituuntur,ſermo iſte eſt
præſertim obſcurus & inuenibilis difficulter.[Ex multis nanque & differentibus modis
ipſas parturiri dicunt,]id eſt, lachrymas aſſerunt generari ex varijs ac differentibus cau
ſis,[dico vero ex natura,ex D E O, ex tribulatione contraria.]hoc eſt,lachrymas di
co oriri, quandoque ex naturali diſpoſitione & cauſa, ſicut quidam ex quadam naturæ
mollicie faciliter lachrymantur potiſſimum fœminæ. Interdum vero ſunt ex gratia dei,
quandoque ex duritia aduerſitatum,[quandoque & laude & laudatis,]id eſt,quidam re
ſoluuntur ad fletum ex laude ſibi oblata,& quia de virtutibus ſe audiunt commendari,
quod malum eſt. Porro ſi quis tam inuite ſe audiat laudari, eo quod humiliter ſe con-
demnat,hoc valde laudabile eſt. Interdum oriuntur[ex vana gloria,]quandoque[ex for
nicatione]quandoque[ex ebrietate]ſi ex fornicatione inquantum offenſiua eſt dei quia
ploret,commendabile eſt,ſi autem quia delectat,hoc peſſimum eſt,ſicut nonnulli præ læ
titia lachrymantur dū male egerunt,iuxta omne deſideriū ſuū. Quidam vero ad lachry-
mas proni ſunt dū bene biberūt,qn̄q; lachrymę oriūtur[ex charitate]interdū ex[memo
ria mortis,atq; ex alijs multis cauſis.[Nos vero cū dei timore exercitātes & diſcernētes
& excolētes modos vniuerſorū iſtorū prædictorū lugentiū,] ita vt vituperabiles modos
diſcer-

diſcernamus ab alijs ac vitemus ſeparando pretioſum à vili, [adipiſcamur mundas la- D
chrymas noſtræ reſolutionis,]id eſt,ex mortis memoria prouenientes,[ſine dolo]id eſt,
abſque ſimulatione & hypocriſi. [Nã elatio propriæ reputationis nõ ẽ in lachrymis iſtis
eſt furtum,]id eſt,deſiderium proprij honoris,quod ſpirituale eſt furtum,cum oĩs ho
nor domino debeatur pro ſua dignitate & pro beneficijs ſuis,[magis vero eſt in eis pur-
gatio]à peccatis, [& profectus charitatis in deum & peccati conſumptio & impaſſibili-
tas,]id eſt,plena reformatio[paſſionum. Plerunque enim qui lugent incipiũt lachryma
ri ex bonis initijs,]id eſt,rationabilibus cauſis & ex deuotione & compunctione,[& de-
ſinunt in malignis]id ẽ,ad vanam gloriam & ſpiritualem ſuperbiam ruunt occaſione la
chrymarum ſuarum,[& non eſt mirum,]propter nimiam fragilitatem & pronitatẽ mẽ-
tis humanæ ad mala. [At ex contrarijs & naturalibus tranſmutari & inſeri in ſpiritua-
lia,[hoc eſt, ex malis & naturalibus affectionibus conuerti ad meliora ac virtuoſa & to-
to affectu abſorberi & affici illis,[eſt vere vtique laude dignum. Hancpropoſitionem,]
id eſt, veritatem huius dicti, [clare ſciunt,qui erga vanam gloriam repẽtes inclinabilius
habent,[id eſt,qui ex naturali diſpoſitione aut praua conſuetudine intenſius afficiuntur
ad gloriam vanam,temporalem honorem & laudem humanam. Hi certe per experien-
tiam ſcire valent quàm præclarum ſit per indeſinentem conatum ex tali inclinatione aut
vſu tranſformari ad affectum purum diuini honoris,& ſoli deo velle placere atque in eo E
tantummodo gloriari.[Ne tradas fidem fontibus tuis,]id ẽ,nõ credas te ſufficiẽter plo
raſſe, vel non præſumas nimis aſſertorie quod vere à deo ſint lachrymæ tuæ[ante perfe-
ctam purgationem]à vitijs. Impfecti eñ facilius poſſunt falli circa qualitatem atq; ori-
ginem lachrymarum. [Non enim fidem habet vinum ex canalibus confeſtim exhau-
ſtum,] id eſt, de vino ex vaſe mox tracto non creditur quod valens ſit coloremq́; tenẽs,
ſed ad tempus reponitur & probatur, ſic & de fide lachrymarum eſt ſentiendum ſecun-
dum ſenſum prætractum. [Nemo etenim contradicit, quod multæ lachrymæ exiſtentes
ſecundum deum ſint multum proficuæ,quæ vero earum vtilitas cognoſcemus,]per ex-
perientiam certam,[in tempore mortis,]hoc eſt,in hora particularis iudicij noſtri,quod
fit tempore obitus. [Quicunque graditur in inceſſabili luctu ſecundum deum,non deſi
ſtit quotidie agere diem feſtum.]Eſt enim in deuotione & alacritate aſſidua,& abſtinet
à negligentijs ac peccatis. [Qui vero non ceſſat corporaliter agere diem feſtum,] hoc ẽ,
qui ocijs vacat & in labore hominum non eſt,[hunc luctus æternus ſuſcipiet in futuro.
In carcere non eſt gaudium his qui acceperunt damnationis ſententiam,& veris mona-
chis nõ eſt ſuper terram feſtiuitas,]id ẽ,cultus exterior,ocioſitas, & ſecularis celebritas.
Pſalm, 118 [Quocirca pulchre dixit]pſalmiſta[ſuſpirãs ac lugens: Educ de carcere animam meam,
vt deinde exultet in lumine tuo arcano,]id eſt,incomprehenſibile lumen increatum be F
atifice intuendo pleniſſime delectetur.[Eſto tãquam rex altus ſedens in corde tuo in hu
militate,]hoc eſt,inſtar regis præſide tibiipſi in conſiſtorio cordis tui cum humilitate[iu
bens riſui vade,]id eſt,recede à me,[& vadat,& dulci luctui,veni,& veniat.]Dicitur au-
tem luctus ſalubris dulcis ob cauſas præhabitas, [& ſermo veſtro tyranno corpori, fac
hoc & faciat.]Porro corpus dicitur tyrannus, quoniam concupiſcit aduerſus ſpiritum,
& irrationabiliter ei reſiſtit. [Si quis induit luctum beatum & gratioſum, quaſi diploi-
dem ſponſalem ac nuptialem,iſte cognouit ſpiritalem animæ riſum,]id eſt, conſolatio-
nem internam experiẽdo eandem,quia poſt fletum deus exultationem infundit, & ſpes
Pſalmo 93 veniæ admixta eſt fletui tali,poteſtq́; dicere homo ille. Secundum multitudinem dolo-
rum meorum in corde meo conſolationes tuæ lætificauerunt animam meam.[Quis er-
go eſt talis,]id eſt,tam perfectus,[qui omne tempus ſuum,]quo fuit in ordine,conſum-
mauit tam pie in conuerſatione monaſtica,vt in nullo die neque hora neque momento
fuerit perpeſſus vtcunque,]id eſt,qualitercũq;[damnum,]ſpiritualis profectus per com
miſſionem aut omiſſionem,[ſed eandem tradiderit domino,]id eſt,conuerſationem ſu-
am obtulit irreprehenſibiliter D E O, [exiſtimans, quia non contingit hanc ipſam
horam & diem iterato videre in vita præſenti.]Nam tempus præteritum reuocari non
valet,quaſi dicat: Vix eſt aliquis talis,nam & hoc eſt ſup hoĩem[Beatus vero monachus
qui intellectualibus virtutibus poteſt intẽdere ſurſum oculis aĩæ,[hoc ẽ,qui p donũ ſapi
entiæ & intellectus atq; ſciẽtiæ,p fidẽ,ſpem & charitatẽ poteſt prõpte ac limpide cõtẽpla
ri diuina. Charitas quippe mouet & excitat ad contẽplationẽ, ſpes quoq; inducit ad idẽ
ſed



A [ſed cadere vere non poteſt, qui genas ſuas indeſinenter rigat aquis viuentibus ex me-
moria mortis & offenſionum,]hoc eſt, culparum ſuarum aut etiam deſiderio regni cœ-
leſtis,aut ex compaſſione dominicæ paſſionis, vel ex ſereniſſima ac ſuauiſſima compla-
centia D E I, aut ex compaſſione fraterna. [Non laboro credere,]id eſt,firmiter cre
do ac agnoſco,[quomodo prior,] vtpote contemplator, [tranſiuit per conſcenſionem
ſecundam]hoc eſt,per fletum præfatum aſcendit ad cõtemplationis ſublimitatem. [Vi
di pauperes inuerecundos ac mendicantes ſub compendio inclinantes corda regum ad
compaſſionem,elegantibus verbis,]id eſt,per apta & pulchra eloquia,quibus propriam
indigentiam & regnum excellentiam expreſſerunt. Ita & nos ſpiritualiter mendicantes
panem ſuperſubſtantialem,ſacramentalem,intellectualem à deo,poſſumus ſummum re
gem ad ſubueniendum,ignoſcendumque prouocare, exprimendo affectuoſe propriam
defectuoſitatem,ærumnam & culpam,dei quoque omnipotentiam,pietatem, & munifi
centiã collaudando. [Et vidi pauperes & egenos in virtutibus]vtpote imperfectos[cla
mantes ad ſupercœleſtem regem non elegantibus, ſed magis quibuſdam obſcuris atq;
humilibus ac hæſitantibus verbis,ex corde profundo,& quaſi deſperato,]clamantes in-
quam,[inconfuſe & perſeueranter, & ſua violentia violentauerunt viſceroſitatem & na-
turam eius,qui non patitur vim,] hoc eſt, precibus ſuis tam importunis tam impetuoſe
B feruentibus, tam inceſſanter effuſis, deum quaſi ſuperaſſe & compuliſſe videntur ad ex-
audiendum, ſecundum ſenſum viciſſim inductum. Tales potiſſime extiterunt deuotiſſi-
mi illi incarcerati,de quibus dictũ eſt articulo decimotertio. [Qui de ſuis lachrymis ani-
maliter,]id eſt,inſipienter,] inflatur, & non lachrymantes in ſeipſo dijudicat, ſimilis eſt
ei qui contra inimicos poſtulauit armaturam à rege, & ſeipſum occidit per eam,] ſic eñ
& talis vtitur lachrymis ſuis ad ſuijpſius interitũ,dum temere iudicat alios, & ſtulte ſu-
perbit de domo dei,non penſans illud apoſtoli: Quid habes quod nõ accepiſti?[O ami- 1. Cori. 4
ci, D E V S non eget nec vult hominem lugere ex cordis mœſtitia ac dolore, ſed
multo magis,]vult eum, [exultare in riſu,]id eſt,gaudio,]animæ ex charitate idipſum,]
deum, vt ſcilicet beatitudini dei amoroſe congratuletur. D E V S nanque non re-
quirit ab homine luctum pœnitentialem principaliter ac directe, ſed ſecundario & rati-
one peccati ſuperinducti. Principaliter vero & directe vult deus, vt homo ex charitate
glorietur in ipſo. Ideo ſubditur: [Aufer peccatum & ſuperfluus erit dolor] pœnitentia-
lis, [& mœſtitia lachrymarum ſenſibilibus oculis] effuſarum ex tali dolore, [non enim
neceſſaria eſt raſio cicatrice non exiſtente.]Nec opus eſt medicina,ſi non eſt læſio,neque
infirmitas. [Non erat profluuium lachrymarum in Adam ante præuaricationem,quem
admodum nec poſt reſurrectionem erit,peccato deſtructo,quoniam fugiet dolor & tri-
C ſtitia atque ſuſpirium à beatis.] Vidi in quibuſdam luctum,] loquendo in generali. [Vi-
di in alijs luctum propter penuriam luctus,]id eſt, aliquos vidi ſeipſos deflere, quoniam
gratiam lachrymarum non habuerunt prompte ad libitum, [qui licet ſint habentes]lu-
ctum interiorem aſſidue, luctum quoque exteriorem interdum, [efficiuntur tamen tan-
quam non detinentes,]hoc eſt,reputant ſe quaſi non ſeruent luctum in ſe, [& per igno-
rantiam pulchram & bonam,] qua ignorant ſe habere luctum interiorem, multo præ-
ſtantiorem ſolo luctu exteriori, ] impredabiles manent,] id eſt, tam fortes & fixi in hu-
militate quod diabolus non poteſt eos ſpoliare luctu interiori, cæteriſque chariſmati-
bus ſpiritus ſancti. Interea ignorantia iſta dicitur pulchra & bona,non inquãtum igno-
rantia,imo perfectius eſt habere ſcientiam ei oppoſitam,vt ſciat homo quæ à D E O
donata ſunt ſibi, ſed inquantum ſit illis nondum perfectis occaſio maioris humilitatis
& inſpoliabilitatis. Et hi ſunt de quibus dicitur: Dominus ſapiẽtes facit cæcos,]ita quod Iohan. 9
ſalubriter quædam ignorant. [Solet enim donum lachrymarum magis vacuos,] id eſt,
imperfectiores,]plerunq; extollere. Quamobrem quibuſdam non datur vt affligant ſe-
ipſos in ſuſpirijs & mœrore atque triſtitia] animæ [priuatione & inquiſitione doni iſti-
us,] id eſt, ob hoc quod priuati ſunt gratia lachrymarum, & eam adhuc exquirere indi-
gent, & anguſtientur profunda contriſtatione & extenuatione penuriæ luctus,quæ na
turaliter & ſine periculo habent locum ſupplere lachrymarum,] hoc eſt, ſuſpiria mœro-
res afflictionesq; iſtæ venientes ex hoc q̃ gratia lachrymarũ nõ adeſt, ex ſua natura ſecu
re ſupplẽt luctus defectũ, nec homo ita faciliter ex illis inflat̃ ſicut ex luctu,q̃ reputat̃ ſpe-
ciale ac euidẽs ſignũ internæ deuotionis. [Quãuis & hoc]q.ſ. talia habẽt ſine luctu exte
riori,

riori,[conuenientius reputetur ab eis pro nihilo,] inquantum per hoc magis humiliant D
& contemnunt ſeipſos.[Obſeruantes].i. diligenter cõſiderantes noſipſos, [inueniemus
frequenter amarum deriſum in nobis à dæmonibus factum].i. grauiter nos illuſos ab il
lis reperiemus.[Cum enim ſaturati fuerimus, cõpungunt nos deuotione & lachrymis]
.i. ad fictam deuotionem & fletum nos incitant, proponendo nobis interius imagina-
tiones mortis ac inferni,[& rurſus indurant nos ieiunantes ac vigilãtes, vt lachrymis ad-
ulterinis ſeducti, tradamus nos matri omnium vitiorum, videlicet delitijs gulæ, ]quaſi
tunc magis apti ad deuotionem & planctum. [Quibus talibus,] vtpote fallacibus dæ-
monibus,[non conuenit obedire ]gulam admittendo,[magis vero conuenit contrari-
um facere,]ſobrietati & abſtinentiæ inhærendo. Porro qualiter gula ſit mater omnium
vitiorum, infra dicetur.[Ego vero intelligens & ipſam qualitatem compunctionis]quæ
in ſe amara eſt,[ſtupeo qualiter luctus & ſecundum deum triſtitia poſſident gaudiũ ſpi
rituale & complexam lætitiam,]hoc eſt, cõſolationem virtualiter eis incluſam,[quaſi fa-
uum mellis].i. tanquam dulciſſimum aliquod. Qualiter autem hoc fiat, dictum eſt ſępe.
[Quid ergo docemur ex hoc?]Ad quod reſpondet:[Quia talis compunctio dicitur pro
prie eſſe donum dei,]qui animam taliter conſolatur.[Tunc vero eſt in anima delectatio
abſq; delectatione].i. delectatio ſpiritualis ſine carnali, ſeu delectatio dolori permixta E
[deo latenter conſolante contritos corde,]de ſpe veniæ & alijs modis. Porro ſi textus
hebeat[Tunc non eſt in anima delectatio, ſine delectatione,]eſt ſenſus, ꝙ in tali caſu eſt
anima delectatio vera & digna.[Ad occaſionem ergo]habendam,[luctus vtiq; effica-
ciſſimi ac ſalutiferi manifeſte, vtiliſq; doloris, audiamus narrationem proficuam animæ
& miſerabilem nimis. Stephanus quidam habitans in iſto eodem montis Synai loco ſo
litariam & tranquillam ſalutans].i. beatificãs ac diligens,[vitam & quietem ab alijs re-
motam, plurimiſq; temporibus permanens contritus in paleſtra].i. exercitio atq; certa-
mine conuerſationis monaſticæ, ornatus permaxime ieiunijs & lachrymis,[& circunſe-
ptus].i. circundatus ac repletus,[alijs pluribus exhuberantibus bonis, habuit cellam in
ſancto hoc monte iuxta deſcenſum ſancti Heliæ contemplatoris dei. Iſte ergo iſte perpe
tuus Stephanus].i. perpetua memoria dignus, & quantum ad animam immortalis, du-
ctus intentione pœnitentiæ efficacioris & doloroſioris, intrauit locum anachoritarum
nomine Sydin, faciens ibi aliquos annos in anguſtiſſima & ſuperardua vita ac pœniten
tia, quia & locus abſq; conſolatione fuit & fere inacceſſibilis cũctis hominibus & à mo-
naſterio nomine Caſtri quaſi ſeptuaginta milibus diſtans. Qui rurſus circa finem vitæ
ſuæ venit ad propriam cellam montis ſancti. Habuit autem duos diſcipulos de Paleſti-
na multum vtiq; religioſos, qui & primo cuſtodierunt cellam ipſius. Viuens itaq; pau- F
cis diebus in cella hac infirmatus eſt infirmitate qua obijt. Igitur ante vnum diem ſuæ re
ſolutionis factus in extaſi mentis, apertis oculis intendebat ad dexteram lectuli ac ſini-
ſtram, & quaſi ad reddendam rationem à quibuſdam exactus, aſtantibus dixit audienti
bus cunctis qui aderant. Interdum equidem dixit ſic: Vtiq; verum eſt, ſed confeſſus ſum,
& tanto tempore ieiunaui pro iſto peccato. Aliquando vero dixit: Nequaquam ſed mẽ-
timini, iſtud enim non feci. Quandoque vero dicebat. Ita vere iſtud ſic eſt, ſed ploraui ac
miniſtraui. Viciſſim vero locutus eſt: Calumnioſe me accuſatis. Rurſus ait ad aliqua. Ita
eſt vere nec ad hoc aliquid habeo, ſed deus miſericors eſt. Eratq; executorium illud rati-
onis exactæ inuiſibile & irremiſſibile valde horrendum atq; terribile. Deniq; magis ter-
ribile extitit ac pauendum, quoniam accuſabant & inquirebãt eum in his quæ pauebat
nec fecerat, ò eia, vir quietus ac anachorita de aliqbus ſuis culpis, dixit: Quia ad hoc nõ
ſcio nec habeo aliquid dicere, quia iam quaſi per quadraginta annos monachus fuerat,
& donum habuit lachrymarum. Væ, væ, vbi tũc fuit verbum Ezechielis, vt diceret illud
Ezech.18 accuſatoribus ſuis: In quacunq; hora fuerit peccator conuerſus ad pœnitentiam, &c. Et
iterũ: In quo te inuenero, iudicabo te dicit dominus. Vere nihil tale potuit dicere pro ſa-
tiſfactione. Cuius gratia ſoli cognoſcẽti gloria].i. de qua re ſit gloria deo, qui ſolus ex ſe-
ipſo cognoſcit cur iſtud ſic contigit. [Quidam autem veraces mihi dixerunt ꝙ Stepha-
nus iſte paſcebat leopardum venientem ad ſe in deſerto. Et ecce hic tantus eſt conſtitu-
tus ſub exactione rationis, receſſit à corpore non faciens penitus certitudinaliter mani-
feſtum quod fuerit eius iudicium, aut quæ ſententia de ipſo prolata ſit, & quis finis ratio
nis exactæ. Quemadmodum vidua virum ſuum alliciens].i. defunctũ ſepeliens ſeu mo-
rientem



A morientem relinquens [& vnicum filium habens illum ſolum habet conſolationẽ poſt
deum, ita aĩæ peccatrici non eſt ſimilis conſolatio in tempore exitus ſui, ſicut laboraſſe
contra gulam, & lachrymæ] pro peccatis[tales nunq̃ melodizabunt apud ſeipſos,]hoc
eſt, ſeorſum non cantabunt ſuauiter[neq; iubilabunt in hymnis].i. non diſcantabũt nec
aliquid leuitatis aut petulantiæ oſtendent in voce in laudibus dei.[Nam talia ſunt natu
raliter exterminatiua luctus. Si per hoc adinueneris aduocare luctum, longe diſtat à te
operatio & miſericordia eius] .i. ſi ſcis aut ſoles te prouocare ad fletum per melodiã aut
cantum huiuſmodi, longe es à luctu ſalubri, atq; à fructu & gratia ac meritis eius. Verũ-
tamen multi deuoti & ſancti fuerunt frequenter moti ad lachrymas ex cantu & melo-
dia eccleſiæ, ſicut & Auguſtinus de ſeipſo teſtatur, ſed ille fuit cantus deuotus, & magis
mouebantur ex ſenſu verborum & contemplatione ſublimium, q̃ ex ſono aut melodia,
quæ tamen interdum diſponunt ad compunctionem & contemplationem. Propter q̃d
Heliſæus fecit pſalten adduci, qua pſallente factus eſt ſuper eum ſpiritus domini, & pro-
phetauit.[Luctus enim eſt dolor animæ qualificatus ignite,] .i. compunctionis feruore
ornatus[factus præcurſor beatæ impaſſibilitatis in multis,] hoc eſt, luctus iſte multos
diſpoſuit ac perduxit ad plenam reformationem à motibus paſſionum. [Et luctus eſt 4.Reg.3
præuertens & præſcopens & præconſumens ſyluam,] hoc eſt, luctus iſte præ cæteris pœ-
B nitentiæ actibus euertit, abradit ac tollit ſterilia opera vitiorum præteritorum, & immi-
nentia vincit, futuraq; præcauet.[Narrauit mihi quidã probatus operator luctus iſtius,
quia aduenìens quidam narrauit mihi exportare].i. tentator mihi ſuggeſſit vt efferrer &
prorumperem[plerunq; ad gloriam vanam, vel ad iram, aut ventris ſatietatem. Cogi-
tatio autem luctus intus clamãs conteſtabatur me].i. ſub proteſtatione hortabatur me
[dicens: Ne vane glorieris, quia recedam à te,] ſi egeris hoc[ſimiliter & in alijs paſſioni-
bus & vitijs] .i. quando de alijs peccatis tentamur cogitatio luctus ſuggerit nõ eſſe con
ſentiendum, alioquin luctus recedet à nobis. [Ego vero dixi ad eum]puta ad tentatorẽ:
Nunq̃ ero tibi obediens donec repræſentes me Chriſto.]Quaſi dicat, quia hoc nunq̃ fa-
cturus es, nunq̃ conſentiam tuę ſuggeſtioni. Aliqui autem textus habent, inobediens, &
tunc iſte eſt ſenſus: Ego vero dixi ad eum, puta ad luctum, nunq̃ ero inobediens tibi pro
hibenti mihi inaniter gloriari, iraſci & ſaturari, donec repræſentes me Chriſto. i. vſq; ad
horam mortis, qñ præſentabor iudicis tribunali, nõ ꝙ poſtea inobediẽs tibi ero, ſed qa
poſtea nõ erit tempus merẽdi aut demerẽdi.[Nempe abyſſus luctus vidit conſolationẽ]
hoc eſt, profundus & inceſſabilis fletus meruit atq; obtinuit conſolationem ſupernam
[munditia vero cordis ſuſcepit illuminationem diuinam, imo & dei inſpectionem, quẽ-
admodum ſcriptum eſt: Beati mundo cordo, quoniam ipſi deum videbunt. [Illumina-
C tio eſt archana operatio incognoſcibiliter intellecta, & inuiſibiliter viſa.] Illuminatio
actiua diuina, eſt deus illuminans, qui eſt incognoſcibiliter intellectus, quia ſic intelligi- Matth.5
tur à nobis in vita hac, ꝙ à nobis comprehendi non poteſt: ſic & inuiſibiliter viſus eſt,
quia à mente per fidem & ſapientiæ donum, aut etiam per naturalem rationem ſapien-
tiamq; acquiſitam videtur, & tamen nec corporaliter, neq; per ſpeciem videri poteſt in
vita præſenti, iuxta quod ſcriptum eſt: Deum nemo vidit vnquam. Et: Non videbit me 1. Iohã.4
homo, & viuet. Porro illuminatio paſſiua diuina, eſt occulta operatio dei in anima, vt- Exodi 33
pote ſupernalis oſtenſio veritatis. Quæ operatio eſt incognoſcibiliter intellecta, hoc eſt
ignote nota, & note ignota, quia & aliquo modo cognoſcitur, & plene certitudinaliterq;
non ſcitur. Quoniã neſcit homo an exiſtat in charitate, ſine qua illuminatio de qua iam
ſermo eſt non habetur, ſicq; inuiſibiliter viſa eſt viſu interiori, quo tamen perfecte non
cernitur. Ideo ſcriptum eſt: Quaſi furtiue ſuſcepit auris mea venas ſuſurrij eius. Itemq;: Iob 4
Spiritus vbi vult ſpirat, & vocem eius audis, & tamen neſcis vnde veniat aut quo vadat. Iohan. 3
Et rurſus: Si venerit ad me, non videbo eum, &c.[Conſolatio eſt refrigeratio in dolore Iob 9
animæ]hoc eſt, conſolatio ſpiritualis diuina, eſt releuamen interioris doloris, & quędam
exhilaratio mentis, procedens ex contemplatione, aut ſpe felicitatis futuræ, ſiue ex alia
conſideratione ſalubri, aut cauſa pia, refrigeratio inquam habens ſe[inſtar paruuli plo-
rantis cum ſingultibus in ſeipſo, & clare pariter ſubridentis.]quemadmodum enim in-
fantulus matre ſubtracta ex oculis eius grauiter plorat, eaq; denuo viſa cum ploratu ſub
ridet, ita in refrigeratione hac ſibijnuicem miſcentur dolor & gaudium: dolor in exitu
proprij mali, gaudium ex intuitu alicuius boni diuini.[Opitulatio eſt recreatio & reno-
ii uatio

uatio animæ deorſum labentis præ triſtitia.] Opitulari quippe idem eſt quod auxiliari. D
Quum itaq; Deus pijſſimus videt animam ex conſideratione ſuorum periculorum & vi
tiorum, atq; infirmitatum, ac tentationum, ſeu onere aduerſitatum ſuarum deficere, ca-
dere, & puſillanimitate mœroreq; obrui, ſubuenit ei, eam confortans ac recreans per gra
tiam, illuminationem & inflammationem ſpiritus ſancti. Recreatio & renouatio illa vi-
rium animæ dicitur opitulatio, [mirabiliter transformans ac reparans profluuium la-
chrymarum doloroſum in non doloroſum.] Iſtud enim profluuium lachrymarum eſt
doloroſum ſecundum quod oritur ex compunctione & lugubri ac pœnali contritione
Eſt quoq; non doloroſum, quoniã conſolatio ei miſcetur ac recompẽſatur. Hoc proflu-
uium, opitulatio iſta [transformat]. i. in melius mutat. Cum enim anima cadit deorſum
ac deficit, ſolet lachrymari ex deſolatione & puſillanimitate, quam lachrymationẽ opi-
tulatio iſta conuertit in luctum ſalubrem, ſicq; fletum fructuoſum iam ante peccando de
perditum reparat & inſtraurat, profluuium lachrymarum parit timorem. Qui enim ſua
deplorat peccata, meretur boni timoris augmentum, & roboratur ac renouatur in timo
re diuini iudicij, ac futuri ſupplicij. Frequenter quoq; ex timore oritur fletus. [Timore
vero pariente ſecuritatem ſuperauit gaudium] vel vt aliqui habent [ſuperapparuit] deus
etenim videns animam piam grandi formidine affici & affligi miſeretur, & infundit ei E
fiduciam atq; probabilem ſecuritatem, ex qua oritur gaudium ſpirituale ſuperans, abũ-
dans ac deſuper veniens. [gaudio vero indefinente finiente] id eſt, gaudio ſpirituali ceſ-
ſante ad horam, quod tamen indeſinens eſt, quia nõ penitus ceſſat imo nunc inchoatur
& multoties iteratur, atq; in futuro perpetuatur. [exortus eſt flos charitatis,] id eſt, fer-
uor, decor & viror diuini amoris exurgit ac innouatur. Nam is qui ſortitur à deo præfa-
tam ſecuritatem ac magnam lætitiam, inflammatur ac roboratur ex talibus donis Dei
in amore ipſius. Aliqui autem habent: [Gaudium vero indeſinente finiente] & tunc ſic
intelligi poteſt, quod anima indeſinente, id eſt, immortali finiente gaudiũ ſuum, vel deo
indeſinente, id eſt, æterno finiente in anima gaudium exortus eſt ſol, &c. [Declina & re-
pelle in manu] id eſt, virtute & actu humilitatis, [gaudium peregrinans,] id eſt, conſola-
tionem interiorem peregrinationis præſentis [tanquam indignus] conſolatione diuina
in hac vita [ne exiſtens nimis leuis ad recipiendum] conſolationem interiorem, [recipias
lupum pro paſtore] hoc eſt, conſolationem fallacem, & diabolum eius authorẽ pro con-
ſolatione vere diuina, & pro Chriſto eius authore. Poteſt nanq; diabolus quandam fi-
ctam deuotionem & deceptoriam conſolationem diſpoſitiue generare in anima, idcirco
non ſtatim credendum eſt conſolationi aduenienti ꝙ vere à deo ſit. [Non pręcurras con
templationi in tempore non contemplationis] hoc eſt, non te des, nec ingeras te ad con- F
templandum eo tempore, quo agendum eſt aliud. Quod intelligendum eſt de contem-
platione tam intenſa, vt impediat alios actus bonos tunc faciendos. Actio enim virtuo-
ſa exercenda eſt loco & tempore opportuno. Porro ſi quis deſuper præueniatur, ita ꝙ
mens eius præſtringat repente lumine gratiæ, atq; inopinatis exceſſibus feratur in deũ,
ſiue tam valide præoccupetur contemplationis exceſſu & anagogico motui, vt reſiſtere
nequeat, ille non ingerit ſe contemplationi, & quandocunq; hoc fiat æquanimiter ferri
debet. Sic ergo non ingeras te tempore indebito [vt] contemplatio [inſequens pulchritu
dinem humilitatis tuæ] ex qua non vis contemplator coram alijs apparere [iungat] ſe ti-
bi perfectius poſtea [atq; in caſtiſſimis nuptijs] quæ ſunt nuptiæ gloriæ æternalis [copule
tur tibi in ſeculum ſeculi. Paruulus in principijs] ſuæ cognitionis [patrem ſuũ agnoſcẽs
fit totus gaudio plenus] ſic eñ & agnus viſa matre lætatur [ipſo reuera] patre [ad tempus
diſpenſatiue]. i. ex certa cauſa [peregrinante, & eo rurſus à peregrinatione redeunte puer
repletur gaudio & mœrore: gaudio, quoniam videt patrem deſideratum: mœrore, quia
formidat quod pater peregrinabitur iterum, & propter priuationem bonæ pulchritudi-
nis tanti temporis.] hoc eſt, ex timore ꝙ iterum diu priuabitur pulchra præſentia ſui pa-
tris. Sic ſpiritualiter anima deuota ex gratioſa dei præſentia & ſuaui eius experiẽtia, gra-
tulatur, eiſq; ſubtractis triſtatur: quibus denuo reparatis gaudet & mœret. Gaudet eñ
de recuperatione boni optati, mœret vero ac metuit ne rurſus peccando illud amittat.
[Mater abſcondit ſeipſam à paruulo ſuo, & iucundatur videns infantulum ſe quærentẽ
cum dolore & lamentantem] de ſua ſubtractione, per hoc [inſtruens paruulum, vt ſibi in
deſinenter adhæreat] ſicq; vehementer reinflammat affectionẽ amoris in paruulo ad ſe-
ipſam,



A ipſam. [Qui habet aures audiendi audiat, dicit dominus]. i. ſpiritaliter iſta intelligat, ſic
enim æterna & increata ſapientia agit cum mente deuota, cui interdum diſpenſatiue ſe
ſubtrahit abſq; illius culpa, & videns mentem deuotam contriſtari ac plangere, eo ꝙ
putet ſe deum & conſolationẽ eius amiſiſſe per culpam: delectatur in hoc, & paulo poſt
viſitat eam ſuauiter, ac per hoc edocet eam, vt ſemper ſolicita ſit, ne gratioſa ſua præſen-
tia vnq̃ priuetur, & diuinum amorem ita accendit valenter in ea. [Condemnatus qui ſen
tentiam] damnatis [accepit, non curat de diſpoſitione ſpectaculorum, ſic qui lamentatur
ac efficaciter luget, non intendet aliquãdo delicijs, nec gloriæ] temporali [nec iræ aut in-
dignationi. Luctus eſt fixus & qualificatus]. i. ſtabilis & radicatus [mœror animæ] pœ-
nitentis [addens quotidie mœrores mœroribus & dolores doloribus, quaſi parturiẽs &
dolens pariens.]. i. ſicut mulier parturiens ſuſtinet doloris augmentum, quouſq; proij-
ciat fœtum. Horum autem intellectus patet ex præinductis. Loquitur enim de ordina-
to & pœnitentiali dolore atq; mœrore. Hinc ait ſanctus pater noſter Bernardus: Quoſ-
dam lugentes intueor, ſed ſi de corde venirent lachrymæ illæ, non tam cito mouerentur
ad riſum. [Iuſtus & ſanctus dominus, compungens exequentem quietem ſolitariam ra-
tione.]. i. deus eſt rationabiliter ac ſapienter compunctionis gratiam tribuens ei, qui ſo-
litariam vitam exequitur rationabiliter & diſcrete [& lætificãs] deliciariq; faciens quo-
tidie ſubiectum & ſubditum ratione]. i. eum qui rationi ſubijcitur, rationabiliterq; obe-
B dit, ita ꝙ tam ſolitarios, q̃ in obedientia ſtantes pie ac dulciter viſitat, quando & ipſi ſe
rationabiliter habent iuxta patrum doctrinam, non ſecundum proprium caput. [Exe-
quens vero reliquum horum non abſq; ſegnitie,]. i. qui ſolitariam aut cœnobitalem vi-
tam exercet cum pigritia & torpore [luctu priuatur] Talis enim fit leuis, carnalis, exter-
nus, non carneum, ſed lapideum cor habens [Expelle canem in profundiſſimo luctu ad-
uenientem, & ſupponentem deum inuiſceroſum & incompaſſiuum] hoc eſt, repelle à te
diabolum, qui perſuadet tibi quando cordialiſſime luges tua peccata, ꝙ deus ſit durus
& implacabilis, vt per hoc ad deſperationem te trahat, & ad ceſſandum à ſaluberrimo
luctu. [Nam & ſi obſeruaueris eum] id eſt, nequitias ac inſidias tentatoris iſtius recte per
penderis [inuenies eum tibi prædicantem ante peccatum]. i. anteq̃ pecces & ei aſſentias
deum eſſe compaſſiuum, benignum & indulgentem, quatenus per talem ſuggeſtionẽ fa-
ciat te ad peccandum audacẽ, quaſi poſtea pœnitentiam ſis acturus, & veniam faciliter
adepturus. [Exercitatio]. i. actus ſeu exercitium operis boni [generat frequentiam,] hoc
eſt, vſum & inſiſtentiam in eodem, [ipſa vero exercitatio deſinit in vſum,] id eſt, perficit
& completur in guſtu interno ſeu delectatione virtutum, [in ſenſu vero qualificatum &
actum difficulter aufertur] hoc eſt, exertitium virtuoſum cum fuerit in guſtum conſuetu
dinemq; conuerſum, nõ faciliter ex toto amittitur. Propter quod aſſerit Origenes: Nul-
C lus eorum qui in ſummo atq; perfecto gradu extiterit, ſubito euacuatur, ſed paulatim &
per partes poteſt hoc fieri. [Etiam ſi exequimur aliquas conuerſationes]. i. operationes,
[magnas & altas, & non poſſidemus cor mœrens]. i. compunctum & lugubre tempore
opportuno [reputemus eas quaſi adulterinas & vanas. Oportet eñ & (vt ita dicam) ve-
re oportet inquinatos poſt lauacrum baptiſmi [ſeu pœnitẽtiæ [abſtergere manus ſuas]. i.
potẽtias operatiuas, ſeu operationes iniquas [ab inquinamẽto picis,] id eſt, ab omni ſor-
de carnalitatis & culpæ [irremiſſibili igne cordis & miſericordia dei]. i. inceſſanti feruo-
re ac miratione diuina. [Vidi apud quoſdam terminum luctus ſuperfluum]. i. effectum
quendam finalem ex luctu prouenientẽ non neceſſarium, [ſenſibiliter enim inſpexi eos
ex ore fundere ſanguinẽ præ mœſtitia cordis plagati]. i. præ vehemẽtiſſimo cordis mœ-
rore & contritione cor ſauciante. Tanta autẽ alteratio corporis ipſum ita diſcrutians vt
ſanguinẽ funderet, & ipſa effuſio ſanguinis ad quam luctus eorũ terminabatur, neceſſa-
riæ non fuerunt, ſed magis ſuperfluæ, inquantum efficiũt corpus indiſpoſitum & ineptũ
ad actus & labores virtutum: attamẽ commẽdantur ratione radicis, inquantum videli-
cet oriuntur ex contritione permaxima. Ideo ſubditur: [& memoratus ſum] Prophetæ Pſalm. 101
[dicẽtis: Percuſſus ſum vt fœnum, & aruit cor meum. Lachrymæ enim, quæ ſunt ex ti-
more] diuini iudicij & inferni aut purgatorij, [habẽt in ſeipſis tremorem,]. i. tantæ ſunt
efficaciæ, ꝙ & corpus tremore concutiunt, ſicut ait Hieronymus: Quotiens diem iudicij
cogito, toto corpore perhorreſco. [& cuſtodiã poſſident] quia inducunt hominẽ ad ſoli-
citam ſuæ mentis cuſtodiam. [quæ vero ſunt charitatis]. i. lachrymæ ex ſpirituali amore
ii ij dei

Dei aut proximorum manantes[ſunt in quibuſdam quaſi leuiter prædabiles ante chari D
tatem perfectam,] hoc eſt,quidam faciliter amittunt lachrymas tales,quouſq; fuerint in
charitate perfecti,per vanam gloriã,ſpũalem ſuperbiam nimiãq; ſecuritatẽ, diſſolutionẽ
aut negligentiam.[niſi forte ignis ille ſempiterne memorandus]vc; ſpiritus ſanctus aut
vehemens feruor amori [accenderit cor in tpe efficacis operationis].i.eo tpe,quo agunt
aliquod opus virtutis, cum eo cordis ſui conatu. Tunc enim charitas augetur in homi-
ne.[Et eſt mirabile,quomodo quod humilius eſt magis certum exiſtit in tempore ſuo]
hoc eſt,mirum eſt, quod lachrymæ prouenientes ex timore ſecurius ac certius poſſiden
tur,& difficilius amittuntur , quàm lachrymæ venientes ex charitate nondum perfecta,
cui facilius miſcentur vana gloria & cætera vitia iam præfata,quàm timori,quæ eſt cha-
ritate humilior, id eſt,inferior. [Sunt materiæ fontes noſtros exiccantes,] hoc eſt,quæ-
dam ſunt vitia & opera aut ſubſtantiæ,quæ tollunt à nobis fontes ac gratiam lachryma
rum,quemadmodum vitia carnis,vinum,multiplices ioci,riſus,loquacitates,& conſimi-
lia.[Sunt quoque materiæ] aliæ[parietes]in fontibus iſtis[cœnum & beſtias.] Iſtæ ma-
teriæ aliæ,ſunt ſpiritualia vitia,puta ſuperbia,ambitio,deſiderium propriæ laudis,quo-
rum demeritis incidit homo in carnalia,fœda,& irrationabilia opera,quę vocantur cœ-
num & beſtiæ,fonteſq; obſtruunt lachrymarum. [Nam propter primas,]videlicet ma-
Gen.19 terias[Loth effectus eſt præuaricator cum proprijs filiabus]hoc eſt,per delicias illas gu- E
Iſaię 41 læ & coitus,Loth peccauit cum illis. [Propter ſecundas,] materias, vtpote ſuperbiam,
ambitionem,&c. diabolus corruit. [Multa eſt apud inimicos noſtros,]videlicet dæmo-
nes[malitia] quoniam pabulum vitæ conantur nobis conuertere in pabulum mortis.]
Quomodo enim inimici iſti efficiunt matres virtutum occaſionaliter matres vitiorum?]
hoc eſt,niſi hoſtes noſtri diaboli eſſent multum malitioſi,non inducerent nos ad hoc,ꝙ
abuteremur virtutibus principalibus, quæ aliarum ſunt matres , inaniter præſumendo,
gloriando, aut noſmetipſos iactando de ipſis, per quod fiunt indirecte ſeu occaſionali-
ter matres atque principia vitiorum. [& materias actiuas humilitatis,]hoc eſt,opera vir
tuoſa,ſeu beneficia Dei, ex quibus debemus nos magis humiliare , & quæ ex ſua natura
ſunt productiua humilitatis[faciunt actrices ſuperbiæ.]hoc eſt, incitamenta elationis,
inquantum ex talibus magnificamus atque extollimus noſmetipſos, aut alios aſperna-
mur,aut proprijs noſtris viribus,induſtrijs,aut conatibus ea aſcribimus,& ita virtutes
earumq; actiones ſunt altrices ſuperbiæ, non elicitiuæ:ſic enim virtute nemo male vtitur
ſed indirecte,& abuſu voluntatis peruerſæ. [Manſiones & aſpectus habitationum no-
ſtrarum ſolent plerunque ex ſua natura mentem prouocare ad compunctionem]quod
verum eſt de humilibus & ſimplicibus cellis & habitaculis religioſorum ſeorſum ſitis,
præſertim in montibus & præruptis ac eremo.[Et hoc verum eſſe perſuadeant tibi Ieſus
Matth.14 CHRISTVS, & Helias,& Iohannes Baptiſta, orantes ſeorſum ad ſeipſos] hoc F
Lucæ 1 eſt,ſeparatim ab alijs[quærentes & colentes] hoc eſt , frequentantes [remotionem, ] ab
3.Reg.18 alijs[& deſertum.]Ideo ſuo exemplo demonſtrant , quod ſitus ac diſpoſitio loci prouo-
cat ad compunctionis augmentum. Ieſus tamen tali amminiculo nequaquam indiguit.
[Vidi multotiens lachrymas motas in ciuitatibus atque tumultibus, ] hoc eſt, habitan-
tes inter alios in vrbibus & tumultibus mundi , vidi frequenter lugentes quaſi ex com-
punctione , [& arbitrantes nos nihil lædi ex tumultibus mundo appropinquemus.]
Non eſt dubium,quin aliqui ſeculares ciues & coniugati ſint vere deuoti,compuncti,ſa-
lubriterq; lugentes. Interdum tamen contingit, vt dæmones moueant quoſdam ſecu-
lares in præſentia religioſorum ac eremitarum ad quoſdam geſtus,quaſi deuotiones &
lugubres, vt per hoc religioſi ac eremitę paruipendant ſuam abſtractionem ac diſtrictio
nem,beatificentq; mundanos,& mente ac corpore eis propinquent. Ideo ſubditur:[Iſta
eſt enim intentio malignis dæmonijs,vt commiſceant nos mundanis , per tales immiſ-
ſiones,vt inquinemur exinde conuerſationibus,] operibuſq; eorum,conformando nos
Roma. 12 illis. Contra illud Apoſtoli ad Romanos dicentis:Nolite conformari huic ſeculo[Vnus
ſermo plerunque diſſoluit lutum & murum , non tamen vnus ſermo hunc iterum con-
gregauit.]hoc in exterioribus ita eſt,quod ſæpe propter vnum verbum offenſiuum aut
præceptũ alicuius deſtruunt ædificia quædam ipſius ſiue alterius,quæ nõ poſſunt ita faci
liter reparari. Spiritualiter q̃q; perdit quis faciliter virtutũ ſtructurã & connexionẽ pro-
ferendo



A ferendo detractoria verba,aut alia mortaliter culpabilia , ſed e nõ ita faciliter recuperat
quod amiſit.[Non inculpabimur ò amici,non inculpabimur in exitu animæ,nec inqui-
retur à nobis,] id eſt,coram Chriſto non accuſabimur,nec Chriſtus requiret,[quare nõ
fecerimus miracula,ſed neq;,quare non theologizauimus]id eſt,cur non fuimus intenti
ſtudio theologiæ,ſeu lectioni theologicorum voluminum,aut diſputationibus talium.
[neq; quare non fuerimus contemplati] id eſt, contemplatiui effecti,aut difficilia ſpecu-
lati,vel ſublimiter rapti [ſed omnino dabimus].i. dare exigemur[rationẽ deo,quare nõ
egerimus pœnitentiam,& cur non extiterimus humiles , & quare non luxerimus indeſi-
nenter] hoc eſt,omni tempore opportuno. Iſta enim ad monaſticos præcipue ſpectant,
& ſi iſta egiſſent, non dubium quin ad cõtemplationis gratiam perueniſſent,ſecundum
aliquem gradum . Idcirco requiretur à nobis, cur non profecerimus iuxta exigentiam
noſtræ profeſſionis,ſed contemplatio ſublimior, ad quam nõ aſtringit nos vocatio no-
ſtra, non exigetur à nobis.

¶De gradu octauo,puta inirafcibilitate,quæ difficulter & grauiter inueni-
tur ac poſſidetur. Articulus XVI.

QVemadmodum flamma perfecte extinguitur aqua modice addita,] id eſt , fuſa
in flammam ignis parui,ſicut eſt flamma candelę,quæ magnam aquę admixtio-
B nem ferre non poteſt ſine ſua corruptione,[ita profluuium lachrymarum veracis]id eſt,
pœnitentialis virtuoſiq;[luctus habet naturam occidere & extinguere]hoc eſt,efficaciã
ad repellendam & extinguendã[oẽm flammam indignationis & furoris ac iræ,quapro-
pter & ordinauimus iſta conſequenter].i. decenter & ordinate poſt præinductum capi-
tulum de luctu, tractamus nunc de inirafcibilitate, quæ per luctum acquiritur,quemad-
modum de effectu tractatur poſt tractatum de cauſa ipſius.[Inirafcibilitas eſt inſatiabi-
le deſiderium ignominiæ] .i. iniuriæ,aut cuiuſcũq; paruipenſionis. Nam ſicut ira eſt ap-
petitus vindictæ propter paruipẽſionem illatam,ſic inirafcibilitas dicitur inſatiabile de-
ſiderium huiuſmodi paruipenſionis , cum tamen tale deſiderium ſit potius ſignum atq;
effectus inirafcibilitatis,q̃ eſſentialiter inirafcibilitas ipſa[ſicut & vane glorioſis].i. huma
næ laudis & gloriæ cupidis[eſt].i. inhæret[infinitum deſiderium bonę famæ].i. proprię
reputationis,ita ꝙ quantumcũq; famentur & commendentur, ſemper cupiunt amplius
reputari & collaudari per vitioſam ad ſeipſos reflexionẽ. [Inirafcibilitas eſt victoria na-
turæ] .i. reformatio ac mortificatio naturalis iracundiæ[conſiſtens in inſenſibilitate in-
iuriarum] ita ꝙ eas non curat,nec moleſte aut grauiter ſuſtinet[adueniens ex agonibus
atq; ſudoribus].i. per labores atq; ſudores acquiſita, vtpote per magnum aſſiduũq; con
flictum contra ſeipſum per orationes & lachrymas,per exercitationeſq; laborioſas[Mi-
C titas eſt immobilis conſtantia animæ,habens ſe ſimiliter in ignominijs & diuulgationi
bus bonę famę]hoc eſt,in diffamationibus,in quibus omnibus manet manſuetudo iſta
imperturbata,ſicut loquitur Paulus: Per infamiam & bonam famam. Mititas quippe 2.Corin.6
eſt virtus moralis paſſionem iræ reprimens , moderans ac reformans . Porro cum du-
plex ſit ira, vtpote ira per zelum,quæ extat laudabilis,& ira per vitium,inirafcibilitas iſta
laudabilis intelligenda de inrafcibilitate per plenam excluſionem iræ per vitium , quæ
inirafcibilitas nõ aliud eſſe cenſetur,q̃ mititas perfecta. [Principium inirafcibilitatis, eſt
ſilentium labiorum ſeruatum in cordis conturbatione.]Per hoc enim incipit quis in mi-
titate proficere, ꝙ reprimit ſe ab iracundiæ verbis , dum ſentit ſe intus turbari ex illata
iniuria,aut quauis aduerſitate,ſicq; exurgentem iræ motum in ſeipſo ſuffocat,& ſigna in-
terioris commotionis foris monſtrare deuitat pro poſſe, ne ſcandalicet alios.[Medium
vero] .i. profectus inirafcibilitatis[eſt ſilentium cogitationis in exili conturbatione aīę]
hoc eſt,cogitationem atq; memoriam illatæ iniuriæ intus extinguere,dum anima ſentit
ſe adhuc aliqualiter ex iniurijs commoueri interius. [Finis].i. perfectio inirafcibilitatis
eſt[fixa tranquillitas ſeruata in ſuffocatione a ſpirituum immundorum,]hoc eſt,in ſug-
geſtionibus dæmonum , ad momoriam hominum reducentium, exaggerantium mala
ſeu aſpera irrogata . [Ira eſt patientia & expectatio abſconditi odij.] hoc eſt mala paſ-
ſio & diſpoſitio ad occultum rancorem , qui dicitur ira inueterata, [videlicet memoria
vltionis & malitiæ. ] Ira eſſentialiter eſt ipſa appetitio vltionis,ſed ſæpe cauſatur ex me-
moria vltionis inferendæ , & mali illatitimo & iraſcentem conſeruat & fouet in tali re-
ii iij corda-

cordatione.[Ira eſt concupiſcentia].i.appetitio[afflictionis exacerbantis]alteri inferen- D
dæ. Iraſcens enim cupit offendentem ſe aliquo modo affligere & exacerbare. Dicitu q;
ira eſſe concupiſcentia afflictionis exacerbantis, qa iraſcens ſeipſum affligit atq; irritat.
[Furia eſt inflammatio cordis ſine tempore].i.ſubito[facta]in appetitu ſenſitiuo,q nũc
nomine cordis exprimitur.[Amaritudo eſt motus ſine delectatione in anima reſidens]
Eccl 11 Ideo recte ait ſcriptura:Non eſt ſenſus vbi abundat amaritudo. Veruntamen amaritu-
do pœnitentiæ bona eſt.[Furor eſt motus leuiter vertibilis.]hoc eſt,cito faciliterq; ceſ-
ſabilis,qui motus eſt[inhoneſtas ac deformitas morum &animæ.]Eſt enim contrarius
exteriori condeſcentiæ morum,& intus deordinat animam.Honeſtas nanq; morum &
animæ decor eſt,vt homo in cunctis ſe habeat iuxta rectæ rationis iudicium, quod per
furorem penitus impeditur. [ſicut lumine apparente recedunt tenebræ, ſic omnis ama-
ritudo] vitioſa[& furor exterminantur ex fragrantia & odore humilitatis.] hoc eſt,ex
vilipenſione & humiliatione ſuijpſius. Quæ vilipenſio ſeu humiliatio vere ſuauis eſt,&
dulciter coram altiſſimo fragrans,proximis quoq; exemplaris & grata. Porro qui ſe-
ipſum prorſus vilipendit ac deprimit,non amaricatur,nec furit propter aduerſa. [Qui-
dam exiſtentes leuiter proſtrati & deiecti, negligenter ſe habent circa ſolicitudinem cu-
rationis huius mali.] hoc eſt,diligentes non ſunt neque ſoliciti,qualiter Deo auxiliante
poſſint curare hanc ſuam pronitatem ad furorem ac iram.[& miſerabiles ac miſeri non E
audiunt]aure cordis[dicentem:Momentum furoris ipſius ruina eſt.]Furens enim pro-
prio furore ſubuertit& ſpiritualiter deijcit ſemetipſum.[Eſt acutus molæ motus,in vno
momento conterens &exterminans granum animæ & fructum vitæ ſuper alterius mo-
tum per diem.] Iſte acutus molæ motus eſt intentiſſimus & irrationabiliſſimus iracun
diæ motus, rationem prorſus abſorbens , ſicq; repente deſtruens granum animæ,id eſt,
verbum Dei,ſeu bonum propoſitum aut cogitationem ſalubrem, exterminans quoque
fructum vitæ,id eſt,ab opere bono impediens,& opera bona iam facta mortificans,ſeu
merito priuans,quum ſit mortale peccatum: ideo facit hæc mala ſuper alterius motum
per diem,id eſt, pluſquam quorundam commotio remiſſior durans per diem totum.
Propterea prudenter eſt attendendum]ne incedamus in motum talem. Hinc quaſi ex-
poſitorie ſubditur : [eſt ſucceſſio flammæ,]hoc eſt,inflammatio iræ[in breui accenſa à
ſpiritu vehementi]puta diabolo & calido animo[comburẽs & perdens agrũ cordis]id
eſt, mentem ſpolians fructibus bonis [ſuper flammam diu immorantem.] id eſt , pluſ-
quam quorundam minor inflammatio diu inhærens.Deniq; ira duobus modis eſt mor
tale peccatum. Primo,quando in ſeipſa tam vehementer feruet,& rationi prædomina-
tur,vt tactum eſt.Secundo,dum vindicta,quę appetitur aut infertur,valde excedit quan
titatem illatæ iniuriæ:hoc enim directe contrariatur iuſtitiæ.[Neque iſtud vos latere de F
bet, ò amici, quoniam maligni dæmones ad tempus ſubtrahunt ſe, ] ceſſando à noſtra
impugnatione, [vt negligentes]id eſt,negligenter admittentes ex torpore q; periculoſa
ſecuritate,[magna vitia ſicut parua,ex hoc inſanabiliter infirmemur de cætero.] id eſt,
tam grauiter lædamur in anima,vt vix valdeq; difficulter valeamus curari. [Quemad-
modum lapis acutus,anguloſus & aſper cum alijs lapidibus repercuſſus & confricatus]
hoc eſt,per confricationem contritus [deponit omnem ſuam acuitatem atq; duritiam]
non quod deſinat eſſe durus , ſed duritiam angularem ex partibus hinc inde eminenti-
bus prouenientem amittit,[& reſtituitur formæ rotundæ.Ita & anima acuta,dura,& in-
conueniens,] hoc eſt,homo iracundus,impatiens,nec alijs proportionatus ad conuiuen
dum , [congregata & commixta multitudini durorum & furioſorum virorum , ac de-
gens cum eis ſuſtinet vnum ex duobus. Nam aut ex patientia proprium vulnus curat.]
hoc eſt , aut aliorum motus paſſionatos æquanimiter ferens , ſanat propriarum paſſio-
num impetuoſitatem,[vel diſcedens]à tali congregatione [propriam infirmitatem,]vt-
pote iram & impatientiam ſuam[cognoſcit] per experientiam [eadem ſua formidoloſa
& invirili fuga ], hoc eſt,diſceſſione[manifeſtante ei propriam infirmitatem clare , tan-
quam in ſpeculo quodam.] Qui autem ex ſua profeſſione recluſus eſt,neque diſcedere
poteſt à paſſionatis hominibus, cum quibus verſatur multotiens læditur , niſi diſcat ſe-
metipſum frangere , & aliorum quoſuis defectus in omni charitate,pietate , & patientia
ſupportare: quod ſi impatiens fuerint,& ad iram procliuis , agnoſcat ac defleat propriã
infirmi-



A infirmitatem atq; erumnam. [Furioſus eſt arreptitius ſpontaneus ex arreptione nõ vo
luntaria diſruptus,conſternatus & cadens] In his verbis contradictio eſſe videtur,ſed in
telligẽda ſunt pie,ita vt furioſus,id eſt,exceſſiue & impetuoſe iraſcens dicatur arreptitius
ſpontaneus, quoniam paſſionem ſui furoris aliquo modo ſponte admiſit ei non debite
reſiſtendo, & per eam arreptitio ſimilis eſt tam irratiõabiliter ſe habendo. Dicitur quo-
que diſruptus,id eſt,corde diuiſus & à ratione alienatus,conſterratus,hoc eſt,proprio vi
tio obrutus & cadens in foueam excæcationis arreptione non voluntaria,id eſt,inflam-
matione rationem abſorbente & voluntatem vincente, ita quod ratio voluntarij valde
minoratur in tali inflammatione furoris . Ideo dictum eſt ex arreptione non volunta-
ria . [ Nihil ita incongruum eſt & tam inexpediens pœnitentiam agenti , ſicut furor
conturbans] qui non permittit hominem humiliare ſeipſum,& propria ponderare pec-
cata. [Igitur ſicut conuerſio] mentis ad deum aut religionis ingreſſum [indiget multa
humilitate,] qua homo propria indignitate penſata, deo cum omni reuerentia ſubdat
applicetque ſeipſum [ſic furor argumentum eſt omnis elationis] nam quanto quis ma-
ior eſt in oculis proprijs,tanto moleſtius ſuſtinet ſui contemptum,& tanto plus reputat
acriuſque vlciſci deſiderat iniuriam ſibi factam,quamuis interdum non ſit iniuria,quem
admodum quando quis charitatiue & iuſte corripitur atque corrigitur. [ Si ] pro quia,
B [iſta eſt terminatio] id eſt,finis & perfectio [ſummæ mititatis tranquillo corde & amo-
roſa affectione diſponi,] id eſt, moueri & affici, [ad irritantem ac iniuriantem ipſo præ-
ſente, hæc eſt, penitus determinatio] hoc eſt,certum ſignum & conſummatio quædam
[ furoris compugnare verbis & figuris] id eſt, imaginationibus bellicis [in ſeipſo & ad
ſeipſum,feraliter quoq; conſurgere aduerſus cõtriſtantem] id eſt,iniuriantem etiam ab-
ſentem. [Si] pro quia [ſpiritus ſanctus diffinitur] hoc eſt, aſſeritur: [& eſt pax animæ]
non formaliter ſed obiectiue,itaque cauſaliter, eſt enim cauſa pacis internæ,& in eo tan-
quam in ſummo obiecto conſiſtit pax pectoris. [Ira vero dicitur & eſt perturbatio cor-
dis, ideo nihil ita contrariatur aduentui ſpiritus ſancti in nobis,nec naturaliter ita impe-
dit participationẽ gratiæ ſpiritus ſancti,vt furor nos cognoſcentes germina] id eſt, ope-
ra ex furore prodeuntia [eſſe quam plurima atque crudelia, vnam & ſolam ſobolem ei-
us non voluntariam cognouimus eſſe perſicuam, quamuis ſit adulterina, ] vna & ſola
hæc proles furoris poteſt intelligi eruptio ſeu manifeſtatio interioris furoris,qua erupti-
one completam furor miteſcit , ſicut interior dolor minuitur per luctum exteriorem,
huic ſubditur. [Vidi quoſdam furore ſuccenſos poſſidentes memoriam malitiæ]id eſt,
iniuriæ ſibi factæ [temporaneam] id eſt, ad tempus durantem [& intus in anima reſiden
tem euomentes] eundem malitiæ ſuæ furorem, [& per vitium] hoc eſt, per hanc furio-
C ſam eruptionem ſeu furoris offenſionẽ] taliter commutatos miſericordia] id eſt,per pi-
etatem & gratiam D E I conuerſos, [detemporanea & diuturna triſtitia,] id eſt , ira
ſeu impatientia & vitioſo mœrore ad pœnitentiam, [& reportantes ex contriſtato] id
eſt,ex moleſtia eis illata ſeu ex contriſtatione inde ſecuta [culpam] quando manſerunt
in patientia & iracundia ſua,ex quibus reportauerunt & inciderunt rancorem contra in
iuriantem, [aut certificationem & ſatisfactionem,] quando iniuriam & tribulationem
eis factam æquanimiter pertulerunt,ac induſerunt . Tunc enim probabiliter poterant
certificari,quod deus eis ſimiliter indulgeret,& item quod præſens tribulatio propter de
um laudabiliter tollerata reputaretur eis à deo purgatio & ſatisfactio pro proprijs cul-
pis.Nam ſicut homo facit proximo ſuo,ita meretur fieri ſibi à deo, quemadmodum ait
Saluator Matthæi ſeptimo: Qua menſura menſi fueritis remetietur vobis . [Et vidi ali- Matth. 7
os longanimes quantum ad apparentiã,agentes lõganimiter irrationabiliter[hoc eſt,lõ
ganimitatem & patientiam forinſecus oſtendentes ficte & callide[& ex ſilentio reponẽ-
tes intus in corde ſuo memoriam malitiæ].i. iniuriæ ſibi factæ[& liuorem]hoc eſt, inui-
diam contra iniuriantem. Hi ſunt qui ſilent & diſſimulaut iram ſuam ad tempus,vt ſuo
tempore ſe acrius vindicent: Vnde & Salomon loquitur Prouerbiorũ 12. Qui diſſimilat
iniuriam callidus eſt. [Et vocaui eos miſerabiliores] .i. priores & magis deflendos[fu- Prou. 12
rentibus] quia difficilius curantur quam furentes,& peccant ex propoſito, deliberatio-
ne ac certa malitia. Ideo ſubditur [& exterminantes columbam] id eſt, bonitatem,ſim-
plicitatem ac gratiam ſpiritus ſancti[atramento]id eſt, ſcripto quodam interiori vtpote

 perti-

pertinaci immanſione in malo. [Multa ſolicitudo & cura neceſſaria nobis eſt contra D
iſtum ſerpentem] id eſt, contra hanc venenatam & callidam ſimulationem artificialem'q;
iram [Nam ſerpens iſte naturam habet cooperatricem] id eſt, naturalis inclinatio natu-
ræ inſtigat ad vitium iſtud, tam ſerpentinum, præſertim in his qui ex naturali diſpoſitio-
ne vſu aut experientia ſunt verſuti ſimulatores & duplices animo ac vindicatiui [ſicut vi
delicet, ſerpens poſſidet corporum carnes] quos mordet aut vorat, ſic'q; intra ſe poſſidet
ſeu continet eas. [Vidi iraſcentes & ex amaritudine cibum renuentes & per eandem irra
tionabilem abſtinentiam aſſumpſerunt venenum cum veneno] id eſt, amaritudinem ſu-
am auxerunt & paſſionem paſſioni appoſuerunt, vtpote iram, indignationẽ, rancorem
amaritudini præconceptæ. Cõtra illud Deuteronomij viceſimonono: Non ſit inter vos
Deuter. 29 radix germinans fel & amaritudinem. [Et vidi alios furore apprehenſos] id eſt, vehe-
menter iratos [tradentes ſeipſos propter hoc gulæ ſub huiuſmodi occaſione quaſi ratio-
nabili] ideo enim tradiderunt ſe gulæ, vt conſolationem & refrigerium ſui caloris inue-
nirent in cibo & potu, quàm obtinere non poterant exequendo vltionem optatam [vi-
di'q; eos ex fouea in præcipitium corruentes] dum enim voluerunt ſe extrahere de fouea
caloris iracundiæ ſuæ, præcipitauerunt ſeipſos in gulam ac vitia ei annexa. [Alios vero
intuitus ſum habere prudentiam qui tanquam medici contemperantes vtraque] vtpote
iram & refectionem ita quod propter iram non omiſerunt moderatam comeſtionem, E
& per eandem extinxerunt aliqualiter iram ſuam [ideo conſecuti ſunt maximos profe-
ctus per contemperatam conſolationem] id eſt, per hoc quod non immorando phanta
ſijs iniuriæ eis factæ, dederunt ſe ad moderatam refectionem, in qua adepti ſunt conſo-
lationem contemperatam, id eſt, conuenienter permixtam ex naturali conſolatione re-
fectionis atq; ex refrigerio ſuæ iræ, ex quo didicerunt ſeipſos de cætero frangere, nec a-
maritudini aut furori ſeu iracundiæ immorari. [Canticum laudis diuinæ cum melodia
contemperata quandoq; diſſoluit furorem perfecte ac virtuoſe,] in cantãte vel cantum
huiuſmodi audiente. Ex tali etenim cantico concipitur ſæpe deuotio, & melodia talis ad
piam affectionem diſponit, eſt'q; delectabile ſic pſallere & cantare, ſenſus quoq; verbo-
rum ſpecialem vim habet ad conſolandum & inflammandum in deo. [Quandoque ve-
ro furor recedit cum amore ſpiritualium delectationum] id eſt, per hoc quod quis ſpiri-
tuales conſolationes experiri deſiderat eaſq; amat aut aliqualiter incipit deguſtare [ſicut
congreditur cum amore delectationis temporalium] hoc eſt, ſicut pugnat contra amo-
rem delectationis carnalis ſiue terrenæ, quas furens frequenter contẽnit admittere ex ve
hementia iracundiæ ſuę ſicut & cibum [ſi tamen fuerit immenſurata & importuna] hoc
eſt, ſi delectatio illa fuerit improportionata ad releuandum ipſum furorem & ingeratur
loco ac tempore incongruo; ſi autem eſſet delectatio proportionata & opportune obla- F
ta non eam abijceret furens. [Ergo tempora regulantes] id eſt, vnicuiq; horæ cõgruam
occupationem præfigentes ac dantes [ita vtamur eiuſdem] temporibus [cum conuerſa
tione diſcreta] exequendo vnum quodq; opus tempore oportuno, nec aliquam tempo-
ris partem infructuoſe pertranſeuntes, ita vt tædium aut ocioſitas ſeu diſſolutio nun-
quam inueniatur in nobis. [Extra reſidens ſecundum aliquam neceſſitatem] id eſt, ex ali-
qua rationabili cauſa ſedens aut ſtans extra cellam meam aut aliorum [audiui ſolitari-
os viros quaſi perdices ad ſeipſos garrule compugnantes] id eſt, loquaciter proferentes
verba contentioſa inſtar auium garrularum, ex amaritudine & furore quos conceperũt
ex iniuria eis facta [atq; minantes inſilere in perſonam contriſtantis, tanquam præſenti-
aliter aſtantis] hoc eſt, in eum qui eis fecit iniuriam quamuis abſens eſſet. [Quibus præ
conſului non ſegregare ſe aut ſolitarie degere, vt non ex hominibus dæmones ſtatuan-
tur] hoc eſt, rationabiliter eis perſuaſi, vt non ſepararent ſe à cœnobio fratrum, nec in ſo-
litudine habitarent propter nimiam ſuam imperfectionem, ne ex hominibus conuerte-
rentur in dæmones, id eſt, ne dæmonibus ſimiles fierent immorando phantaſijs proter-
uis, furori amenti, irrationabilibuſq; affectibus, ſed diſcerẽt ſe frãgere inter fratres. [Et i-
terum vidi corda labentia lugum & cibis] id eſt, excedentia per carnalitatem & gulam,
ſpecietenus mites] hoc eſt, homines talia corda habentes, vidi apparenter eſſe manſuetos
[atq; (vt ita dicam) blandiores fratrum amatores & apparenter exiſtẽtes dilectores for
moſos in ſuperficie] tales quippe interdum affabiles ſunt & iucundi ſcientes ſe alijs ami
cabiliter applicare. [Quibus tranquillitatem ſolitariam exhortatus adire monui] id eſt,
ſolitariam



A ſolitariam vitam eis commendaui, & vt eam aggrederentur conſului [quaſi ciborum no
uaculam odientem ingluuiem & lubricum turpis luxus] hoc eſt, vitã ſolitariam eis con-
ſului tanquam abraſinam & abominatiuam gulæ atq; laſciuiæ, quarum materiæ ſeu ob
iecta non ita aſſunt in ſolitudine ſicut in medio fratrum [vt non miſerabiliter tranſpor
tati] id eſt, ne infeliciter à ratione auerſi & extra ſe poſiti [laberentur ex natura rationali
in irrationalem] vtpote ad vitia ignominioſa brutalia deteſtãda. Porro qui in cella aut
ſolitudine diu perſiſtit vix poteſt contingere quin redeat ad cor. Propter quod dixit ab-
bas Moyſes: Sede in cella tua, & ipſa de omnibus te docebit. [Sed quoniam quidam di-
cebant mihi, ſeipſos miſerabiliter ruere ac lamentabiliter exportari in ambobus locis] vi
delicet, tam inter alios q̃ in ſolitudine [iſtis ergo oĩno ꝓhibui] id eſt, ſub pia pariter'q; ſa-
lubri ꝓhibitione pręcepi atq; mandaui [nullo mõ proficiſci poſt ſuum proprium arbitri
um] id eſt, propriam libertatem nullatenus ſequi [nec in aliquo ſe regere ſua propria vo
luntate] ſed in omnibus obedire ac regi. [Eorum vero prælatis hoc amicabiliter diſpo-
ſui & ſubordinaui] id eſt, inſumaui & clã ſeu per alios perſuaſi [permittere ipſis aliquan-
do quidem exequi hanc temporis partem, aliquando vero illum ordinem] hoc eſt, vt il-
lis tam imperfectis darent licentiam occupandi ſe nunc in iſto nũc in alio actu, exercitio
ſeu labore ordinato, quoniam nimiam domationẽ pati non poſſenti deo condeſcenden
dum eſt ad tempus infirmitati eorum. Nam & alternis vti delectabile eſt [ita vt ipſi per
B omnia ſubmitterent collum regenti & gubernanti & perfecte ac firmiter obedirent] nã 1 Mach. 15
tales interdum melius attrahũtur quadam pietate quã immoderato rigore. [Nempe iſte
qui amator eſt delectationum] gulæ & luxus [ſolet ſeipſum exterminare]. i. ſe ſolum per
dere [aut certe in alium vnum]. i. aliquem alterum [qui ab eo doctus eſt amare idipſum]
vtpote delectationem carnalem [furioſus vero vt lupus frequentius conturbat vniuer-
ſum gregem]. i. totum conuentum [& humilians]. i. quadã humiliatione ſui procurans
ſe recipi [plagauit aĩas multas]. i. plurimos ſcandalizauit poſt ſuã receptionem. Vel fecit
hoc hũilians. i. alios vilipendens ac opprimens. [Crudele eſt oculũ animæ]. i. intellectũ
ſeu rationẽ [ex furore turbare]. i. ſeipſm aut alios cõcitare ad iram ſiue furorẽ [iuxta] pſal-
miſta [dicentẽ: Turbatus eſt à furore oculus meus] furor etem̃ oculũ aĩæ turbat. i. ab vſu Pſalm. 6
rationis impedit, inq̃etat, deordinat. [Crudelius vero eſt impetum aĩæ oſtendere labijs]
. i. per verba aut ſigna monſtrare quia hoc grauius ſcandalizat videntes [at vero mani-
bus] hoc eſt, per manum violentã ſeu realẽ vindictam oſtendere irã [inimicũ & extraneũ
eſt vbiq; cõuerſationi monaſticæ, angelicæ ac diuinæ, ſi vis magis vero ſi putas ſanare fe
ſtucam] vtpote paruã culpam [in altero non cædes nec feries hanc trabẽ pro inſtrumẽto
herba miliſſa]. i. ad excutiendã feſtucã illam ab alio nõ debes pro inſtrumento aut medi
cinali remedio aſſumere furorem aut irã vel vltionem realẽ ſeu turbulẽtum aſpectũ, aut
C inuectiuã increpationẽ. [Trabes em̃ ſunt, grauis & iroſus ſermo & figurę atq; maneries
indecentes]. i. toruus apparatus in vultu, turbulenti'q; geſtus [aliud vero] ab iſtis [eſt mo
deſta doctriua & longanimis increpatio]. i. reprehenſio charitatiua; diſcreta ac patiens
ſuo loco ac tempore facta. [Apoſtolus ait: Argue obſecra increpa, non tñ ait percute, ſi ve 1. Timo. 4
ro & iſta opus fuerit] vtpote percuſſione [raro hoc fiat & non per teipm̃]. i. non propria
manu percutias quenq̃, ſed præſidenti diſciplinam ac vltionẽ iniuriæ tibi illatæ cõmitte,
quando magnitudo culpæ aut alia rationabilis cauſa id exigit. [Superintendamus]. i. di
ligenter cõſideremus [& in multis furioſorum, ieiunium, vigiliam, ſolitariam'q; quietem
intuebimur prompte conſummari] hoc eſt, plurimos valde iracundos videbimus expe-
dite complere ieiunia, vigilias, ac ſolitariam manſionem. [Intentio em̃ eſt dæmoni impo
nere ſuper eos ſub occaſione huiuſmodi luctus & pœnitentiæ materias augmentatiuas
paſſionis] hoc eſt, inducere eos ad hoc vt ſint audatiores ac proniores ad paſſionem fu-
roris ac iræ, eo quod videantur ſibijpſis eſſe deuoti lachrymoſi ac ſolitariam vitam effi-
caciter proſequentes, non obſtante quod habeant motus furoris ac impetus iræ. Ta-
les igitur non confidant iudicio proprio, nec putent ſe D E O placere aut ſalubri-
ter pœnitere, niſi iram & furorem ſatagant ſuperare. [Si vnus lupus dæmonem
poſſidens cooperatorem,] hoc eſt, ſi vnus F R A T E R iracundus turbulen-
tus & ferax dæmone inſtigante, [poteſt gregem fratrum conturbare ſicut præfa-
ti ſumus, pœnitus & vnus ſapientiſſimus F R A T E R tanquam vter oleo
plenus]

plenus]id eſt,ſimilis vaſi repleto ex oleo [valet placare elationes & fluctus] id eſt,impe- D
tus paſſionum in alijs [& faciat vtiq; ratem ſaluari]id eſt,nauem clauſtralem periculum
euadere, [habens angelum cooperatorem ſecundum magnitudinem iudicij prioris,iſtæ
mercedem ex D E O reportans] hoc eſt, frater iſte oleo charitatis, pietatis ac pacis re-
pletus & copioſum à deo præſtolans præmium iuxta menſuram grauiſſimi iudicij imi-
nentis fratri communitatem turbanti, [factus eſt vniuerſis fratribus typus vtilitatis &
profectus] id eſt,exemplar ſpiritualis fructificationis ac virtuoſi proceſſus.[Principium
beatæ alternuntiationis eſt ignominias malitiæ & ſufferentis mali ſuſcipere] id eſt, iniu-
rias & afflictiones tollerare[cum amaritudine & dolore animæ ] id eſt,cum difficultate
atque reuiſu ac pœna,vt dictum eſt ſupra [medium vero] id eſt , profectus abrenuntia-
tionis [eſt ſine triſtitia in ipſis ignominijs perſiſtere . Perfectio autem ] abrenuntiatio-
nis [eſt eaſdem ignominias reputare,quaſi laudes bonæ famæ ſicut & ſunt] hoc eſt,tam
gratanter eas amplecti,quaſi ſint laudes famæ laudabilis,nam & ſunt laudes famæ hu-
iuſmodi,hoc eſt cauſa atque materia talis famæ,quoniam eas patienter ferendo ac tali-
ter reputaudo efficimur digni optima fama . [Gaude o prime] qui modo præfato inci-
pis abrenunciare & patientiam diſcere.[Vale o ſecunde] qui taliter proficis. [Beatus es
o tertiæ] qui ignominias ſuffers ac reputas quaſi laudes exultans in domino in aduerſis.
Supernotaui] id eſt, cum eminenti diligentia conſideraui, [in iroſis mirabile theatrum] E
hoc eſt,mirum ſpectaculum ludum ſeu prælium [eueniens eis ex elatione propriæ repu-
tationis. Iraſcentes enim[propter iniuriam ſeu aduerſitatem eis illatam & ira illa ceſſan-
te [rurſus iraſcebantur ſibimetipſis propter ſuccumbentiã] id eſt, deiectionem ſuam ab
ira [quia victi fuerant] propria ira [& admiratus ſum videns ruinam vltricem ruinæ]
hoc eſt poſteriorem iram eſſe punitricem iræ prioris[& inſpiciens vindicantes peccatum
peccato ] id eſt,iracũdos illos in ſeipſis increpantes ac punientes iram culpabilem vnam
per aliam iram culpabilem[& expaueſcens aſtutiam circumuentionem dæmonum ſtu-
pui,qui & à ſua vita paulominus deſperabant]id eſt, præfati iroſi & ita dupliciter iraſcen
tes,quaſi deſperabant ſe poſſe corrigere vitam , videntes ſe vndique ſic ſuperari ab ira.
Interea aduertendum quod ſibijpſi iraſci de propria ira priori,& eam vlciſci per iram ex
propriæ reputationis elatione, qua quis tantæ virtuoſitatis ac perfectionis ſe arbitratur,
vt admiretur & ſibimet iraſcatur,quod potuit ſuccumbere iræ,eſt vitioſum . [Si quis a-
ſpexerit ſeipſum leuiter victum ab elatione propriæ reputationis, & indignatione furo-
ris & malignitate atque hypocriſi,& propter hoc diſpoſuit contra ſeipſum euaginare an
cipitem gladium mititatis,abdicationis malitiæ & ſufferentiæ mali] hoc eſt , ipſam vir-
tutem & actum manſuetudinis,quæ eſt abdicatio malitiæ,id eſt,expulſio iræ per vitium
& ſufferentia mali illati, ita quod mititas inſtar gladij ex vtraque parte acuti interimit & F
abſcindit commotiones furoris ac iræ [iſte egreſſus accidat,] id eſt , à paſſionum moti-
bus exiens aggrediatur actus virtutum [& ingrediatur in dealbatorium ſalutis] vtpote,
[in collegium fratrum & maxime auſterorum & durorum,] hoc eſt, in cœnobium mo-
nachorum auſtere viuentium,& per exercitia rigoroſa ſeinuicem exercitantium,vbi ani
mæ vitijs denigratæ ſalubriter dealbantur[ſi tamen vult ipſas paſſiones perfecte expoli-
are] id eſt, à ſe omnino abijcere ſeu frenare, [vt ibidem concuſſus intellectualirerque
percuſſus contumelijs, iniurijs, inſuper & oppreſſionibus & increpationibus fratrum,
aut quaſi alicubi ſenſibiliter ablutus & calcitratus ac conculcatus lauet ſordes inſiſtentes
in habitu animæ eius] id eſt , per talia aſpera & aduerſa abluat & expurget paſſiones &
culpas ſibi habitualiter inherentes,ac ſi alicubi corporaliter purgaretur per ablutionem
calcitrationem & conculcationem. [Ipſa vox popularis]id eſt,verbum vulgare[perſua-
deat te quod improperia ſint lauatorium vitiorum animæ . Quidam enim in mundo
cum operuerunt aliquem improperijs in faciem, ] id eſt, alicui dixerunt verba imprope-
rioſa aperte dicunt gloriantes ad alios[qa talẽ ita laui.Quod vtiq; verũ eſt] vtpote quod
improperatio ſeu quæuis iniuria ſiue aduerſitas.Lauatoriũ aĩæ ſit vitioꝝ, dũmodo æq-
nimiter toleretur[Alia eſt iniraſcibilitas ꝓcedens ex luctu in incipientib. & introductis]
id eſt,nouiter cõuerſis[& alia immobilitas] hoc eſt,ſublimior immunitas à motibus irę,
aliarumq; paſſionum[conſiſtit in perfectis. Nam illa]videlic. incipientiũ iniraſcibilitas.
[Ligatur lachrymis tanquam quodam freno] id eſt, per orationes, compunctiones, ge-
mitus



A mitus & ploratus cuſtoditur ac refrenatur , ne in motus iræ aut furoris erumpat.
Incipientes nanq; nondum radicati ſunt in manſuetudine & in iraſcibilitate , & niſi præ-
fatis modis ſe cuſtodiant ac refrenent cito labuntur ad iram & impatientiam. [Iſta ve-
ro]vtpote immobilitas perfectorum [tanquam ſerpens mortificatur ab impaſſibilitate
quaſi ſub gladio quodam,] hoc eſt, propria impaſſibilitate mortificat ſeu præſeruat ſe à
motibus paſſionum, quaſi ſub enſe acuto , quia per impaſſibilitatem ſuam habitualem
quaſi per validiſſimum gladium repellit à ſe & occidit immoderantias paſſionum. [Vidi
tres monachos vnanimes ignominijs affectos] id eſt, iniuriam paſſos[& hic quidẽ mor-
detur & conturbatur attamen tacet,] id eſt, vnus eorum puta incipiens ac puſillus ſentit
in ſe quendam reuiſum & conturbationem ex illata ſibi iniuria,reprimit tamen motus il
los in ſe,nec per verba illicita illos oſtendit [ſecundus vero] puta proficiens [gauiſus eſt
pro ſeipſo]. i. de iniuria ſibi illata lætatus eſt, inquantum per eam promeruit [conturba-
tur vero ꝓ contriſtante & improperante]hoc eſt,de iniuriantis peccato ac caſu triſtatur.
Tertius vero reformans proximi læſionem] id eſt , perfectus ſua mititate patientia cha-
ritate & oratione proximo iniurianti ſibi veniam impetrans & eius malignitatem in bo
no vincens[effudit lachrymas calide] hoc eſt feruenter & lachrymoſe orauit pro illo. Et
erat pulchrum videre oporatores timoris & mercedis & charitatis . Nam primus ho-
rum trium operabatur ex timore ſupplicij, ſecundus intuitu præmij,tertius ex charitate
B ſyncera.Nihilominus duo primi operabantur etiam aliquomodo ex charitate,alioquin
non fuiſſent meritorie operati, ſed in primo timor magis apparuit , in ſecundo intuitus
præmij. [Quemadmodum febris corporum vna eſt] in genere[multas autem poſſidet
cauſas,& non vnicam occaſionem ſui caloris, ita & furor & motus iræ & ebulitio] ſan-
guinis circa cor[ſolent habere multas cauſas & differentes occaſiones,ſicut & reliqua vi-
tia noſtra.] Interdum enim oriuntur ira, furor & ebullitio illa ex damnis rerum, inter-
dum ex iniuriatione verborum,quandoque ex iuſta increpatione ac diſciplina , viciſſim
ex paupertate aut infirmitate ac alijs modis diuerſis. [Quapropter impoſſibile eſt iſta de
terminare] id eſt, diffinire tractare,elucidare [vno tamen modo arbitrium] id eſt, iudi-
cium [horum magis]conſtituto [in ſtudioſa ſolitudine & feſtinantia] id eſt, celeri inqui
ſitione [vniuſcuiuſq; inffrmantium] hoc eſt, paſſiones has ſuſtinentium [de cætero do]
id eſt, trado ac doceo [ſemitam medicinæ atque antidotum] hoc eſt, ſalubria remedia
contra vitia eſt [vigilanter inquirere . Et prima cura] id eſt,medicina, [erit cognoſcere
cauſam ſuæ plagæ] id eſt, interioris læſionis & inordinate commotionis. [Cauſa enim
inuenta nos infirmantes] vitijs paſſionum [ſuſcipiemus adiutorium emplaſtri , ex pro-
uidentia dei & ſpiritualium medicorum ad eandem] plagam curandam [quaſi ſub ex-
emplo & ænigmamte].i.ſub methaporica & obſcura minusq; obuia locutiõe,ſub ſimili
C litudine quoque corporalium remediorum ac vulnerum . Hinc ænigmatice ſubditur.
[Qui voluit in domino nobiſcum intrare in propoſitum ſententiarum] id eſt, ad intel-
ligentiam doctrinarum ſalubrium proponendarum[ingrediantur intellectuale adiuto-
rium] id eſt,internam aduertentiam audiendo auribus cordis[& ſimul examinando ob
ſcure inquirant de præfatis paſſionibus & cauſis] earum quales exiſtant & qualiter ſint
ſanandæ ac euitandæ.[Legitur ergo furor tyrannus in vinculis mititatis] hoc eſt, furor
qui ſimilis eſt tyranno compeſcatur virtute manſuetudinis [& longanimitate percuſſus
atque à ſancta charitate tractus,] ad iſtam vinculationem [& præſentatus in iſto tribu-
nali huius ſermonis] hoc eſt,coram iudicio huius doctrinæ [torqueatur] & de his quæ
ad rem pertinent dijudicetur, dicaturque ei : [ O inſipiens & inhoneſte furor dic nobis
appellationem te gignentis & male te parientis] id eſt, nomen patris tui ac matris quæ
vitioſæ te peperit [nomina quoque filiorum & filiarum tuarum inquinatarum] hoc eſt,
vitiorum pullulantium ex te[non ſolum vero] hæc dicas[ſed etiam declara inſignia im-
pugnantium & interimentium te] id eſt, præclaras virtutes tibi contrarias à quibus im-
pugnaris ac vinceris. [Qui ] furor [reſpondens ad nos ita dicere viſus eſt . Meæ genera-
tiones multæ]id eſt, diuerſæ & multæ ſunt cauſæ me generantes, ſicut prætactum eſt [&
pater meus non vnus tantum ] quia ex multis principijs prodeo. [ Porro matres meæ
ſunt , amor , pecuniæ , auaricia , ventris ingluuies gula . ] Guloſi etenim vehemen-
ter iraſcuntur, ſi non fuerunt ſaturati , [aliquando vero & fornicatio . Nempe pa-
er mens appellatur tumor vel elatio , [Furor enim principalius oritur ex ſuperbia
quam

ſuperbia quã ex alijs cauſis. Idcirco ſuperbia dicitur eius pater, ſecundum quod in gene- D
ratione carnali pater eſt principale principium filij. [Filiæ vero meæ ſunt, memoria ma-
litiæ] id eſt, iniuriæ irrogatæ, [vindicta inimicitia iuſtificatio in proprijs verbis] .i. per
propria verba defendere, excuſare & iuſtificare ſeipſum. [Filij mei], i. principalia & peſſi
ma germina ex me prodeunita ſunt [amor & odium] furens enim amat eum qui ſibi aſ
ſiſtit ad vindicandum de ſe iniuriante & imediate odit[aduerſarij autẽ mei à quibus deti
neor nunc ligatus, ſunt] virtutes [cõtrariæ his] vitijs & inimicæ horum prauorum effe-
ctuum, vtpote[mititas, manſuetudo, iniraſcibilitas. Mens quoq; inſidiator nuncupatur
humilitas]quæ ſolicitat hominem ad vitandum ac deſtruendum furorem. [Quis vero
peperit illam]puta humilitatem[interrogate eam in proprio loco]vc;, in capitulo infra
ſequente in quo de humilitate tractatur.

¶[De vindicta ſeu memoria malitiæ, id eſt, illatę iniuriæ. Gradus IX.
Articulus XVII.

SAnctæ virtutes comparantur ſcalę Iacob] quando ipſæ virtutes accipiuntur vt cou
nitę inuicem, gradu & ordine condecenti, prout de eis tractatur in præſenti volumi-
ne[immundæ vero malitiæ] .i. peccata [comparantur cathenæ cadenti à Petro vertice
apoſtolorum & principe chorifero] hoc eſt, de manibus glorioſiſſimi ac beatiſſimi Petri
qui fuit ſummus apoſtolorum, & princeps apoſtolici chori, ferens, ducens, ac præcedens E
ipſum hunc chorū, vtpote verus aliorum apoſtolorū prælatus. Ecce q̃ catholice & aperte
fatetur hic author primatum & excellentiã Petri. [Illę quidem]virtutes[vnã vni pręmit
tentes].i. ſe ſibi mutuo præponentes, ordinateq; diſponentes, dignioribus dando locum
eminentiorẽ[ferunt]hominem[eas præeligentes in cœlum]idcirco ſunt ſimiles ſcalę, in
qua eſt talis diſpoſitio & aſcenſus. [Iſtæ vero]malitię[habent naturam conſtringere].i.
conſtringendi ſeu ligandi ſuum ſubiectum ſub poteſtate & ſeruitute diaboli, ne aſcẽdat
ad deum(&)altera alteram[ſimul gignere]hoc eſt, naturam habent gignendi vnam cul
pam ex alia. Ex capitalibus etenim vitijs alia maxima generãtur, imo ſecundũ diuerſam
cauſalitatem & cõſiderationem, vitia ex ſeinuicem oriuntur. [Propter quod audiuimus
nunc]vc;, in fine præcedentis capiti[inſenſatũ furorem appellantem, memoriã malitię,
proprium germen ſuum] ibi equidẽ dictum eſt, queãdmodum furor dixit memoriam
malitiæ ſeu iniuriæ, eſſe vnam filiarū ſuarū[ideo nunc dicemus de ipſa]memoria malitię
[tempore vocante].i. ordine huius doctrinę id exigente, vt ſcilicet, poſt matrẽ iniquã tra
ctemus de filia eius. Porro tempus dicitur facere, ea quæ fiunt in tempore, & denoĩatio-
nem capitalibus, ideo dicitur tempus ad iſtud vocare, qm̃ ordo huius determinationis fa
ctus in tẽpore vocauit ad iſtud. [Memoria malitiæ, eſt furoris cõſummatio].i. cõpletio.
Nunc em̃ per memoriã malitiæ intelligitur recordatio illatę iniuriæ ex propoſito tenaci F
ter cõſeruata, eo q̧ ipſa iniuria nequaq̃ ex corde remittitur: Contra quod Moyſes iuſſit.
Leuiti. 19 Nõ eris memor iniuriæ ciuium tuorū. Chriſtus q̊q;: Si non remiſeritis, inquit, vnuſquiſq;
Matth. 6 fratri ſuo ex cordibus veſtris, nec pater veſter cœleſtis dimittet vobis peccata veſtra. In-
ſuper memoria iſta malitiæ eſt[cuſtos peccatorũ.]Nam iram, furorem, indignationẽ &
alia vitia inde naſcentia conſeruat in ſuo vigore. [Virtutũ perditio] Cum em̃ ſit morta-
le peccatũ perdit & aufert, virtutes infuſas[ſagitta, rubigo venenumq; animæ]Nam pun
git, penetrat, inueterat & inficit eam[vermis mẽtis.]Nam inſtar vermis mentẽ corrodit
atq; affligit. [Orationis cõfuſio]quoniã facit orantem à deo cõfundi, ipſamq; orationẽ
efficit inefficacẽ, diſtractã & erubeſcibilẽ. [Obſecrationis deſtitutio.] Nam facit eam re
pelli à deo & reddit hominẽ inhabilem & indignum ad obſecrandũ ſaltẽ in propria per
ſona, quamuis in perſona eccleſiæ poſſit interdũ efficaciter obſecrare. Ideo loquitur Chri
Matth. 6 ſtus: Cum ſtatis ad orandũ dimitte ſi quid habetis aduerſus aliquẽ. [Charitatis aliena-
tio.]Quoniã charitati cõtrariatur, & eam tollit ac deſtruit[clauus infixus animæ]id eſt
grauis ac intenta vulneratio eius. [Senſus nõ delectabilis amarus in delectatione amari
tudinis]hoc eſt, apprehenſio ſeu cogitatio amara, attamen amatus ab his quibus miſe-
rabiliter delectabile ſeu placitum eſt cõceptam paſſionis amaritudinẽ intra ſe retinere &
Iob 30 confouere, qui ſponte affligũt ſeipſos, & eſſe ſub ſentibus delitias cõputant. Quales ſunt
omnes qui iram, rancorem, inuidiam, impatientiam, & furorem memoriamq; iniuriæ &
conſimilia vitia in ſeipſis pœnalia & amara nolunt à ſuis cordibus remouere[indeſinens
peccatum] non enim faciliter ceſſat. [Trangreſſio & iniquitas non dormiens quotidia-
an



A na continuaq; malitia]quia multum ꝓtrahitur & frequenter reiteratur. [Et hoc vitium
triſte ac tenebroſum, dico vero malitiæ memoriam.] Quæ dicitur vitium triſte, quia in
ſeipſo eſt pœnale pariensq; triſtitiã de illata iniuria. Et quia optata vltio nondũ expleta
eſt, hoc inquam vitium [exiſtit, vnum gignentium & nõ gignentium quam etiam geni-
torum]hoc eſt, inter vitia quæ ex ſe generant alia, & inter vitia quæ non gignent alia, itẽ
inter vitia genita, eſt vnum atq; præcipium. Gignitur enim ex illata iniuria, furore & e-
latione. Paritq; odium, vltionem, lites & alia varia mala, interdum vero extinguitur &
placatur. Itaq; alias culpas non parit, vnde de eo plura dicere nolumus.] Iam enim ſatis
vituperatum eſt vitium iſtud. Religioſi quoq; qui iniurias ſiue moleſtias ſibi factas faci
li occaſione recolunt & reſumunt. Obijciunt atq; improperant etiam quamuis iam ante
remiſerunt eas, timeant vehementer, periculoſe etenim ſtant vel potius iacent. [Qui ceſ
ſare facit iram, occidit memoriam malitiæ] quæ procedit ex ira. [Patre viuente fit pro-
creatio filiorum]ſic ira durante procreatur recordatio illatæ iniuriæ. [Poſſidens charita
tem expulit vltionem in extranea] id eſt, à ſe eam reiecit. Charitas enim non irritatur
non cogitat malum. [Qui vero inimicatur aggregauit ſibijpſi importunos labores,] id
eſt, varias excogitat practicas quibus valeat inimico ſuo nocere, ſeu eum quem odit gra-
uare, importune quoque laborat ad hoc exequendum, non opportune ſecundum proceſ
ſum ac ordinem iuris. [Menſa charitatis diſſoluit odium] id eſt, refectio charitatiue ex
B hibita alteri, extinguit in eo rancorem[& dona munda]id eſt, pura intentione & gratis
alijs præſtita[fecerunt animam mitem] id eſt, mentem iratam reduxerunt ad manſuetu
dinem. Hoc et in Prouerbijs aſſeritur: Munus abſconditum extinguit iras, & domini
in ſinu indignationem maximam. Quod tamen cõmuniter ita contingit: Veruntamen
quidam ſunt ita pertinaces, malitioſi, indurati atq; ingrati, quod nec his modis poſſunt
ab odio ſuo ac ira curari. [Menſa ſtudioſe accurata & incircumſpecta] hoc eſt, laute &
exquiſite parata, non tamen prudenter quantum ad interiorem ſalutem. Vel, vt aliqui
habent incircumſcripta, id eſt, non debite limitata, ſed minus abundans [eſt mater con-
fidentiæ.] Hoc eſt, præſumptionis ſiue audatiæ, quæ ex refectione menſæ huiuſmo-
di oritur. Vel eſt mater fidutiæ, quia qui tali menſa reficitur ab alio fidutiam concipit.
De charitate illius ad ſe. [Et per feneſtram charitatis] id eſt, per huiuſcemodi apparatũ,
aſpectum ac aditum talis menſę quaſi ex charitate exhibitæ, [inſiliet ingluuies ventris.]
Obiecto enim tam copioſe propoſito faciliter peccatur in eo[Vidi odium diſrũpere vin
culum fornicationis temporaneum & diuturnum.] Ita quod odium iſtud diſſipauit car
nalem viri ac fœminæ amicitiam & fornicationem ex ea naſcentem. [Et in hoc vidi me-
moriam malitiæ ipſum abſque vinculis præter opinionem de cætero ſeruare.] Hoc eſt, Prou. 29
vidi in hoc caſu, quod memoria iniuriæ conſeruauit de cætero odium illud ineſſe abſq;
C vinculis alijs inopinate. Ita quod nullus putaſſet hoc ita futurum. [Miranda viſio, Vi-
dere dæmonem ſanantem dæmonem] id eſt, conſpicere quod vnum vitium expellit ali-
ud. [Iſtud autem plane eſt opus dei diſpenſatiue & non dæmonum] non quod Deus ſit
directe cauſa peccati, quantum ad eius formale, ſed pio ac prouido moderamine cauſa
eſt actus mali, quantum ad eius materiale, & inquantum eſt expulſiuꝰ pericuiloſioris pec-
cati. [Memoria malitiæ longe eſt à charitate firma & naturali. Fornicatio vero appro-
pinquat leuiter ei. Qui enim ſeinuicem diligunt naturali amore, intenſo ac forti, cito ob-
liuiſcuntur offenſæ ex prædominante amore. Sed talis affectio faciliter efficitur ſenſua-
lis. Sicq; fornicatio eam concomitatur[& vides captionem latenter in columba]hoc eſt
conſpicis qualiter quis per amorem illum in ſe naturalem ac ſimplicem, occulte iudica-
tur ad carnalem affectum, & opus inmundum. Ideo & in clauſtris neceſſaria eſt caute-
la, ne quis incaute afficiatur ad aliquem naturaliter forte magis amabilem, ne ex tali ſen-
ſuali affectu habeat ſe indecenter ad illum pertactum aut oſculum ſub ſpecie boni, & pa-
riat ac inijciat ſibi laqueũ mortis. Stimulum carnis aut mala ſimilia. [Memor malitię]id
eſt, tu qui memor es iniuriæ tibi ab homine factæ [memorare malitiæ dæmonum]id eſt
attende & recole quantum tibi aduerſentur diaboli, ad quanta vitia te traxerũt, ad quan
ta peccata atque tormenta te perducere moliuntur[& inimicitias ſeruans inimicare cor-
pori ſemper] hoc eſt ſeruas in corde tuo rancorem ad proximum, eſto inimicus iugiter
proprio corpori, quantum ad ea in quibus te impedit à ſalute. [Nam caro eſt amicus im
 prudens

prudens, irrationabilis, doloſus, quoniam blande & imprudenter allicit ad ea quæ ad D
uerſantur ſaluti animæ, imo & ſuijpſius. [Et fota] hoc ē delicate ac guloſe nutrita [maxi-
me edit] trahendo ad ſomnolentiam, pigritiam ac varia vitia alia. [Scripturarum nar-
rator memor iniuriæ allegorizat eloquia ſpiritus ad propriam affectionem] id eſt, verba
ſpiritus ſancti interpretatur & trahit ad ſuum affectum. [Confundat eũ] id eſt, talem ex-
poſitorem [ſeu eam] hoc eſt eius corruptam affectionem [oratio Ieſu Chriſti] vtpote o-
ratio dominica quam Chriſtus edocuit. Vel oratio quam Chriſtus in cruce pro crucifi-
xoribus ſuis fudit. Pater (inquiens) ignoſce illis, &cæt. Lucæ viceſimotertio. [Quam
Lucæ 23 nos malignantes memores malorum] id eſt, iniuriarum noſtrarum, [dicere cum ipſo
non poſſumus] præſertim in propria perſona, videlicet, iſtud Matthæi ſexto: Dimitte no
bis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. [Quando multum cer-
Matth. 6 tans non poteſt perfecte diſſoluere ſtimulum & prauitatem] hoc eſt, quando contra pro
priam tuam peruerſitatem, iram & inpatientiam multũ laboras orando, & Chriſti mã-
ſuetudinem patientiamq́; penſando, non vales in teipſo plene extinguere, punctionem
& paruam affectionem ad proximum, [ſaltem ore age pœnitentiam inimico] fac quod
in te eſt & protinus veniam pete, ſeu amicabiliter loquere ei quem reputas aduerſarium
tuum [vt multum erubeſcens ſuper hypocriſi coram ipſo oſtenſa] id eſt, de propria ſimu
latione quam proximo tali exhibuiſti [ipſum finaliter perfecte diligas atque ſuſcipias,] E
in viſceribus charitatis [punctus & victus à conſcientia tua] id eſt, pudore remorſu & iu
dicio conſcientiæ propriæ [quaſi ab igne.] Deniq; [tunc cognoſces te commutatum à pu
tredine huius] id eſt, emundatum à corruptione memoriæ iniuriarum, ſeu iræ ſuæ inui-
diç. [Non quando oras pro contriſtante] id eſt, pro iniuriatore ſeu aduerſario tuo [nec
quando remuneras ipſum donis, nec quando adducis eum ad menſam] tuam [ſed quan-
do didiceris ipſum concidiſſe ſpirituali aut corporali tribulationis euentu, & dolueris at
que plorau eris ſuper ipſum] id eſt, de aduerſitate & deiectione ipſius [ſicut ſuper teipſo]
Secundum quod exigit fraterna dilectio [tunc] quando ſic agis [eris vere immemor ma
litiæ] quam tibi inflixit. [Solitarius memor malitiæ eſt, quaſi aſpis indifferens circumfe-
rens in ſeipſo venenum mortiferum.] Talis quippe ſolitarius aculeo huius memoriæ &
ſtimulo propriæ iræ pungit, affligit, inficitq́; ſeipſum, & tanto plus quanto minus occu-
patus eſt circa diuerſa. Et ita facit ſibi infernum in præſenti, quem & præparat ſibimet
in futuro. Ideo ſolitario ſpecialiſſime neceſſaria eſt & iugiter amplectanda tranquillitas
cordis, manſuetudo, charitas quoque ſyncera ad omnes. [Memoriæ paſſionum I E S V
C H R I S T I ſanant animam iniuriæ memorem.] Homo enim ad memoriam redu
cendo quæ & quanta Chriſtus pro nobis ſuſtinuit, vincit iram & memoriam irrogatæ ſi
bi iniuriæ omnino repellit. [Et fortiter erubeſcit] de propria ira inpatientia memoriáq;
iniuriæ ſuæ [ex ſufferentia mali eius.] Hoc eſt ex conſideratione patientię qua Chriſtus F
tot & tanta mala tam patientiſſime pertulit. [In ligno putrido generantur interius ver-
mes & in adulterinis, manſuetis, tranquillis moribus cohæret vltio] id eſt, in his qui fo-
ris ficte oſtendunt manſuetos, tranquilloſq́; mores, frequenter eſt occulte deſiderium vl
tionis, & memoria iniuriæ eis illatæ. Et ſæpe tanto plus quanto minus putatur ab alijs.
Tales namq; inaniter complacent ſibi, & cupidi ſunt honoris, non vero mortificati ac
humiles, ideo pati nequeunt aſpernationes ſiue iniurias. Imo nec charitatiuam increpati
onem iuſtamq́; diſciplinam. [Abijciens eam] videlicet vltionem ſuæ iniuriæ [inueniet in
dulgentiam, adhærens vero] vltioni [priuatur propitiationibus dei.] Quemadmodum
Ecci 28 in Eccleſiaſtico legitur. Qui vindicari vult à deo inueniet vindictam, & ſeruans peccata
illius ſeruabit. [Quidam tradiderunt ſeipſos in doloribus & ſudoribus]. i. exercitia pœ-
nitentialibus laboroſa & grauia aſſumpſerunt, & exercuerunt [propter indulgentiam vi
tiorũ ſuorũ à domino obtinendam. [Sed vir malitiæ immemor.] Vtpote alijs pure igno
ſcens [præanticipauit illos]. i. celerius conſecutus eſt veniã. [Si tñ verum eſt iſtud dimitti-
te celeriter, & dimittetur vobis ditiſſime]. i. copioſiſſime. Efficatior ergo eſt ad impetran
dũ veniã, imo & grãm dei remiſſio cordialis iniuriæ propriæ, q̃ exteriora pœnitentiæ o-
pera. Ideo quidã religioſi duri & vĩdicati minus ꝓficiunt, imo & grauius peccãt q̃ ſecula
res. [Obliuio malitię eſt argumentũ]. i. ſignũ pñiæ nobilis ac ꝓbatæ, qui vero inimicitiã
detinet, & pœnitere apparet, ſimilis eſt ei qui ſe in ſomnis currere putat] cum tñ quieſcat.





A Interdum enim quidam in ſomno ſurgunt, curruut ſeu ambulant. [Vidi quoſdam iniu-
riæ ſuæ memores admonere alios de obliuione iniuriæ. Qui ex proprijs ſermonibus e-
rubeſcentes ceſſauerunt à vitio illo. Nemo ſuſpicetur paſſionem hanc obtenebrantem]
id eſt, iniuriæ memoriam ſiue iram, quæ mentem excæcat, atq; obtenebrat eſſe exilem,
id eſt, paruum peccatum. [Naturam enim habet ſuper extendi] id eſt, pertingere. [Ple-
runq; vſq; ad viros ſprituales.] Caueant ergo viri religioſi à vitio iſto, immo nunquam
appetant ſe vlciſci, ſed omni correptione aſpernatione & tribulatione dignos ſe arbi-
trentur.

### ¶ De decimo gradu, videlicet, de detractione. Articulus XVIII.

NEmo bene prudentium contradicit, vt arbitror, detractionem generari ex odio
& memoria iniuriæ, propterea poſt ſuo progenitores quaſi in connexione ordi-
natur] id eſt, idcirco iam in iſto capitulo de eo tractandum eſt, poſtquam in præcedenti
capitulo dictum eſt de odio aliquid, & multum de memoria malitiæ, ex quibus proce-
dit. [Detractio eſt ſoboles] id eſt, filia [odij exilis infirmitas] quia detrahenti videtur,
quod detractio ſua ſit paruum peccatum, cum tamen ſit peccatum grande atque morta-
B le, & grauius furto ex genere ſuo. Ideo ſubditur. [Craſſa vero abſcondita, & latens ſan-
guiſuga eſt charitatis.] Nam inſtar ſanguiſugæ extrahit charitatem de corde detracto-
rio ore. Imo audientem, ſi conſentit ſpoliat charitate, is quoque cui detractum eſt perci-
piens qualiter quis detraxerit ſibi, interdum accenditur odio contra illum, & charitate
priuatur. Sicque maledictus detractor plures interimit animas. Eſt itaq; detractio ſan-
guiſuga charitatis craſſa, id eſt, paruitate abundans, abſcondita & latens, quoniam detra
hens non aduertit enormitatem vitioſitatem ſuæ detractionis, & latet eum cui obloqui-
tur conſumens & exterminans ſanguinem animæ,] id eſt, calorem viuificum ac ſpirita-
lem humorem ſapientiæ ſalutaris hypocriſis charitatis] quia detractæ frequenter ſe fin-
git quaſi ex charitate loqui mala de alio. [Conciliatrix ſordis, cordis, & oris] id eſt, inqui
natrix horum amborum [& exterminatio caſtitatis] id eſt, interioris munditiæ. [Quem
admodum ſunt adoleſcentulæ quædam, quæ abſque rubore perpetrant mala.] Quibus
facta eſt frons mulieris meretricis. [Et ſunt aliæ quæ latenter ac verecundius perficiunt
peiora prioribus] vt ſunt fœminæ inceſtuoſæ ſacrilegæ, & vitia contra naturam agentes
[Ita & in paſſionibus ignominiæ eſt] id eſt, in vitioſis ac turpibus paſſionibus animæ.
Sic quod quædam paſſiones inſtar priorum adoleſcentularũ prorumpunt aperte in vi-
tia quædam. Vt appetitus gulæ ac venereorum. Aliæ vero paſſiones procedunt occul-
C te in vitia grauiora. [Tales adoleſcentulæ ſunt hypocriſis malignitas,] id eſt, habituata
malitia [triſtitia] ſæculi [memoria iniuriæ, detractio cordis] id eſt, deſiderium detrahen
di, ſeu detractio ex corde proueniens. [Alia quidem in apparentia ſupponentes,] hoc
eſt, paſſiones ſeu adoleſcentulæ iſtę alia prætendunt ſiue oſtendunt ſecundum apparen-
tiam, quia colore virtutum ſe palliant ne agnoſcantur. [Alia vero proſpicientes,] quia
reuera intendunt & quærunt atque reſpiciunt mala, Vt apertiſſime patet de hypocriſi &
detractione. Memoria autem iniuriæ interdum prætendit ſe quærere iniuriantis corre-
ctionem, cum tamen quærat ipſius confuſionem ac nocumentum. [Audiui detrahen-
tes & reprehendi eos. Qui mali operarij excuſantes ſe reſponderunt ad hoc] quod face-
rent iſtud ex charitate & pro cura illius cui detrahebant. Quibus dixi: Ceſſate fratres à
tali charitate vt non faciatis] quantum in vobis eſt [mendacem] prophetam [dicentem. Pſal. 100
Detrahentem ſecreto proximo ſuo, hunc perſequebar. Si dicis te diligere] eum cui oblo
queris [ora latenter pro eo, & ne improperes nec maledicas ei. Iſte enim modus chari-
tatis acceptus eſt apud D E V M & dominum I E S V M.] Neque hoc te lateat,
& euigilabis penitus vt non iudices] temerarie & incaute [offendentem] id eſt, eum qui
peccat. [Iudas erat in choro diſcipulorum] vtpote vnus apoſtolorum. Latro autem in
numero homicidarum, & mirum quomodo in vno momento] id eſt, in breui tempore,
facta eſt tranſmutatio,] ita quod Iudas factus eſt homicida, imo vt ſic loquar deicida
Chriſtum Ieſum tradendo in mortem. Latro autem pœnitendo computatus eſt nu-
mero diſcipulorum. [Si quis vult vincere ſpiritum detractionis non aſſcribat neque iu-

dicat querelam ſuper offendentem,] id eſt, peccantem quantum poteſt habeat excuſatum[& dæmon qui detractionem ei ſuggeſſit aſſcribat eandem. Nemo enim vult in deũ peccare,] id eſt, vix aliquis ita peruerſus eſt, vt peccando intendat formaliter ac directe D E V M offendere, licet intendat iſtud quod offenſiuum eſt dei[quamuis ſine violentia vniuerſi peccemus,] id eſt, ſine neceſſitate & abſoluta coactione. Peccatum enim eſt voluntarium aliquo modo. In aliquibus tamen peccatis eſt q̃dam admixtio inuoluntarij ſeu neceſſitatis aut violentiæ ſicut in his qui mentiuntur ex vehementia pœnæ, aut mortis timore. [Vidi aliquem manifeſte peccantem & occulte pœnitentem, & quem iudicaui fornicatorem] vna hora[inueni caſtrum reputatum apud D E V M] alia fieri in momento. Idcirco iudicari & obloqui ſtultum eſt & incautum. [Non reuerearis detrahentem apud te proximo, magis vero dic ad eum: Quieſce frater] à detractione ſeu tali locutione. [Ego quotidie in prioribus offendo, id eſt, grauius pecco actu vel potentia quam ille. Quomodo illum valeo iudicare?] Qui in eiuſdem aut maioribus vitijs reus ſum. [Nam in vno emplaſtro] id eſt, per vnum tale reſponſum medicinale ac ſapientiale[lucraris hæc duo, quia & teipſum ſanas] id eſt, à conſenſu detractionis præſeruans [& proximum,] quem à detractione facis ceſſare ac pœnitere. [Nempe & iſta exhortatio]ſiue correptio detrahentis. Vel potius temerarij iudicij euitatio, de qua nunc mentio eſt[vna eſt breuium viarum deducentium ad remiſſionem culparum.] Dico vero non iudicare proximum, ſi tamen verum eſt iſtud. Nolite iudicare & non iudicabimini:] Sicut alienus ſeu differens eſt ignis ab aqua, ſic iudicare alium] inordinate [debet eſſe alienum à volente pœnitentiam agere. Etiam ſi]videris aliquem peccantem in hora mortis ſuæ, nec tunc iudices eum]poteſt enim in momento pœnitere nemine iſtud ſciente. Ideo ſequitur:[Incertum eſt enim hominibus iudicium dei,] de homine tali. [Manifeſte aliqui offenderunt] D E V M [in magnis peccatis, & in occulto operati ſunt bona maiora. Idcirco ſeducti ſunt qui facta aliorum libenter explorant, retinentes fumum pro ſole] id eſt, incertam ſuſpitionem pro clara veritatis notitia. Hinc ait & Salomon Prouerbiorum vndecimo: Qui obſeruator eſt malorum, opprimetur ab eis. [Audite me, audite o omnes mali poſitores rationis aliorum,] hoc eſt, temerarij exactores ac iudices, cur proximi veſtri talia aut alia commiſerint ſiue omiſerunt. [Quippe ſi verum eſt, quemadmodum vtiq; verum eſt, quod ait Saluator Matthæi ſexto: Nolite iudicare & non iudicabimini in quibus vituperamus proximum ſiue in ſpiritualibus ſiue in corporalibus in ea penitus incidemus. Et non eſt aliter.]Non apparet quod vituperans aut detrahens cadat ſemper in eadem omnia vitia de quibus vituperat aliud. Sed corruit in reatum conſimilem. Vituperans enim poteſt mox pœnitere de ſua inordinata vituperatione, [qui ſunt acuti celeres & diſtricti poſitores & exactores rationis delictorum proximi patiuntur hoc vitium, quoniam nondum aſſumpſerunt irreflexam curam de proprijs culpis,] qualiter eas plene ad memoriam reuocent ſyncere ac contrite confiteantur ſatiſfaciantque pro eiſdem, & de cætero vitent eas. [Ideo obligati ſuccumbunt ſub aliorum peccatis] quæ curioſe ſcrutando & grauiter ponderando maculant deprimunt atque à ſalutari propriarum culparum perſcrutatione ponderatione, dijudicatione, deploratione, & emendatione impediunt ſemetipſos. [Si enim quis propria vitia velo amoris arrogantiæ operta] id eſt, à proprij cordis intuitu abſcondita ex elatione quam amat. [Diſuelans] hoc eſt, elatione remota denudans[diligenter inſpexerit]conſiderando quã multa & magna ſint [nullius alterius curam geret de cætero in hac vita] id eſt, de aliorum obſeruatione & dijudicatione non erit ſolicitus [exiſtimans tempus ſuum ſibi non ſufficere ad proprium luctum, etiam ſi centum vixerit annis, atque Iordanem fluuium viderit totum per lachrymas procedentem ex oculis proprijs.] O quam profundum ſalubre & illuminatum verbum eſt hoc. Ex quo perpendere poſſimus quam vehementer diſtemus à condigna & clara vitiorum noſtrorum agnitione ac deploratione. [Notaui ſuper luctum,] id eſt, luctus pœnitentialis naturam & actum diligenter perpendi,[& non inueni in eo veſtigium detractionis vel condemnationis,] proximorum, ſed ſuijpſius. [Dæmones autem exhortantur & ſuggerunt nobis, vt peccemus, aut vt iudicemus peccantes, ac delinquentes, vt per ſecundum moliantur & primum,] hoc eſt, quatenus inducendo nos ad iudicandum alios, pertrahant nos ad eadem vel maiora, quæ iudica-

mus

Marginalia: D; E; Matth. 7; Prou. xi; F



A mus in alijs. [Sicque homicidæ nos maculent.] Hoc eſt, homicidas iudicando incaute, inquinemur proprio iudicio ſtolido. [Vel ſic homicidæ, id eſt, dæmones qui ſpirituales interimunt homines maculent nos. Diabolus etenim homicida eſt ab initio. [Cognoſce hoc eſſe argumentum & notionem] id eſt, euidens ſignum [memorantium & faſcinantium mala,] id eſt, recolentium iniurias ſibi illatas & ſuſpicantium mala de alijs. [Quia libenter optime atque faciliter vituperant doctrinas, negotia, res & directiones,] id eſt, actiones ac regulationes[proximi, & miſerande ſubmerſi]fluctibus vitiorum ſuorum [trahuntur ſpiritu odij. Vidi quoſdam perpetrantes latenter & non publice omnia dira periculoſaque crimina & atumatores ſuæ munditiæ]id eſt, reputantes ſe quaſi mundos. Hos nunquam vidi, [inſtantes aduerſus eos qui offendebant in quibuſdam minimis & publicis] hoc eſt, in venialibus & apertis leuiſſimis culpis. [Vt nimis iuſti] id eſt, quaſi ipſi latenter peſſima perpetrantes exiſterent valde perfecti. Iſtud frequenter contingit quod quidam ſimulatores & callidi in ſecreto grauiſſime excedentes & tamen ſe quaſi mundos autumantes reprehendunt ac perſequuntur quoſdam ſe meliores qui in aliquibus venialibus aperte culpabiles ſunt. Quaſi ipſi eſſent virtuoſiores quam iſti. Tales quoque fuerunt Scribę & Phariſæi intus vitioſiſſimi, qui Chriſti diſcipulos arguebãt de hoc quod manibus non lotis edebant. Hi peſſimi hypocritæ videntes feſtucam in alio, trabem autem non conſpicientes in ſeipſis non timent iudicium dei. [Iudicare eſt irreuerens rapina dignitatis dei.] id eſt, irreuerentialis vſurpatio iudiciariæ authoritatis B quæ deo debetur. [Condemnare vero proximum eſt interitus propriæ animæ] hoc eſt, mortale peccatum & condemnatio ſuijpſius. Quæ omnia intelligenda ſunt de iudicio & condemnatione vſurpatis, temerarijs, illegitimis, falſis. [Quemadmodum elatio propriæ reputationis poteſt hominem eam habentem perdere] id eſt, damnationi æternæ adijcere[ſine alia paſſione ei adiuncta, ita iudicare exiſtens in nobis], i. illicitus actus iudicandi,[valet per ſeipſum ſolum perdere nos perfecte] cum ſit culpa mortalis. [Si tamen Phariſæus ille de quo in Euangelio dicitur Lucæ decimooctauo: vbi habetur. Duo homines aſcenderunt in templum vt orarent, vnus Phariſæus, [condemnatur] ex hoc quod vitioſe iudicauit publicanum. Porro elatio propriæ reputationis dicitur, qua homo extollit ſe reputando ſe plus quam eſt, vel id quod habet meritis ſuis aſſcribit, aut ſingulariter id ſe habere præſumit. Quod totum eſt fatuum. [Bonus & racemorum collector manducans racemos maturos non colliget vuas acerbas ſuper eis,] id eſt, de eis vel vltra eos. [Et bene prudens habens mentem prudentem & intendentem,] hoc eſt, ſalubriter conſiderantem [notabit ſolicitus feſtiue,] id eſt, cum ſpiritali cura ac feſtinantia diligenti cordi ſuo memoriter imprimet ac ſequetur. Quaſcunque virtutes in alijs viderit.] Quemadmodum beatiſſimus pater omnium noſtrum A N T H O N I C V S inſtar prudentiſſimæ apis cõſiderauit diuiſas diuerſorum patrum ac fratrum virtutes, quas in corde ſuo recondidit, exercereq; ſtuduit. [Inſipiens vero]per defectum contemplationis diuinorum, [& imprudens] per verę diſcretionis carentiam, [ſcrutabitur querelas, & defectus,]hoc eſt, ea potius obſeruabit atque memoriæ inprimet, quæ reprehenſibilia & defectuoſa extant in proximis. Ex quibus efficit ſibi turpiſſimum nidum in proprio corde in quo nido per conſiderationem quieſcit. Quemadmodum quædam immundæ aues conſtituunt ſibi nidum ex ſtercoribus beſtiarum. [De quo & dicitur Scrutati ſunt iniquitates, defecerunt ſcrutantes ſcrutinia. Neque tuis oculis videns dijudices] id eſt, etiam ſi videris quenquam peccare, non præſumas eum dijudicare, quaſi finaliter periturus ſit aut emendari non poſſit. [Plerunque enim & ipſi oculi ſeducuntur & errant] circa ſuum obiectum, vel circa quædam concernentia ipſum. De hac autem materia, ſcilicet, de detractione quid ſit, & quot modis contingat, & de grauitate ipſius, de inordinatis quoque iudicijs, & qualiter liceat iudicare ac condemnare, & qualiter non plurima dici hic poſſent, de quibus breuitati ſtudens pertranſeo. Cum & in alijs locis quam pluribus diffuſe inde conſcripſerim, ſcilicet, præinducta vigilantiſſime conſideremus, & detractiones temeraria quoque iudicia tanquam diabolica vitia, infernaliaque venena cum ſumma circumſpectione indeſinenter vitemus.

¶ De gradu vndecimo puta de multiloquio.

Articulus XIX.

 Diximus

Marginalia: Iohan. 8; Marci 7; Lucæ 6; Lucæ 18; Pſalm. 63

DIximus compendioſe in prætactis,quomodo iudicare eſt valde periculoſum & du D
bium]id eſt,incertum ac diſcriminoſum[& dirum atq; ſubintrans eos,qui religio
ſi videntur]qui ſæpe ſunt valde ſuſpitioſi, & ad incauta ac temeraria iudicia proni, niſi
ſint notabiliter timorati ac ſapientes.[Magis vero iudicare eſt iudicari,]hoc eſt,plus iu-
dicare de aliquo quam licet,meretur iudicari ac reprobari à D E O.Iudicare quoque
magis eſt tormentari ac cruciari à linguis , id eſt, affligi ex prauo eloqo ſeu falſa ſenten-
tia iudicantis inordinate.Vel iudicare eſt tormentari à linguis,hoc eſt,torqueri meretur
poſt vitam hanc,& condemnari propter illicita iudicij verba linguis prolata.Dicitur au-
tem iudicare ſic tormentari. Quia eſt cauſa meritoria pœnæ , quæ propter ipſum infli-
gitur.[Nunc vero conſequens eſt ordinare] id eſt,ordine decenti inſerere[& dicere pau-
cis]verbis[cauſam & portam per quam ingreditur] hoc eſt,reſtat nunc loqui de multilo
quio,per quod quis faciliter incidit incauta iudicia. [Multiloquium eſt vanæ gloriæ ca-
thedra.]Nam gloriatio vana in multiloquio , quaſi in ſolio reſidet, [per quam ] cathe-
dram vana gloria [naturam habet] id eſt,naturaliter ſolet [manifeſtare atque pompa-
citate propalare ſeipſam] hoc eſt,excellentia ſui ſubiecti.Homo enim in ſe inaniter glo-
rioſus, manifeſtat & iactat ſeipſum per multiloquium ſuum , quo talia loqui conatur,
Ecci. 10 per quæ reputetur & glorificetur ab alijs.[Multiloquium eſt inſipientiæ argumentum.]
Ideo ait ſcriptura Eccleſiaſt.decimo: Stultus verba multiplicat. [Detractionis porta.] E
Detractio nanque per multiloquium intrat, & ei ſe miſcet, [manuductor ſcurrilitatis,]
quam protrahit.[Miniſter mendatij,]quod multiloquus incidit varijs modis de facili.
[Reſoluto compunctionis]qua reſoluit & tollit eam mentem infrigidando & vagam at
que inſtabilem faciendo.Ita quod incipit abhorrere ſpiritalia opera. [Diſperſor acuita-
tis intelligentiæ,]quoniam intellectum facit obtuſiorem diſtractum & varijs rebus in-
tentum acediæ vocator & conditor]inducit enim acediam. [Præcurſor ſomni] qui ex
acedia oritur etiam in diuinis.[Diſſipatio mœroris] pœnitentialis,inducit nanque ad ri-
ſus & vana ſolatia[exterminatio cuſtodiæ cordis]quæ per multiloquium tollitur.Frige
factio feruoris atque caloris,]quoniam ab ardore diuini ac fraterni amoris frigificat.
[Obſcuratio orationis] quam efficit indeuotam & vagam.Ideo ſcriptum eſt Eccleſiaſti
Ecci 20 ci viceſimo: Qui multis vtitur verbis,lædit animam ſuam . Et qui inconſideratus eſt ad
Prou. 21 loquendum,ſentiet mala.Itemque Prouerbiorum viceſimoprimo : Qui cuſtodit os ſuũ
cuſtodit ab anguſtijs animã ſuam.[Silentium in ſcientia]id eſt,diſcretũ ſilentiũ[eſt ma-
ter orationis.] Quanto enim ſilens minus cum hominibus loquitur, tanto fit aptior
ad loquendum cum deo.Orando atque pſallendo [reuocatio à captiuitate,] id eſt,redu-
Lucæ 12 ctio mentis à diſtractiõe,vitiorumq; nexu ac iugo[cuſtodia ignis]ſanctæ dilectionis, de
quo ait Saluator Lucæ duodecimo:Ignem veni mittere in terram,&c.[epiſcopus]id eſt, F
ſuperintentor[cogitationum]quæ in ſilentio melius conſiderantur ac diſcutiuntur [in-
tentio pugnatorum,] id eſt, res quam præliantes contra peccata multum intendunt &
quærunt[colligatio luctus] quia continuat fletum[amicitia lachrymarum]quas facit a-
mari[operator memoriȩ mortis,pictor æternæ pœnæ.]Nam facit hominem imaginari,
& corde ſuo inſcribere pænas inferni.[Diligens inquiſitor æterni iudicij.]Diſponit nan
que hominem ad hoc,vt vigilanter perpendat rigorem diuini iudicij. Quod vocatur æ-
ternum,quia eius effectus videlicet condemnatio & ſaluatio ſunt æternȩ.[Miniſter mœ
ſtitiæ]quȩ ſecundum deum eſt.[Inimica propriæ confidentiæ.]Silentium enim facit ho
minem propriam infirmitatem & defectuoſitatẽ cognoſcere,ita ꝙ deteſtatur ac odit cõ
fidere in ſeipſo.[Coniugalis cõuictus tranqlitatis]hoc eſt,familiaris cõſocia internæ qe-
tis ac pacis.[Repugnator amoris docendi]per verba,niſi charitas ſiue neceſſitas aliud po
ſtulet.[Additamentũ ſcientiæ.]Anima eñ quieſcendo , ſilendo ac meditando creſcit in
ſcientia.[Conditor verboꝝ dei.] hoc eſt,reponens ea in corde memoriterq; reſeruans.
Vel conditor verboꝝ dei.i.diſponẽs ad hoc,vt qñ loquendũ eſt nõ fiat verbũ niſi de deo
& pertinentibus ad ſalutem.[Profectus nõ apparens] qa ad interiorẽ ꝑfectum non me
diocriter confert[latens aſcenſus]quia ad aſcenſum mentis in deum ſpecialiter prodeſt.
Thren. 3 Quemadmodum ſcriptum eſt: Sedebit ſolitarius & tacebit quia leuabit ſe ſuper ſe. Item-
Iſaiæ 30 que,Iſaias triceſimo ait: In ſilentio & ſpe erit fortitudo veſtra. [Cognoſcens delicta] id
eſt, peccata ſua condigne intuens ac deplorans[tenuit linguam] hoc eſt,à verborum ex-
ceſſu eam repreſſit. [Qui vero multiloquus eſt nondum cognouit ſeipſum ſicut opor-
tet



A tet]id eſt,peccata & pericula ſua efficaciter non aduertit.[Amicus ſilentij deo appropin
quat, & latenter colloquens]id eſt,ſecrete orans,pſallens ac meditãs[illuminatur à deo.
Silentium I E S V C H R I S T I auertit & inflexit Pilatum, ] .i. ab auſteritate
induxit eum ad quandam compaſſionem . Mirabatur enim Pilatus vehementer quod
Chriſtus non reſpondebat : Mihi,inquiens, non loqueris? [Et tranquillitas vocis eua- Iohan. 19
cuat vanam gloriam viri.]ita loquentis . Quemadmodum enim vox ſonora & clamo-
roſa incitat quandoque loquentem ad gloriam vanam &elationem,ita loquutio baſſa,
modeſta,tranquilla,euacuat vitia illa,&humilitatis amica eſt.[Verbum dicens Petrus]
C H R I S T V M negando,[fleuit amare,memorans dicentis: Dixi, Cuſtodiam Pſalm. 38
vias meas,& non delinquam in lingua mea. Et alterius,qui ait : Melius eſt cadere in ter- Ecci 20
ram ab altitudine,quàm à lingua.] Hoc eſt,Minus malum eſt corporaliter cadere à loco
aliquo ſublimi,& lædere corpus,quàm in verbis excedere,& lȩdere animam.Quoniam
malum culpæ incomparabiliter peius ac fugibilius eſt malo pœnæ. [Ego vero nolo de
his ſcribere multa,quamuis vitiorum aſtutiæ me exhortentur hoc facere]hoc eſt,quam-
uis vana gloria & ſpiritalis elatio hortentur & pulſent me , vt de his plura conſcribam,
quatenus ex hoc doctior ac ſanctior reputer.Nam & vir perfectus poteſt interdum pul-
ſari huiuſcemodi motu , ſed faciliter vincit eundem . Vel ſenſus eſt, quod verſutiæ iſtæ
mouebant eum ad iſtud,vt non ſcriberet multa de his,quatenus ex hoc videretur humi-
B lior,& vanæ gloriæ laudiſq; fugatior. [Verum audiui à quodam,quem aliquando dili-
genter & amicabiliter interrogaui,de oris cuſtodia & quiete . Qui dixit,Multiloquium
penitus grauari ex vno horum,] hoc eſt , ex aliquo eorum quæ ſubſequuntur, videlicet,
[aut ex educatione,] hoc eſt.ſuperflua & delicata nimis refectione, [& conuerſatione,]
hoc eſt, ex conuictu & ſocietate loquatium , [& ex conſuetudine maligna , non valenti
contineri,]hoc eſt,quæ non poteſt faciliter refrenari ac cohiberi . [Dixit enim : Quum
lingua ſit corporis membrum,quemadmodum fuerit diſciplinata,] hoc eſt,per diſcipli-
nam atque prudentiam firmiter coercita, & probe ac laudabiliter gubernata, [requiret
illud]hoc eſt,ſilentium diliget & ſeruabit [ex conſuetudine bona]Ita,ſupple quum fue-
rit indiſciplinata,multipliciter excedet in verbis . [Aut iterum in agonizantibus,] hoc
eſt, laborantibus ac præliantibus multiloquium oritur [ex certamine ,] quod habent
contra aduerſarios ſuos,de qua re quamlibentiſſime loquuntur,& interdum ſe iactant.
Quandoque vero de modo pugnandi ac reſiſtendi abundanter ac copioſe interrogant.
[aut maxime oritur ex vana gloria . Interdum quoque procedit ex gula , ſeu ventris in-
gluuie. Quocirca multi plerunque frenantes ventrem à gula vi ac vehemtia quadam,]
Quod competit imperfectis, quibus adhuc laborioſum eſt abſtinere , & cum debilitate
corporis,quam incurrunt ex ventris refrenatione,ſecundum illud Pſalmiſtæ eloquium:
C Genua mea infirmata ſunt à ieiunio.[concludunt & linguam & multiloquium,quod ex Pſalm. 108
ea,] reprimendo vtrunque, [ſolicitus de exitu circuncidit ſermones. ] hoc eſt,anxius de
hora mortis,curamq; gerens qualiter felicem habeat exitum,verba ſua ab immoderan-
tia ex exceſſu præſcindit ac amputat omne quod verboſum eſt à ſuo eloquio . [Et qui
luctum animæ poſſidet,auertit à ſe multiloquium quaſi ignem. Qui quietem ſolitudi-
nis diligit , os ſuum recludit . Gaudens vero in proceſſibus & actibus hominum,]hoc
eſt,qui delectatur inter homines obambulare, ac occupari , ſeu hominum actus ac pro-
ceſſus conſpicere [ expellitur de cella perſecutus à paſſione vitij.] hoc eſt, à propria con-
cupiſcentia mundana paſſioneq; vitioſa impugnatus ac victus,iuxta illud,quod ſanctus
Iacobus apoſtolus in ſua ſcribit Canonica : Vnuſquiſque tentatur à concupiſcentia ſua, Iacobi 1
abſtractus & illectus. [Qui nouit odorem ignis altiſſimi,] hoc eſt , qui expertus eſt
feruorem illum ardentiſſimum,atque dulcedinem ſpiritus ſancti, qui eſt ignis ſummus,
& conſumens,[fugit homines,]quantum rationabiliter poteſt , [quemadmodum apis
fumum,]ne ſcilicet ex conuerſatione & collocutione humana , incurrant ſui feruoris &
internæ dulcedinis detrimentum. [Illam quidem,] videlicet apem, [fumus perſequitur
& expellit, ] à domo ſcilicet , [hunc vero,] qui nouit ſuauem illum odorem ignis altiſſi-
mi moleſtat & pellit[adunatio]hoc eſt,congregatio ſeu multitudo[hominum multilo-
quorum, ] quos fugit niſi ex charitate aut debito iuſtitiæ eos accedat pro conuerſione
eorum,aut alia pia cauſa . [Qui vero multiloquus eſt , quærit conſortia ſimilium ſibi.]

Quum enim ipſa loquacitate lætetur,poteſt cum illis abundantius delectari in fabulan D
do ac fabulas audiendo. [Valde paucorum eſt,aquam fluentem non obſtruſam]id eſt,
aggere, ripa ſeu littore non concluſam[prohibere]à ſuo fluxu.[paucorum vero eſt, do-
mare os incontinens.]id eſt,propriam ſeu alterius linguam loquacem cohibere à verbo
rum exceſſu. Vnde & Iacobus apoſtolus in ſua Canonica ait:Linguam nullus domare
poteſt. Et:Si quis non offendit in verbo,hic perfectus eſt vir. Ecce ſanctus vir iſte,quàm
vehementer deteſtatur ac vituperat multiloquium. Idcirco qui iſtud non vitat, oſtendit
ſe nomine & habitu religioſi indignum, præſertim cum ſcriptum ſit: Si quis putat ſe re-
ligioſum eſſe,non refrenans linguam ſuam,huius vana eſt religio. Qui ergo veraciter
cupit proficere, quieti & ſilentio cum omni diligentia vacet.

¶De duodecimo gradu, videlicet de mendacio.

Articulus XX.

GEnimen] id eſt,effectus[lapidis & ferri eſt ignis,]qui generatur ex concuſſione illo
rum.[Mendacium autem eſt genimen multiloquij & ſcurrilitatis. Mendacium eſt
charitatis exterminium,]id eſt, expulſio. Iam enim eſt ſermo de mendatio pernitioſo.
Quod cum ſit culpa mortalis,cum charitate ſtare non valet. [Periurium vero eſt nega-
tio dei.] æquiualenter,quia periurans accipit deum in ſuæ falſitatis atteſtatorem. [Ne-
mo bene prudentium ſuſpicetur mendacium eſſe peccatũ aliquod minimũ. Nam ſuper- E
ſanctiſſimus ſpũs ſanctus] qui eſt eſſentialiter & incircũſcriptibiliter ſanctus[contra ta-
lem ſuſpicationem vſus eſt ſententia ſuper omnia pauenda,dicendo per Dauid: Perdes
Pſalm. 5 omnes qui loquuntur mendacium.]niſi pœniteant.[Quid ergo patientur,qui cum per-
iurio fingunt ac parant mendacium?Vidi quoſdam ſibiipſis blandientes,]id eſt,compla
centes[ſuper mendacijs]quæ dixerunt[atq; per ſcurrilitatem & ocioſum eloquium con-
texentes,]id eſt,prouocantes & continuantes præſertim in alijs [quoſdam incongruos
riſus,& miſerabiliter exterminantes,] hoc eſt,eradicantes, [ea quæ erant opportuna lu-
ctui audientium.]De quorum cordibus expellebant compunctionem & diuinorum ver
borum memoriam,ex quibus poterant excitari ad luctum ſalubrẽ.[Cum dæmones vi-
derint ꝙ probamus experiri]id eſt,realiter attentamus [recedere ab auditu vrbanorũ,]
id eſt,curioſorum ſeculariumq; verborum,[quaſi à peſtilentiali infirmitate,]quæ inficit
1.Cor.15 alios, ſicut & verba huiuſmodi inficiunt audiẽtes. Corrumpunt enim(vt ad Corinthios
Apoſtolus ſcribit) bonos mores colloquia praua. Itaq; dum ita probamus recedere[cũ
euacuatione atq; deſtructione narratoris crudelis,]hoc eſt,ipſum talium verborum pro
latorem,ſeipſum alioſq; lædentem,dimittendo in ſua vanitate & corruptione[tunc dę-
mones conantur nos illudere duabus cogitationibus. Aut enim immittunt nobis non
contriſtare narrantem]hoc eſt,ſuggerunt nobis,ne auertamus nos ab auditu verborum F
inanium,ne contriſtemus & offendamus eum qui profert huiuſmodi verba. [Aut non
propalare noſipſos exiſtere dei amatores magis aſtantibus,hoc eſt,ſuggerunt nobis,nõ
recedere à verborum illorum auditu,ne recedendo oſtendamus nos eſſe meliores, & in
dei amore feruentiores alijs, qui aſſiſtunt & audiunt,nec recedunt. Porro hæ perſuaſio-
nes ſunt friuolæ. Non enim debemus aliquem inducere ad inordinatam & ſecularẽ tri-
2.Corin.7 ſtitiam,ſed ad triſtitiam pœnitentialem,vt ait Apoſtolus: Gaudeo non quia contriſtati
eſtis,ſed quia contriſtati eſtis ad pœnitentiam. Inſuper non debemus nos oſtendere alijs
meliores, faciendo in alioꝝ præſentia opa ſingularis deuotionis,ad quæ non tenemur,
quæ in ſecreto potius ſunt agenda. Sed ſi alij agunt illicita,nõ debemus nos eis confor-
mare in talibus,neq; omittere ad quæ tenemur.[Reſili].i.cito recede à talibus verbis[ne
tardes,alioqui in oratione tua reformabis intentiones meditationeſq; riſuũ].i.tpe ora-
tionis ac diuini officij occurrent memoriæ tuæ verba audita, & res ſignificatæ per ea, ex
quibus rurſus ad riſum moueberis,vel ex quibus ante riſiſti. [Non ſolum fugias tales
fabulatores,ſed & malignum conſiſtorium pie diſſoluas,] hoc eſt, conſortium & colle-
ctionem eorum ab inuicem bona intentione diſiungas, [cor ponens in medio mortis,
& commotione æterni iudicij,].i. mentem tuam defigens in profunda meditatione de
morte,& admonens eam de metuẽdo dei iuditio. Imo & iſta propones loquacibus illis,
vt ceſſent à verbis inanibus. [ Melius etenim & vtilius eſt tibi ex hoc] hoc eſt, ex pra-
cticatione talis diuiſionis [reſpergi,] hoc eſt, pulſari[ aliquantulum modice vana glo-
ria-



A riatione,]tamen abſque conſenſu[& reperiri conciliator]hoc eſt,procurator[profectus
& vtilitatis multis hominibus] quos ſic retrahis à peccatis, quàm ceſſare à tali diuiſione
& procuratione profectus proximorum. Veruntamen homo non debet committere
peccatum minus, vt præſeruet alium à grauiori peccato: imo nec veniale, vt præſeruet
alium à mortali, vt aſſerit ſanctus Thomas. [Hypocriſis eſt mater mendacij,& multo-
tiens hypocriſis eſt ſuppoſitio & occaſio eius.] Hypocrita nanq; factis & verbis præten-
dit ſe eſſe quod non eſt, in verbis quoq; & factis ſuis præſupponit multotiens falſa, &
ſua hypocriſis eſt ſibi occaſio falſitatum multarum,ita quod directe & indirecte inducit
ad falſitates. [Quidam enim determinant hypocriſim nil aliud eſſe,quàm meditationẽ
& perpetrationem mendacij,] id eſt, excogitatam ſimulationem aut prolationem men-
doſam ſeu deceptiuam, [habentem iuramentum ſibi cohærens & connexum.]nõ quod
in omni hypocriſi ſit iuramentum actualiter atq; formaliter, ſed quia hypocrita potius
vult ſuam ſimulationem & falſitatem iuramento firmare,quàm nudam veritatem fate-
ri aut demonſtrare.[Qui timorem domini poſſidet,condemnationem mendacij ſuſce-
pit hoſpitio, ] id eſt, in thalamo cordis ſui ex pleno affectu deteſtatur ac vitat mendaciũ
[& conſiliatores] id eſt,perſuaſores ſeu affirmatores[mendacij expellit à ſe tanquam ex-
traneos]à Deo & à ſe[habens propriam conſcientiam tanquam implacabilem iudicem]
B id eſt,omne mendacium inflexibiliter reprobantem[ſine perſonarum actione. Quem-
admodum in omnibus paſſionibus nouimus eſſe differentiam læſionis.] id eſt,diuerſos
gradus culparum, ſecundum quod paſſiones ſunt magis & minus intenſæ,continuatæ,
& ad opus perductæ, & prout eis magis & aut minus ratio præbet conſenſum. [ita &
in mendacio] eſt differentia læſionis,ita quod vnum mendaciũ eſt deterius alio.[Aliud
quidem crimen & iudicium eſt illius,qui mentitur timore pœnæ]id eſt,minus vitioſum
eſt tale mendacium,& minus ſupplicium imminet ei.[& aliud] id eſt, grauius eſt illius
mendacium, [qui mentitur non imminente neque propoſito ſibi periculo, niſi mentia-
tur.]Nam timor pœnæ minuit rationem voluntarij,& per conſequens rationem pecca-
ti.[Nempe alius mentitur propter delicias]guſtus aut tactus acquirendas aut conſeruã-
das,vt faciunt guloſi ac lubrici, [alius vero]mentitur [propter delectationis amorem,]
quam delectationem habet in mentiendo. Quemadmodum enim garruli delectantur
in fabulando,ſic quidam mendaces ita corrupti ſunt mente, vt delectentur in ipſo men-
dacio.[Alius]quoque mentitur [vt procuret aſtantibus riſum, alter vero vt paret fratri
inſidias, & hunc lædendo affligat. Ex cruciatibus principum deletur mendacium.]hoc
eſt,timore pœnarum,quas principes inferunt quibuſdam mendoſis, præſertim periuris,
aliqui vitant mendacium,[& ex multitudine lachrymarum,]pœnitentialium,[menda-
C cium diſpergitur perfecte vſque in finen.] hoc eſt,qui peccata ſua copioſe deplangit, vi-
tat mendacium plene vſque ad mortem.[Conqueritur & cauſatur diſpenſationes men-
dacij ſuppoſitor & conſiliator eiuſdem,] hoc eſt,is qui præſupponit mendacium,& pro-
curat,ſeu fingit illud, frequenter cum querimonia reprehendit ea quæ etiam iuſte fiunt
veraciterq; dicuntur:nam talia odit,& impedire conatur.[Et iuſtitias putat frequentius
eſſe animæ perditiones.]hoc eſt,iniuſtitias ſeu peccata. De quibus loquitur ſpiritus ſan- Iſaiæ 5
ctus per prophetam Iſaiam quinto capite:Væ q dicitis bonũ malum,& malum bonum,
& cætera. Et per Amos prophetam: Væ qui conuertiſtis in amaritudinem iudicium, & Amos 5
fructum iuſtitiæ in abſynthium. [Vir fictor mendacij argumentatur ſe eſſe initiatorem
Achas] regis Iſrael. Qui quamuis idololatra peſſimus fuerit, tamen videtur aliquando
pie mentitus pro communi bono populi ſui, falſa quidem inſinuando regi Syriæ.
Atque in hoc is qui fingit mendacia, perhibet ſe imitari regem nunc præfatum. Hinc
ſubditur:[Et per propriam perditionem,]vtpote per mendacium, quo perdidit ſemet-
ipſum[dicit ſe mercari aliorum ſalutem,] hoc eſt,procurare ea, quæ alijs ad ſalutem ex-
tant vtilia. Quod iniuſtum & fatuum eſt,& vana eſt palliatio iſta mendacij. Quid enim
prodeſt homini(inquit Chriſtus) ſi lucretur vniuerſum mundum, ſeipſum autẽ perdat, Math. 16
& detrimentum ſui faciat? Omne quoq; mendacium in ſeipſo culpabile eſt,cum ſit qui-
dam receſſus à ſumma veritate. [Ait quidam: Quando mendacia purgauimus plene ex
toto,]id eſt,noſmetipſos ab omni mendacio perfecte mundauimus[tunc cum multo ti-
more ſubimus ipſum tempore vacante,] hoc eſt, cauſa rationabili id exigente pro loco
& tem-

& tempore dicimus aut facimus aliqua, quæ falſa ſunt ſecundum apparentiam exterio- D
rem,& prout accipiuntur ſeu intelliguntur ab alijs cum magno Dei timore. Quamuis
enim ſciamus, quod illa ſecundum aliquem pium intellectum aut deſignationem ſint
vera, ſicut quum Abraham & Iſaac dixerunt ſuas coniuges eſſe ſuas vxores, formida-
mus tamen, ne forte in talibus excedendo aliquantulum, Deum inhonoremus. [Non
nouit paruulus mendatia,] id eſt, mentiri neſcit, quum nondum habeat vſum rationis,
[nec anima malignitate prauata,] hoc eſt, homo ab omni prauitate purgatus, cuius cor
in veritatis & æquitatis affectum extat conuerſum, mentiri ignorat. [Vino lætificatus
loquitur vera in omnibus non ſpontanee,] hoc eſt, non pure voluntarie, ſed partim ex
naturali operatione, quam vinum facit in eo. [& inebriatus] id eſt, repletus [compũctio-
ne] ſalubri [mentiri non poterit,] non quod nullatenus poſſit hoc, quum non ſit confir-
matus in gratia, ſed quia vix poteſt hoc, præſertim durante compunctione in eo. Ecce
vir iſte illuminatus, quàm terribiliter ſcribit contra mendacium atq; periurium. Hæc er-
go tanquam venena æternæ mortis inflictiua puriſſime deuitemus, & culpas noſtras pu-
blice ac priuatim ſynceriſſime fateamur, nec ex aliquo metu, rubore, aut alia cauſa eas
negemus, palliemus aut defendamus.

¶ De gradu decimo tertio, ſcilicet de acedia. Articulus XXI.

ISTE eſt vnus ramorum multiloquij,] vtpote acedia [& plerunque primogenitus,] E
hoc eſt, primus multiloquij ramus, videlicet peccatum primo procedens ex illo [ſicut
prætangentes id diximus, dico vero de acedia. Propterea diſtribuimus ei ordinem con-
gruentem in catena maligna.] hoc eſt, in vitiorum iſtorum connexione, loquendo de ea
in præſenti capitulo. [Acedia eſt remiſſio] id eſt, tepefactio [animæ, & reſolutio men-
tis] ab interiori cuſtodia, [puſillanimitas exercitationis,] hoc eſt, formido ſeu paruitas
animi ad aggrediendum exercitia verboſa, vtpote torpor & tædium talium [odium pro
feſſionis,] quoniam acedia tandem cauſatur deteſtatio ſeu odium monaſticæ profeſſio-
nis aſſumptæ, aut aſſumendæ, [mundanorum beatificatrix] quia producit hominem ad
hoc, vt in corde ſuo beatificet carnales, diuitias, delicias ac honores, mundanosq; homi-
nes, qui abundant in talibus, iuxta illud Pſalmiſtæ: Beatum dixerunt populum, cui hæc
Pſal. 143 ſunt. [detractrix Dei, quaſi inuiſceroſi exiſtentis, & ſine benignitate.] Acedia quippe in-
terdum ſic creſcit, inualeſcit, dominaturq; homini, quod Dei aut religionis præcepta, &
inſtituta videntur ei tam dura & ardua, vt quodammodo ſentiat, aut forſan aliqualiter
dicere audeat, Deum non eſſe viſceroſum ſeu pium, ſed nimis auſterum, & quaſi impoſſi-
bilia ab hominibus exigentem. Eſt quoq; acedia [attonita in pſalmodia,] id eſt, pſallen-
tem hebetante ſtupore percutiens, ac ſolida admiratione deijciens, vt ſtet quaſi emor-
tuus, & à ſemetipſo quodammodo alienatus. Non inſtar heroicorum virorum ex vigo- F
re & altitudine contemplationis, ſed ex prædominantia paſſionis, rationem à vigore
ſuæ agilitatis impedientis, [infirmans in oratione,] id eſt, orantem reddens indeuotum
ac debilem, tardum ac negligentem ad reſiſtendum ſuo torpori atq; dictractioni [ferrea
in operatione] virtutum, quas fecit cum cordis duritia ſine guſtu interno, [in opere ma-
nuum nõ pigra] id eſt, feruida, ſed importune, videlicet loco ac tempore indebito. Tunc
enim eſt ad opera manuum prompta, quando intereſſe deberet, qui eam habet, diuino
obſequio. [in obedientia improba] quia ad ea quæ iniungũtur eſt tarda, ad ea vero quæ
ſunt propriæ voluntatis, parata. [Vir ſubditus & obediens eſt ignarus acediæ,] hoc eſt,
eam non approbat, nec admittit, [per ſenſus intelligibilia dirigens.] hoc eſt, per exterio-
ra & ſenſibilia ad inferiora ac ſpiritalia ſe ſuſtollens, & ad diuina ſe eleuans. [Cœnobiũ
eſt luctator contrarius acediæ] id eſt, conuentus religioſus mutuo ſe exercens, exhortãs,
increpans & inflammans impugnat ac vincit acediam, [at vero ſolitario coniugalis per-
petua] hoc eſt, ipſa acedia non ceſſat ſolitario adhærere, eum tentando. Ideo ſubditur:
[Ante mortem eius non recedet ab ipſo, & ante obitum eius certabit] id eſt, impugnabit
eum quotidie. Vnde vt in Collationibus patrum habetur: Acedia acrius ſolitarios ten-
tat. Quoniam non excitantur nec increpẽtur, neq; notari verentur ab homine, & maio-
ris ſunt libertatis, quàm in congregatione viuentes. Hinc metaphorice ſequitur: [Cel-
lam Anachoritæ videns acedia ſubriſit,] quaſi præſumens de victoria contra illum, [te-
tenditq; tabernaculum iuxta ipſum,] hoc eſt, ei cohærere atq; inſiſtere ſine ceſſatione
decre-



A decreuit. Hinc quoque Carthuſienſes, & cæteri ſoli degentes, acediam iugiter abhor-
rere & prorſus abijcere debent, omneq; tempus fructuoſe expendere, & in diuinæ ma-
ieſtatis præſentia ſe reuerentius habere. [Medicus mane viſitat infirmantes, & acedia
circa meridiem,] ſpecialiter viſitat & impugnat [exercitatores,] hoc eſt, virtutum opera-
tores, videlicet refectione inſtante, ſeu peracta, quia tunc minus delectat ſpiritalibus acti-
bus & exercitijs immorari. [Hoſpitalitas eſt ſuggeſtio & immiſſio acediæ.] Hoſpitalitas
in ſe quidem bona eſt, ſed ideo dicitur ſuggeſtio immiſſioq; acediæ, quia ſub colore &
occaſione hoſpitalitatis, frequenter admittitur & miſcetur ac intrat acedia. [& propter
eam deprecatur operari eleemoſynas ex opibus manuum.] hoc eſt, acedia ſub ſpecie
boni hortatur hominem ſpiritalem, à ſpiritalibus actibus ſe abſtrahere, atque labori in-
ſiſtere manuali, vt procuret neceſſaria ad exhibendam hoſpitalitatem, atq; ad dandum
eleemoſynas indigentibus. [Suggerit quoque & hortatur prompte viſitare infirmos,
ad memoriam reducens dicentem: Infirmus fui, & veniſtis ad me. Exhortatur item ace- Matth. 25
dia accedere ad mœſtos & puſillanimes,] ſubmittens memoriæ verbum illud Apoſtoli 1. Theſſ. 5
ad Theſſalonicenſes dicentis: [Conſolamini puſillanimes.] Hæc omnia ſuggerit, vt à
quiete cellæ & ſpiritali occupatione ac profectu aſſiduo religioſum expellat, prædictaq;
faciat importune, aut ex praua radice, quæ vtique fieri poſſunt loco & tempore apto ex
vera charitate & pietate. [Stantibus in oratione acedia reducit ad memoriam neceſſa-
B ria negotia exteriora, & omnem machinationem atque induſtriam denuo mouet ipſa
irrationalis,] acedia [agens] hæc [vt ab eadem oratione nos ſubtrahat, quaſi quodam ca-
piſtro rationabiliter.] hoc eſt, ſub ſpecie virtuoſæ occupationis ac rationabilis cauſæ.
[Dæmon acediæ fecit diſcraſiam, capitisq; dolorem, febrem, rigorem,] hoc eſt, corporis
conſtrictionem [tortionem ventris ac protenſiones,] id eſt, operum protractiones. Hæc
inquam fecit [horrorem trium horarum,] hoc eſt, per iſta conuertit nobis tres horas diei
in horrorem ac tædium, illas videlicet horas, in quibus hæc magis accidere ſolent, vtpo-
te primam, tertiam & ſextam, iuxta nonnullos. [Nona apprehendẽte innuit modicum]
hoc eſt, nona hora inſtante aliqualiter pandit ſe. [Porro menſa poſita exiliuit de ſtatu.]
hoc eſt, à loco, in quo præ tepore quaſi infirma decubuit, ſed ad corporalia commoda &
fomenta viuax inuenitur ac valida. [Oratione ſuperueniente poſt refectionem, graua-
tur iterum corpus, ſtantem in oratione ſubmerſit] acedia [rurſus ſomno, & importunis
apertionibus oris,] id eſt, oſſitationibus [rapuit verſum Pſalmi ab ore. Reliqua quidem
vitia ſecundum vnumquodque deſtruuntur per ſingula virtute aliqua vna.] hoc eſt,
quodlibet aliud vitium ſuperatur & expellitur virtute vna ſibi directe contraria, ſicut
elatio humilitate. [Acedia autem monacho cohabituata eſt mors,] id eſt, firmiter radi-
cata in religioſo eſt mors aĩę eius, omne ſpiritale bonũ impediẽs [Fortitudo animæ mẽ-
C tem morientem] id eſt, peccato quaſi conſentientem aut ſuccumbentem & victam [reſu-
ſcitauit] hoc eſt, ſurgere fecit ac agilem reddidit. Quod intelligi poteſt de fortitudine,
prout eſt virtus cardinalis, & cooperatur ad hoc: & item de fortitudine, quæ eſt vnum
ſeptem donorum ſpiritus ſancti: de fortitudine quoq;, prout eſt virtus communis, hoc
eſt, de vigore ſeu conſtantia mentis. [Acedia vero & ocioſitas diſpergunt & auferunt
vniuerſas virtutum diuitias vno iſto acediæ vitio exiſtente grauiore octo præfectis ma-
litiæ,] id eſt, octo principalibus & capitalibus vitijs, inter quæ tamen acediæ vitium vnũ
eſt, idcirco quod dicitur, grauior illis octo, intelligendum eſt inter octo illa, vtpote cæ-
teris oĩbus præter ſe, iuxta quem modum ait Apoſt. Nunc aũt manent fides, ſpes, chari- 1. Cori. 13
tas, tria hæc, maior aũt horum eſt charitas. Sed circa hoc quæritur, qualiter acedia ſit gra-
uior cæteris illis, præſertim cum ſuperbia dicatur regina & caput vitiorum. Nec acedia
eſt grauior culpa quàm odium. Et reſpondendum, quod ſecundum diuerſas conſidera-
tiones & proprietates diuerſis peccatis attribuitur eſſe grauiſſimum inter cætera pec-
cata, ſicq; acedia dicitur eſſe grauior cæteris, inquantum contrariatur vniuerſarum virtu-
tum idoneæ executioni atque profectui, & prauiſſimos gignit effectus, vt paulo ſupe-
rius tactum eſt. [Faciamus & ipſorum illorum ſequentiam,] hoc eſt, proportionabi-
liter ita tractemus de acediæ vitio, ſicut de cæteris alijs ſumus locuti. [Sed & illud ap-
ponam,] quod nunc ſubditur: [Non præſente Pſalmodia acedia non apparet,] hoc eſt,
extra horam diuini officij acedia non tam euidenter ac manifeſte ſemetipſam monſtrat
[Et finito canone,] hoc eſt, canonico ac legitimo pſalmorum orationũq; numero [aper-
ti ſunt

ti ſunt oculi,qui tempore orationis ac pſalmodiæ ſomno deprimebant[in tempore ace- D
diæ apparent violenti]hoc eſt, acedia homines impugnante monſtatur qui efficaciter &
condigne pugnant contra ſeipſos,& propriam vincunt naturam,expugnando acediam
& eius effectus. De quibus violentis ait Saluator : Violenti rapiunt regnum cœlorum.
Nihil eñ ita aliud conciliat monacho coronas,ſicut acedia]hoc eſt per nullam rem me-
retur monachus tam glorioſe coronari à deo,quemadmodum per expugnationem ace-
diæ,quam extirpando creſcit in omni virtute,&aptus efficitur ad proficiendum in cha-
ritate,ſapientia,ac omni perfectione. [Conſidera,& inuenies acediam impugnantem
monachum in ſtatione pedum,] ita quod inducet eum ad ſtandum in choro pedibus
cancellatis,ſeu ſupra ſeinuicem poſitis[& ſuggerentem monacho vt ſedeat in cathedra]
id eſt,in ſuo ſedili,quando potius ſtandum eſt coram deo, [& ſedentem reclinare te pa-
rieti probat].i.dum ſedes conatur te inducere ad reclinandum dorſum tuum ad parietẽ.
[Et ſtantem exhortatur rurſus incuruari].i.ſeipſum applicare & reclinare [muro].i.pa-
rieti[cellæ,vt facias fragores].i.ſonos[ac ſtrepitus pedum] qui ſequuntur ex reclinatio-
ne huiuſmodi, propter quos faciendos reclinat ſe concomitanter,non directe.[Qui lu-
get ſeipſum] .i.incolatum præſentis exilij,& propria peccata atq; pericula [non uouit
acediam. Ligetur & iſte tyrannus].i.tyrannica iſta acedia refrenetur[recordatione pro-
priarum culparum ac delictorum.]ex qua recordatione condigna oritur timor dei & di- E
ligentia & pœnitentia ſalutaris. [percutiatur opere manuum, pertrahatur intentione &
attenta meditatione futurorum bonorũ] .i.intuitu ac deſiderio felicitatis futuræ eijcia-
tur.Conſideratio etenim præmij prouocat ad conandũ,& minuit vim laboris.[Coram
ſtans & præſentatus].i.iudicio rationis propoſitus,[interrogetur] iſte tyrannus de per-
tinentibus ad rem : [Dic tu remiſſe & diſſolute].i.tu piger ac torpens tyranne,[quis eſt
male te pariens] .i.quis vitioſe producit te[quales ſunt primogeniti tui?].i.exceſſus tui
præcipui, & primo emanantes ex te. [At ille violentiam paſſus].i.coactus[viſus eſt re-
ſpondere:Ego non habeo vbi caput reclinem,apud eos qui ſunt vere obedientes.In his
vero in quibus habeo vbi caput meum reclinem ſecundum requiem [ſolitariæ remotio-
nis].i.prout moris eſt me reclinari in ſolitarijs remotis ab alijs [ſimul dego cum eis,]id
eſt, in ſolitarijs negligentibus caput meum repauſo,& perſeueranter permaneo.[Geni-
trices].i.matres meæ,vtpote culpæ ex quibus naſcor[ſunt multæ ac differentes, interdũ
nanq; me gignit inſenſibilitas].i.duricia ſeu inſipiditas animæ,ſeu carentia cõſolationis
internæ. Nam ſicut delectatio conſeruat operantem in opere,ſic delectationis priuatio
parit tædium operandi, retrahitq; ab opere. [quandoq; vero me gignit obliuio ſuperno-
rum.]Nam ſicut memoria ſeu conſideratio cœleſtium præmiorũ incitat & inflammat
ad bene agendum,ita obliuio ſeu inconſideratio bonorum illoꝝ,parit acediam. [Ali-
quando quoq; gignit me nimius fatigationũ exceſſus,].i.vehementia tentationũ,tribu- F
lationum aut laboꝝ laſſantium. [Primogeniti mei ſunt tranſmutationes locorum,me-
cum geniti,] .i.peccata quæ ſimul mecum oriuntur ex vitioſa radice [ſunt inobedientia
patris,]hoc eſt,non obedire patri ſpirituali,[obliuio diuini iudicij. Eſt etiam quandoq;
derelictio promiſſionis] hoc eſt,violatio,ſiue omnimoda deſertio profeſſionis, interdũ
oritur ſimul mecum aut ex me.[Aduerſarij mei à quibus nũc teneor vinculis ligata,ſunt
pſalmodia cum opere manuum.].i.nunc inſiſtere pſalmodiæ, nunc operi manuali, nec
in opere tali à pſalmodia ceſſare. [Impugnatrix mea eſt,intenta meditatio mortis. Por-
ro cauſa me perfecte mortificans,eſt oratio cum firma ſpe futuroꝝ bonoꝝ. Talis nanq;
oratio ſapientiam impetrat ac feruorem.[Quis vero ſit generans ac pariens orationem]
.i.pater ac mater orationis[ipſam interrogate.]hoc eſt,infra hoc conſiderate, videlicet
capitulo de oratione.

¶De gradu decimo quarto,puta de gula. Articulus XXII.

DIcturi de gula & ventre, proponimus quaſi in omnibus philoſophari contra noſ-
ipſos,]hoc eſt perſcrutari ac diſputare de vitio, à quo noſipſi non ſumus pure im-
munes. [Miror enim ſi quis eſt factus liber ab ea,niſi habitans ſepulchrum.]hoc eſt,pu-
to ꝙ nemo in hac vita exiſtat,qui non interdum aliqualiter excedat per gulam, ſed qua
mortuus eſt,factus eſt liber ab ea.[Gula eſt hypocriſis ventris,]hoc eſt,ſuperfluus appe-
titus cibi ac potus,ſub colore & ſimulatione fallaci indigentiæ ventris admiſſus. Ideo
ſubditur:[Nam venter ſaturatus exiſtens].i.ſatis refectus[indigentiam roborat] id eſt,
plus



A plus indigere ſe vociferatur.[Refectus & ſemiplenus famem reclamat,] quaſi nil acce-
piſſet.[Gula eſt conditrix]hoc eſt,excogitatrix & inſtigatrix[præparationis delectatio-
nem delectantium,]hoc eſt,delectabilium & lautorum alimentorum. Quia ad talia pre-
paranda ac obtinenda inſtigat.[Fons delectationum libidinis.] Quia ad voluptates &
inquinamenta luxuriæ diſponit ac introducit.[Euacuaſti venum]per ieiunium & abſti-
nentiam[aliunde refluxit]puta ex gula[& obſtruxiſti eandem,]te macerando,& concu-
piſcentiam edomando[aperuit alteram,] hoc eſt, vna appetitione carnali illicita iam re-
preſſa, quæ circa hoc aut illud obiectum verſatur, repreſſio illa facta eſt occaſio alterius
ſenſualis appetitionis illicitæ circa aliud obiectum verſantis,[extinxiſti flammam]hoc
eſt,feruorem huius deſiderij praui [& aliunde reuixit,] quia ex alia cauſa rurſus accenſa
eſt talis flamma,[& iſtam deſtruens,alteri es deuictus.]hoc eſt,vnam vitioſam affectio-
nem carnalem ſuperans,ab alia permiſiſti te ſuperari. Contingit quippe multotiens,ꝙ
is qui temperauit &refrenauit ſuum affectum circa illam aut illam eſcam ſiue perſonam,
protinus impugnetur inordinato affectu alterius alimenti ſiue ſuppoſiti. Sicq; corruptio
vnius deſiderij ſenſualis, fuit generatio alterius.Exteriora quippe obiecta,& præſertim
diabolus,frequenter renouant & accendunt deſideria gulæ,concupiſcentiaſq; carnales.
Ideo dicit ſanctus Auguſtinus : Hoc eſt bene viciſſe, omnes aditus vitiorum viciſſe.
B [Gula eſt ſeductio oculorum,compaſſionem,temperantiam,& humiliationem,accepta
ſimul omnia ſub vno ſuggerens deuorare.] hoc eſt, vorax appetitio cibi ac potus, eſt
cauſa ſeductionis oculorum,id eſt,interioris iudicij de cibis ac potibus viſis,ita quod gu-
loſus putat ſe omnia viſa poſſe vorare, vel ea non ſufficere ſibi,ſicq; ſeductio iſta ſugge-
rit vt omnia alimenta propoſita ſimul ſub vna hora aut vna refectione deuoret. Quod
faciendo,deuorat compaſſionem,temperantiam,& humiliationem. Quia facit contra
hos actus bonos, & deſtruit eos in ſeipſo, & illa guloſe conſumit, ex quibus debuit po-
tius indigentibus ſubuenire. Nec conſiderauit ſua peccata,ex quorum conſideratione
debuit ſe humiliare,& ſobrie manducare. [Gula eſt ciborum ſatietas,] Interdum enim
accipitur gula pro ipſa repletione ſuperflua,interdum pro immoderato affectu ad illã.
Eſt enim gula[pater fornicationis]cui præbet materiam & fomentum.[Tribulatio aũt
ventris,] videlicet abſtinentia, [eſt conciliator] id eſt, procurator & cuſtos[caſtitatis.
Plerunq; aliquis manſuefecit leonem blanditijs, qui vero corpus curans fouerit,] id eſt,
exquiſite nutriuerit illud[facit ipſum ex hoc magis ſylueſtre,]hoc eſt,magis indomitum
ac rebelle.[Gaudet Iudæus ſabbato,& diem feſtum facit,]ſabbatum celebrando[& gu-
loſus monachus ſabbato & die dominica,] quia tunc melius habet ad comedendũ,ſicq;
inſtar Iudæorum gaudet non ex vera deuotione,ſed ex ſenſuali amore.[Paſcha compu-
C tat ſeruus ventris,in quibus cibis faciat dies feſtos.] hoc eſt, guloſus ſuo ventri deſerui-
ens,conſiderat quando veniet Paſchalis feſtiuitas,quam ſolennizet, vacando gulæ ma-
gis,quàm puritati internæ. [Seruus vero dei attendit in quibus gratijs diues fiat,]hoc
eſt,qualiter copioſius,compendioſiuſq; proficere poſſit.[Peregrino hoſpite veniente in
charitate,]id eſt, charitatiue viſitante fratrem guloſum,ipſe guloſus [totus mouetur ex
gula]fratrem illum libenter videndo ac recipiendo, vt hac occaſione valeat aliquid lau-
tius præparare,& abundantius ſumere, [& ſuam reſolutionem] id eſt,guloſam relaxa-
tionem[æſtimet fratris]deuoti[conſolationem. In aduentu aliquorum ad ipſum,morẽ]
hoc eſt, conſuetam abſtinentiam ſuam [franges,præmeditatus eſt admittere vinum,]id
eſt,vinum potare decreuit. [Et opinatus virtutem abſcondere, factus eſt ſeruus paſſio-
nis.]hoc eſt,ipſe guloſus,qui cogitauit abſtinentiam ſuam occultare,victus eſt à concu-
piſcentia gulæ. Nam vinum admittit non ex ſpiritali viſitantium dilectione,ſed ex pro-
pria carnalitate. [Gula inimicatur plerunq; gloriæ vanæ]quia inſtigat ad manducan-
dum laute atq; ſuperflue,per quod quis priuatur humana laude & gloria, [& ſimul pug-
nant in miſero monacho,quaſi ſuper ſeruo emptitio,] hoc eſt, gula & vana gloria præ-
liantur contra ſeinuicem in miſero religioſo, quæ earum ſubijciat ſibi illum, ſicut pug-
natur pro obtinendo ſeruo emptitio, quem ſi plures emere cupiunt. [Illa quidem inter-
rumpere & reſoluere violentat,] hoc eſt, gula impetuoſe inſtigat, vt abſtinentia inter-
mittatur, ieiunium ſi frangatur. [Iſta vero virtutem ſuam triumphare ſubmergit,] hoc
eſt vana gloria cum ſuiipſius ſubmerſione ſeu perditione, perſuadet ſuam vim præualere

D vtſcilicet abſtineatur ac ieiunetur deſiderio laudis humanæ. [Sapiens monachus ambas effugiet in proprio tempore, alteram altera repellens ac remouens.] hoc eſt, religioſus diſcretus vincet gulam & gloriam vanam, cum vna earum alteram repellendo tempore opportuno, non quod vnquam debeat admittere aliquod vitiorum iſtorum, ſed quando tentatur de gula, poteſt eam abijcere ex conſideratione ſuæ inhoneſtatis, & quia ſcandalizatiua eſt aliorum. Et ita quodammodo fugit eam ex conſideratione ſimili conſiderationi illi, ex qua vitat eam vanæ gloriæ ſeruus, qui fugit eam, quia inhoneſta eſt coram alijs, & minoratiua propriæ laudis atque humani honoris. Conformiter quando tentatur de vana gloria, vt intuitu eius abſtineat, potius comedit, attamen moderate, & ex rationabili cauſa, vt gloriam vanam & inanem confundat. [Increſcente igne,] hoc eſt, feruore & concupiſcentia carnis [puniamus eandem,] per abſtinentias, diſciplinas, vigilias & labores, [atque in omni loco & tempore opportuno abſtinentiam obſeruemus. Eodem vero igne carnis fœdato & quieſcente, quod non credo perfecte fieri ante ſepulchrum & mortem, abſcondamus noſtram operationem.] hoc eſt, exercitationem & profectum, quantum ad id, quod ſupererogationis & ſpecialis deuotionis in ea eſt, & quoad intentionem, quia ſoli DEO finaliter complacere omnes optamus. Vel ſenſus eſt, quod igne illo fœdato ſeruemus ſolitam abſtinentiam in ſecreto, ſed propter aliorum aduentum poſſumus aliqualiter relaxare eandem. [Vidi presbyteros,] id E eſt, ſacerdotes ſeu ſeniores, [à dæmonijs illuſos, & abſoluentes cum benedictione iuuenes eis non ſubditos in potationibus vini & reliquorum,] hoc eſt, vidi quod illi presbyteri hortabantur iuniores, quibus non præfuerunt, ad potandum vinum & ad accipiendum cibaria reliqua, ita quod abſoluerunt iuniores illos cum benedictione à culpa exiſtente in talibus. [Nempe & ipſi in domino teſtimonium habent,] hoc eſt, ſi presbyteri illi ſunt veraciter bonæ famæ [temperate ſoluamus] hoc eſt, propter eorum præſentiam atque inſtantiam cum moderatione relaxemus rigorem abſtinentiæ noſtræ. [Si vere ſunt negligentes] aperte [nihil curemus de benedictione eorum.] ita vt propter eam acquieſcamus indiſcretæ ac minus diſcuſſæ exhortationi ipſorum. [Et magis, ſi ſumus in pugna ignis, hoc eſt, ſi concupiſcentijs carnalibus infeſtemur, tunc rigorem noſtrum diligentius maioriq; cum ſolicitudine conſeruemus. [Probauit à Deo miſſus Euagrius, ſapientium ſapientior,] hoc eſt, abbas Euagrius, vir diuinus atque doctiſſimus, approbauit, ſiue expertus eſt [promptitudine & ſenſibus fieri.] hoc eſt, omnia bona eſſe agenda animo prompto, ac diſcreto ſecundum ſpiritalem ſcientiam. [Sed fraudem paſſus,] hoc eſt, deceptus [mentitus eſt miſer ſibi, apparens magis inſipiens inſipientium in alijs multis. Sed & in iſto] quod nunc ſubditur. [Ait enim: Quum anima concupiſcit varios cibos, anguſtietur.] hoc eſt, parce ſuſtentetur [pane & aqua. Simile vero aliquid dixit F puero, qui dixit ſe velle aſcendere ſcalam in vno paſſu,] hoc eſt, repente velle perfectum fieri, aut ſubito viam perfectionis apprehendere, ſiue accedere. Iſte videtur fuiſſe abbas Euagius, cuius præconia in ſecundo Vitaſpatrum volumine deſcribuntur. Denique ſicut ex his, quæ continentur ibidem probatur, ipſe beatus EVAGRIVS, erat vir mirabili ſapientia, eloquentia, abſtinentia, ſanctitateq; vitæ ſubtiliter decoratus. Vnde & reprobatio tanti viri, hoc loco introducta, immoderatior eſſe cenſetur, nec tanta laudatio tantæ vituperationi conſona reputatur: præſertim quia & error, qui ei ab authore imponitur, non eſt adeo grauis aut periculoſus, vt tantam talemq; reprobationem meruerit, neque in alijs tantum errat, ſed erat vir valde catholicus, hæreticis quoq; vehementiſſime reſtitit adhuc in ſeculo conſtitutus. Quid autem locutus ſit puero, de quo facta eſt mentio, non eſt hoc loco expreſſum. Inſuper ſalua per omnia reuerentia huius authoris, rationabilior videtur eſſe doctrina iſta ſancti abbatis Euagrij de abſtinentia obſeruanda, quàm quod author hic edocet contra illum, ſubdendo: [Igitur & nos euertentes definitionem illius, hoc eſt, doctrinam Euagrij, [dicimus: Quum anima concupiſcit differentes] hoc eſt, diſtinctos ac varios cibos, concupiſcit & quærit aliquid proprium naturæ,] hoc eſt, quoddam conueniens naturæ humanæ, aut appetitu naturali. [Quocirca vtamur induſtria] vtpote bona cautela aut arte [aduerſus machinatricem multimode ingenioſam,] hoc eſt, contra gulam varias & acutas practicas ſuggerentem ad proſequendum quod appetit. [Alioqui ſtatuet contra nos grauiſſimum prælium,]





A hoc eſt, fortiſſime nos tentabit [aut ruinarum obligationes parabit,] hoc eſt, conabitur nos tam artificioſe ac valide impugnare, vt nõ aut vix poſſimus euadere. [Recidamus nunc primo impugnantia, deinde ardentia, adhuc ſimiliter delectantia.] Per primo impugnantia, poſſunt intelligi tentationes & prauæ affectiones, quæ ingeruntur ab extra, exterioribusve obiectis, quæ primo ſunt abſcindendæ ac repellendæ. Porro per ardentia, intelligi poſſunt ignita deſideria mala ab interiori cauſa exorta, videlicet à propria ſenſualitate, voluntate, aut corporis diſpoſitione, quæ deinde ſunt expugnanda. Adhuc quoque ſimiliter ſunt expugnanda delectantia, hoc eſt, quæcunq; inordinate complacent aut delectant, quantum ad id quod faciunt hoc, puta inquantum ſcandalizant, aut ſicut ait ſaluator: Si oculus tuus ſcandalizat te, erue eum, & proijce abs te. [Si poſſibile eſt, da ventri cibum replentem, leuem, vilem, atq; exiguum, vt per repletionem ſatiemus inſatiabilem eius deliberationem.] hoc eſt, voracitatem intentam, cui videtur quod ſaturari non valeat. [Per exiguum vero, leuem ac vilem cibum habeamus celerem reſpirationem.] hoc eſt, velociter alleuiemur à ſatietate præfata [& redimamur à calore] naturæ [& inflammatione] concupiſcentiæ [quaſi à flagello.] Nam calor huiuſmodi & inflammatio talis valde moleſti ſunt, ac diſplicent homini bono. Nunc breuiter conſideremus, quæ doctrina ſit aptior, iſta ne, an prætacta doctrina abbatis Euagrij. Quocirca quantum intelligere queo, melior eſt doctrina Euagrij, præſertim pro loco, & tempore, B & perſonis. Vnde loquebatur, quando videlicet conſuetum fuit monachis in eremo demorari, atq; ibidem pane & aqua permodicis contentari. Itaq; dum anima cibos varios concupiſcit, ſi tunc pane anguſtietur & aqua, plenior extat victoria, refrenatio quoque concupiſcentiæ acrior eſt, ſi anguſtietur pane & aqua, quàm ſi ei aliquantulum conſentiatur, præbendo ei guſtum eorum, quæ concupiſcit, ex quorum etiam experientia & ſapore poſſet concupiſcentia magis augeri, & grauius impugnare, quàm ſi penitus refrenaretur à talibus. Siquidem abſtrahere ſe à voluptate experta, difficilius perhibetur. Præterea dare ventri cibum replentem, quamuis leuem, vilem & exiguum, non videtur perfecto ieiunio ſeu abſtinentiæ conſonare, ſed corpus ad tempus aliqualiter onerare, atq; ad ſpiritalia opera indiſpoſitum reddere. Iterum per repletionem ſatiare inſatiabilem ventris deliberationem, non videtur ſonare in bonum, nec eſſe perfectionis, nec diſpoſitiuum ad eam. Hæc vero captu meo breuiſſime tango, non præiudicans melius ſentienti, aut profundius penetranti. [Superintendamus] id eſt, diligentiſſime conſideremus [& inueniemus plurimos rerum ſpirantium cibos] videlicet carnes [mouentes & incitantes calores in nobis.] hoc eſt, ſanguinis feruorem, & concupiſcentiam, quæ inde cauſatur. [Deride dæmonem, qui ſuggerit tibi tarde refectionem vſq; ad horam cænæ,] Quia refectio tam diu dilata, efficit hominem ad deuotionem ineptum in matutinali officio, C prout de hoc in Collationibus patrum plenius ſcribitur. [Noua enim & deinceps apprehendente præanticipantis concordiam abnegauit.] hoc eſt, dæmon hoc ſuggerens, aufert concordiam ei, qui ita non differt refectionem, ita quod ille fit diſcors à differente eandem [refectione noua] id eſt, inſolita hora facta [deinceps apprehendente.] id eſt, inualeſcente ac permanente in vno. Eadem ergo hora reficiantur fratres, qui pariter commorantur, niſi rationabilis cauſa aliud exigat aut permittat. [Alia abſtinentia congrua exiſtit & conſonans innocuis] id eſt, perfectis innocentibus, ſeu reformatis hominibus, [& alia nociuis] hoc eſt, paſſionatis adhuc & imperfectis. [Illi quidẽ] puta innocui, [motum poſſident in ſignum,] id eſt, concupiſcentiæ ſtimulum ſaltem naturalem patiuntur interdum inſignium, quod vere ſint homines fragili carne circundati [Iſti vero] videlicet nociui, [vſque ad finem vitæ & mortem perſeuerant & adiacent inconſolabiliter & implacabiliter abſtinentes.] hoc eſt, inceſſabiliter indigent corpus ſuum domare cum duritia & rigore, nec conſolationem contra hoc debent requirere, ſed adiacere ſeu inhærere actibus pœnitentiæ ſalutaris, quamdiu ſunt tales. [Primi enim] puta innocui [volunt & debent ſempiterne] ſeu iugiter [cuſtodire contemperantiam & complexionem mentis ſpontaneæ.] hoc eſt, bonam habitudinem, ſynceritatem, & tranquillitatem cordis ſui in bonis actibus prompti ac feruidi, vt ſint quaſi religio cœleſtium corporum, ad quam metheorologicæ impreſſiones, quæ fiunt in aere, nõ pertingunt. [Iſti vero] videlicet nociui [placant deum per ſpiritalem triſtitiam,] quam habent de ſuis defectuoſitatibus &

peccatis[& mortificationẽ propriæ ſenſualitatis ac improbæ voluntatis[Nimirum tem- D
pus conſolationis & lætitiæ]ſpiritalis[& priuatio ſolicitudinis in vniuerſis].i.immuni-
tas ab omni ſeculari inordinataq́; cura conueniunt & ſunt[viro perfecto.] Talia enim
ei debentur ac deſuper conceduntur, qui eſt quaſi emeritus miles,& quem nõ contriſtat
quicquid ei acciderit.[Agonizanti vero].i.laboranti contra paſſiones,tentationes & vi-
tia[eſt tempus certaminis]contra diabolum,mundum,& contra ſeipſum,[vitioſo vero
feſtiuitas feſtiuitatum & frequentia frequentiarum.]hoc eſt,homo impœnitens,obſti-
natus,& libidini ſubditus,delectatur quotidie in voluptatibus,vanitatibus,iocis,& riſi-
bus ſuis inter alios ſe commiſcens,& illos ſibi alliciens, ſicq́; in bonis fallacibus ducens
dies ſuos,deſcendit in puncto ad inferos. [In cordibus guloſorum ſunt ſomnia ciborũ
& eſcarum.]Quod enim in vigilia optant,tractant & cogitant & imaginant in ſomno.
[Somnia vero pœnarum & iudiciorum ſunt in cordibus legentium.]hoc eſt,pœniten-
tes ac lugubres etiam in ſomno habent imagines & cogitationes de pœnis inferni,& de
iudicijs dei.[Tene & vince ventrem,] id eſt,gulam refrena ac ſupera [antequam vincat
& teneat te,& tunc futurus es abſtinere cum inconfuſione,]id eſt,inconfuſibiliter abſti
nebis ſi non à ventre fueris victus,ſi tamen veraciter pœnitere volueris,vtpote cum con
digno pudore de turpitudine intemperantiæ tuæ,[Sciunt quod dictum eſt:Qui cecide-
rit in foueam non dicendam,]hoc eſt,qui lapſi ſunt in ignominioſam carnalitatẽ,agno- E
ſcunt ꝙ victi à ventre pœnitent cum confuſione.[Veri eunuchi]videlicet penitus caſti,
& concupiſcentiarum conculcatores[non nouerunt experientiam rei iſtius]qualiter ſci-
licet indigent abſtinere,qui lapſi ſunt modo prætacto, poſſunt tamen hoc ſcire ſpecula-
tiue.[Gulam quippe circuncidit intenta meditatio ignis æterni.Huic quoq; quidam præ-
bentes auditum,exciderunt ſua ipſorum membra.]hoc eſt,aliqui diligenter conſideran-
tes inferni ſupplicia,ex illorum timore abſciderũt propria membra,ne peccarent per ea.
[Et interierunt duplici morte,]id eſt, corporali ac ſpiritali,vel morte culpæ in præſenti,
& morte damnationis perpetuæ in futuro.[Quæramus,& penitus inueniemus hanc gu
lam per ſe ſolam operantem naufragia apud nos.]Quoniam gula inducit nos ad diuer-
ſa pericula & peccata.[Mens ieiunantis orat vigilanter & ſobrie,]dummodo in diebus
ieiunij ſui non inueniatur voluntas ſua in eo. [Mens autem non abſtinentis repletur
immundis idolis,]id eſt,turpibus phantaſijs. [Ventris ſatietas exiccauit fontes.]id eſt,
gratiam abſtulit lachrymarum. Quoniam vera compunctio non inuenitur in guloſo.
[Ipſo vero] fonte lachrymarum[ſiccato,ſatietas genuit aquas]concupiſcentiæ, atq; car-
nalium deſideriorum profluuia. [Qui ſuum ventrem nutrit & fouet]guloſe[& conatur
ſpiritum fornicationis vincere, ſimilis eſt volenti cum oleo ignem extinguere.] Nam ſi-
cut ignem extinguere volens cum oleo,præbet igni materiam &augmentum,ſic delica- F
te aut immoderate ſe nutriens, fornicationi miniſtrat materiam ac incitamentum.
Quod ſi ab actu refrenetur obſcœno,imaginationibus tamen, affectionibus,ſtimuliſq́;
fœdatur.[Tribulato ventro] per famem & abſtinentiam[humiliatur cor,] Cum ratio
quippe humilitatis merito huiuſmodi tribulationis cõfertur à deo,tribulatio quoq; cor-
poris ad ſuijpſius humilem recognitionem diſponit. [Ventre autem]per ſaturationem
[conſolato,ſuperbit cogitatio.Teipſum palpa,] id eſt,per conſiderationem prudentem
tange ac diſcute [circa primam horam diei, & circa mediam, & circa extremam horam
ante cibum. Et ex hoc ex teipſo diſces vtilitatem ieiunij.]Per modum qui ſubditur:
[Mane exultat cogitatio carnis]hoc eſt,carnalis cogitatio, ex qua ſtimulatio oritur,ho-
ra primæ plus viget ventre nondum euacuato.[Apprehendente ſexta deorſum modice
inclinatur,]hoc eſt,hora ſextæ inſtante cogitatio talis aliqualiter deficit, [ac circa ſolis
occaſum humiliatur in fine]id eſt,omnino deijcitur ab vſq; tunc ieiunãte.[Afflige ven-
trem,& omnino claudes os tuum].i.facilius ſeruabis ſilentiũ.[A multitudine nanq; ci-
borum lingua eneruatur].i.ex gula loquacitas generat̃[Contriſtans].i.teipſum affligẽs
[pugna contra ventrem,& vigilans vigila propter eum].i. vt teipm̃ refrenes adhibe dili-
gentiam oẽm. [Si enĩ dolueris modicũ fatigatus].i.aliquid pœnæ pertuleris ex abſtinẽ-
tia, dñs confeſtim cooperabitur tibi] confortando & conſolando te per gratiam ſuam.
[Mollificati vtres ſupercapiunt ad menſurã].i. plus capiunt q̃ ſiccati, [contempti ve-
ro & ſine cura relicti,]hoc eſt,ex negligentia duri effecti[non capiunt tantum. Cogens
neceſſi-



A neceſſitate ventrem]vtpote non ex virtute,ſed ex parcitate aut inopia abſtinens[amplia
uit interiora,]quia ex deſiderio alimentorum inualeſcente & creſcente,quaſi hiant & di
latantur ad horam. [Agonizans vero contra ipſum,]id eſt,ex virtute & gratia laborãs
ventrem reſtringere ab immoderata appetitione ac ſumptione eſcarum ac potuum[con
ſtrinxit eadem.] interiora. [Quibus anguſtiatis ſeu conſtrictis,non opus eſt multis ci-
bis. Atq; ex tunc efficimur de cætero naturaliter ieiunantes.] hoc eſt, faciliter & ex vſu
qui eſt quaſi altera natura. [Sitis ſitim plerunq; ceſſare facit.] Hoc experientia verum
eſſe teſtatur. Siquidem multi patienter ſuſtinendo ſitim poſt prandium, aut alia hora,
paulatim liberantur à ſiti in talibus horis. Vel ſenſus eſt,quod ſitis ſpiritualium aufert
aut minuit ſitim corporalem. [Famem vero circuncidere]hoc eſt,auferre[fame,eſt im-
poſſibile & crudele.Quum te vicerit] fames,trahendo te ad reprehenſibilem appetitio-
nem,ſumptionemve cibi aut potus[in laboribus doma eam.]hoc eſt, per labores famẽ
caſtiga, atque à tali prauo affectu refrena. [Si autem & hoc tibi impoſſibile eſt propter
infirmitatem] corporis tui[iterum pugna contra eam vigilijs,] inſiſtendo orationibus
diuturnis pro virtute & gratia refrenandi hanc famem modo prætacto.Qui autem cum
tanta puritate, voluptate ac feruore internis inſiſtit ſpiritalibus actibus, vt deſiderium
cibi reprimatur ſeu extinguatur in eo,ſalubriter vicit famem. [Oculis aggrauatis] ſo-
B mnolentia[opus manuum apprehende. Somno autem non inſtante orationis tempore
non attingas ipſum,] manuum opus, quia orationis tempore vitandum eſt hoc opus,
loquẽdo de orationibus quæ ex debito perſoluuntur. Ideo ſubditur:Non enim eſt poſ- Matth. 6
ſibile ſeruire deo & mammonæ, hoc eſt, non expedit mentem exhibere & repreſenta-
re]hoc eſt,corde intendere [operi manuum cum deo aſſiſtis.] in diuino officio, ſeu per-
ſoluendo orationes aut horas canonicas.[Cognoſce,quia plerunque dæmon ſuper ſto-
machum ſedet,& præparat ac diſponit]hoc eſt,ſuggerit & ſuadet hominem[ſatiare non
poſſe,etiam ſi comederet vniuerſam Ægyptum,& biberet Nilum.]qui eſt flumen Aegy-
pti.Tanta enim voracitate ſeu gula inflammat aliquando hominem. [Immundus hic
dæmon recedet poſt cibum,]à nobis ſuperflue ſumptum[& fornicationis ſpiritum mit-
tit nobis,annuncians ei quod factum eſt.]qualiter ſcilicet crapuloſe comedimus. [Et
ait]ſpiritui fornicationis[Apprehende,apprehende,atq; conturba ipſum]hoc eſt,tenta,
impugna ac deijce iſtum guloſe repletum. [Ventre enim repleto & grauato non multo
labore mactabis.] hoc eſt, faciliter eum ad alia vitia pertrahes, ſpiritaliterq́; occides.
[Qui quum veniſſet ſubriſit.]hoc eſt, ſpiritus fornicationis adueniens guloſum deriſit,
quaſi certus quod eum de facili vincet. [Et ligans manus noſtras ac pedes ſomno,]hoc
eſt,à bonis operibus nos per ſomnum impediens,[omnia de cætero quæcunque voluit
C fecit in nobis. Et corpus ac animam fœdauit & ſordidauit phantaſijs & inquinationi-
bus & colluuionibus. Mirum eſt,mentem incorpoream à corpore ſordidatam & tene-
bratam,]hoc eſt, concupiſcentijs & operibus carnis fœdatam & obtenebratam, [vi-
dere iterum repurgatam ac ſubtiliatam,]hoc eſt,ad diuina erectam[per luctum imma-
terialem,]hoc eſt,compũctionem & contritionem internam[Si ſpopondiſti C H R I-
S T O ambulare per viam anguſtam & arctam,reprime ventrem. Iſto enim curato
& ampliato,]hoc eſt,concupiſcentia & educatione ventris non refrenata,ſed aucta,[ir-
ritaſti compoſitiones & fœdera.]hoc eſt,initum fœdus cum deo,& promiſſionem de ri-
goroſe viuendo violaſti.Hinc ſanctus Benedictus ait in Regula: Ante omnia remouea-
tur crapula, vt nunquam ſubrepat monacho indigeries. Quia nihil ſic contrarium eſt
omini Chriſtiano,vt crapula, ſicut ait dominus noſter: Videte ne grauentur corda ve- Lucæ 21
ſtra crapula vel ebrietate.[Excogita, & intende,& audi dicentem:Ampla & ſpatioſa eſt
via ventris]id eſt,immoderantia gulæ[quæ ducit ad fornicationis perditionem,&mul-
ti vadunt per eam. Anguſta eſt porta,] hoc eſt,obſeruatio ieiunij,[& arcta abſtinentiæ Matth. 7
via,quæ ducit in caſtimoniæ vitam, & pauci ingrediuntur per eam. Lucifer qui ruit,eſt
princeps dæmoniorum,& princeps vitiorum eſt gula & ingluuies ventris. Recumbens]
id eſt,ſedens[ad refectionem in menſa alimentorum,affer in medium memoriam mor-
tis atq; iuditij.Et etiam ſic vix impedies modicum vitium,].i.ita agendo vix euades ve-
nialem culpam,quæ refectioni communiter admiſcetur.[Poculum]corporeum[bibens
non ceſſes memorari fellis & aceti Chriſti regis ac domini.] Hoc ſuæ felleæ & acetoſæ
potationis pro nobis in cruce[& penitus abſtinebis à potu,] ſaltem ſuperfluo[aut ſuſpi-

rabis,]ex compaſſione paſſionis dominicæ, & de propria calamitate, [aut ſapere magis D
humile facies].i.profundius teipſum humiliabis,tuamq; abſtinentiam & pœnitentiam
pro nihilo reputabis[ne ſeducaris] periculoſa ſecuritate. [Non enim vtiq; liberaberis à
Pharaone].i.iugo peccati,& ſeruitute diaboli [nec ſupernum paſcha]videlicet Chriſtũ
qui immolatus eſt paſcha noſtrum,ſeu tranſitum tuum ad regnum cœloꝝ[videbis cla-
re per ſpeciẽ[niſi ſemper comedas]interim ſc; omni tempore opportuno [lactucas agre-
ſtes & azima. Lactucæ agreſtes ſunt violentia].i.magnus rigor[ieiunij,labor] exterior,
[dolor]contritionis interior[& ſufferentia maloꝝ].i.aduerſitatum,tentationum & tri-
bulationum. [Azima vero,eſt ſapere non elatum aut inflatũ,].i.humiliter ſentire de ſe-
ipſo [tuæ inſpirationi].i.interiori ſuggeſtioni & cogitationi[cohæret verbum] Pſalmi-
ſtæ[dicentis: Ego aũt cum mihi moleſti eſſent] videlicet dæmones [induebar cilicio, &
humiliaui in ieiunio animã meam, & orõ mea in ſinu meo conuertetur.

## ¶De ieiunio.

IEiunium eſt violentia]id eſt,afflictio dura & conculcatio quædã[naturæ]cui per ieiu-
nium ſubſtrahitur quod naturaliter affectatur[deciſio delectationis gutturis.] Cum
enim abſcidat cibum,abſcidit & delectationem,quæ in cibi ſumptione conſiſtit[reciſio
caloꝝ & concupiſcentiæ]quem calorem diminuit,ſicut & ſanguinem , qui generatur ex E
alimento[ſucciſio cogitationum & intentionũ malarum]quas ſuccidit tripliciter. Pri-
mo,qm̃ ſubſtrahit ventri repletionem, ex qua frequenter gignuntur cogitationes inten-
tionesq; malę.Secundo,quia meretur gratiam reſiſtendi eiſdem. Tertio,quoniam ratio
nem efficit aptam & expeditam ad cogitationes ſynceras,ac rectas intentiones. [Liber-
tas ſomniorum]quia præſeruat ac liberat à ſomnijs fœdis ac grauibus,quæ oriuntur ex
gula,[munditia orationis]ad diſponit ac confert [animæ luminare,]eam nanq; illumi-
nat,& illuminationem meretur ſupernam, [mentis cuſtodia,ſolutio cæcitatis,]quia ab
interiore excæcatione diſſoluit,[porta compunctionis]quæ per ieiunium impetratur &
intrat[ſuſpirium,]nam parit humilem gemitum,& non fictum ad dominum,[contritio
humilis,]quia per ieiunium corpus conteritur,cor quoq; compungitur pœnitentiali do
lore& vtriq; conſolationi admiſcetur conſolatio ſpiritalis.[reſtrictio multiloquij]quẽ-
admodum enim ex gula generatur loquacitas,ita ex ieiunio taciturnitas moderata,[oc-
caſio tranquillitatis]diſponit nanq; ad pectoris pacem,[obedientę cuſtos,& euacuatio
& alleuiatio ſomni,] qui per ſobrietatem minuitur ac leuior redditur[ſanitas corporis,
conciliatio atq; adductio impaſſibilitatis,]quia ad reformationem paſſionum plenariã
non mediocriter cooperatur [remiſſio peccatorum]eſt enim magna pars ſatisfactionis
[porta & deliciæ paradiſi] quoniam ad cœleſtis paradiſi delicias introducit, ſicut & gu- F
la à terreſtri paradiſo eiecit. [Hunc quippe tyrannum , videlicet ventris ingluuiem,ſeu
gulam,qui]tyrannus[eſt præceptor malorum noſtrorum impugnator.] Hoc eſt vitio-
Gene. 3 rum,quæ ſunt noſtri impugnatores[porta vitiorum]quæ ingrediuntur per gulam.[La-
Gene. 25 pſus Adæ]qui manducando de fructu prohibito cecidit[perditio Eſau]qui propter vnã
Nume. 11 eſcam vendidit primogenita ſua[interitus Iſraelitarum,]qui deſiderando eſum carnium
Gene. 9 diuinitus ſunt plagati, [Noe inhoneſtas,] qui ex vino inebriatus nudatus eſt in taber-
Ezech. 16 naculo ſuo, [proditor Gomorræorum,]quia ex ſatietate corruerunt ad ignominioſa fa-
Gen. 19 cinora[Loth querela], i.culpa ipſius Loth,qui ex vini inebriatione deuolutus eſt ad in-
1. Reg. 2 ceſtum,[exterminium filiorum Heli ſacerdotis] qui interfecti fuerunt , qm̃ carnes Deo
oblatas contra dei pręceptũ vſurpauerunt in vſum ſuũ,vt legitur 1. Regũ [manuductor
inquinationũ & cogitationũ malaꝝ]quas continuãdo proſequit. Hunc,inquã,tyrannũ
[ante oĩa magis inueſtigemus vnde gignat,& qui & quales] exceſſus[ſint geniti ex eadẽ
gula,quisve ſit conterens], i.deſtruens eam[& quis ſit perdens eam in finem,]eradican-
do eam totaliter.[Dic nobis ò tyranne oĩm mortaliũ]. i.tu gula,q̃ irrationabiliter impu
gnas ac lædis hoĩes vniuerſos[q oẽs emiſti auro inſatiabilitatis].i.tuæ culpæ iugo & tuę
ſeruitutis obſequio ſubiugaſti cunctos tuæ inſaturabilitatis demerito. [Vnde].i.ex qua
cauſa, ſiue per quẽ modũ [poſſediſti in nobis ingreſſum , & qd naturaliter habes parare
poſt ingreſſum].i.quę vitia gereres in nobis cũ introieris nos, [& qs eſt egreſſus tuus ex
nobis & liberatio] ,i.qualiter valeamus expellere te,& liberari à te. [Ipſa vero ſuper in-
iurijs dolens,]id eſt, gula de inquiſitione hac increpatoria , quæ ei videbitur admodum
iniurioſa



A iniurioſa, indignans , [tyrannice furioſa ac feralis reſpondit ad nos: Quid me deijcitis
improperijs ? ] hoc eſt , cur adeo vituperoſe contemnitis me vos? [exiſtentes mihi
obnoxij,debito]hoc eſt,qui per propriam culpam ſerui mei eſtis affecti,& ſponte ſubieci
ſtis vos meo dño. A quo eñ quis ſuperatus eſt,huius & ſeruus eſt. [Et quomodo feſtina 2 Petri 2
tis ſeparari à me] quæ radicaliter vobis inclauſa ſum. Ideo ſubditur:[Ego quoq; naturę
ſum colligata] hoc eſt,inſeperabiliter adhæreo naturæ per originale peccatum corruptę
quantum ad originem radicalem ſeu fomitem. Naturalis quippe eſt alimentorum appe
titus,& idem ex originali per fomitem eſt corruptus . [Porta mea eſt natura ciborum,]
id eſt,appetibilitas ſeu delectabilitas alimentorum me introducit ac prouocat,& ipſa a-
limenta ſunt materia per quam intro,[conſuetudo vero eſt cauſa meæ inſatiabilitatis.]
Certum eſt quod guloſus ad horam ſatiatur, ſaturatusq; manet ad tempus. Sed conſue
tudo ac repetitio commedendi inſacribilitatem inducit.[Occaſio autem paſſionis,] hoc
eſt,concupiſcentiæ & immoderantiæ meæ[eſt vſus pãticipatus]id eſt,manducatio an-
te congruum tempus præſumpta[& carentia doloris]id eſt,ſalubris compunctionis cõ-
tritionisq; animæ [atq; obliuio mortis] cuius memoria actualis reprimit gulam.[Quo-
niam vero quæritis diſcere,quæ ſint nomina filiorum meorum , dinumerabo ea, & ſup
arenam multiplicabuntur] hoc eſt,plene dinumerari nequibunt. [Attamen audite qui
B ita appellantur dilecti & primogeniti mei . Primogenitus filius meus eſt fornicationis
miniſter]id eſt,venereoꝝ cupido[cui ſecundus eſt duritia cordis. Tertius eſt ſonus] ex-
tra ordinarius atq; ſuperfluus.[Ex me procedunt mare]id eſt, copioſiſſima multitudo,
[cogitationum]carnalium ac turpium imaginationum[fluctus & vndæ inquinationũ]
hoc eſt,abundantia culpabilium fœditatum in oſculis,amplexibus,contactibus & com
mixtionibus lubricis naturalibus tamẽ[profundum quoq; ignotarum, & indicibilium
immunditiarum]hoc eſt,vorago ac ſcelus vitiorum contra naturam. [Filiæ meæ ſunt.
Otioſitas,multiloquium,confidentia de proprijs]viribus[riſus patratio]id eſt,prouoca-
tio aliorum ad riſum,ac proprius riſus ex leuitate & vanitate procedens.[Scurrilitas,cõ-
tradictio ceruicoſa durities] hoc eſt,contumax obduratio cordis[inaudientia,inſenſibi
litas]qua animalis & guloſus homo non ſapit ea quæ dei ſunt[Captiuatio]id eſt,diſtra
ctio mentis ſeu eius redactio in ſeruitute vitiorum ac dæmonis[magnificentia] ſuiipſius
ſeu apparatus magnificus in cibis ac poculis[gloriatio] vana [audatia]quæ in ebrijs ſæ-
pe regnat,quoniam ſua pericula ratione iam obſcurata non penſant[amor mundi, quẽ
conſequitur oratio ſordida]id eſt, diſtractionibus plena, & cogitationibus , affectioni-
busq; mundanis conquinata,[incuruationes cogitationum,] hoc eſt,reflexiones earum
ad propria oblectamenta ac commoda.[Plerunq; vero euentus non expectati & inſpe-
C rati]videlicet læſiones,ruinæ,damna rerum, offenſio amicorum & cognatorum, diſfor-
tunia quoque diuerſa ac improuiſa: Propter quod Salomon loquitur Prouerbiorum vi
ceſimotertio: Cui væ,cuius matri væ,cui rixæ,cui ſine cauſa vulnera,cui ſuffoſſio oculo-
rum,nonne his qui commorantur in viuo,&c. [quos rurſus ſequitur deſperatio crude-
lior]omnibus iam præfixis.[Porro memoria offenſionum & criminum]id eſt,vitiorum
quæ quis incurrit per omiſſionem vel commiſſionem[impugnat me,non tamen vincit]
Recordatio etenim propriarum culparum gulam impugnat ac minuit, ſed non penitus
ſuperat eam.[Intenta autem meditatio mortis,& vltimi exitus inimicatur mihi ex toto]
id eſt,valde me deijcit,ſimiliter intenta meditatio diuini iudicij ac futuri ſupplicij.[Nihil
vero eſt me euacuans & perfecte in omnibus deſtruens] quamuis enim ad tempus actu-
aliter ſuperetur,tamen radicaliter manet [qui poſſidet paracletum] id eſt, ſpiritum ſan-
ctum habet[interpellat contra me]deprecans ſibi dari virtutem aduerſus me[& ille]vi-
delicet,ſpiritus ſanctus [ex oratus] deuote à viro virtuoſo[non finit me vitioſe operari]
ſed per gratiam ſuam me tenet ligatum ita quod hominem talem ſuperate non valeo,
ſaltem ad mortale peccatum trahendo,quamuis interdum venialiter excedat in cibo ac
potu. [Qui enim ſunt ſine guſtu illius] hoc eſt , qui ſpirituali conſolatione & guſtu in-
terno diuinæ dulcedinis carent, [quærunt penitus & delectari per meam dulcedinem,]
id eſt, conſolationem quærunt carnalem in cibo & potu , homo quippe naturaliter
appetit delectari , ideo qui in ſpiritualibus non lætatur, in carnalibus oblectari co-
natur.

 ¶De gradu

¶De gradu decimoquinto,ſcilicet,de corruptibili caſtitate & temperantia ex ſudoribus atq; laboribus acquiſita. Articulus XXIII. D

AVdiuimus inſaniam].i.inſanam & irrationabilem gulam[nunc]in capitulo præce-
denti[dicẽtem,eius eſſe genitum,ad corpora pugnam] hoc eſt,quod impugnatio
ad corporalem commixtionem. Et mirum non eſt,Docet enim hoc & antiquus ille no-
ſter progenitor Adam,ſeu fornicatio ſit filius eius.[Niſi enim virtus fuiſſet à ventre]hoc
eſt,à gula[nec coniugem quid erat cognouiſſet]hoc eſt,non habuiſſet appetitum libidi-
noſum ac carnis pruritum ad Euam,nec cognouiſſet per talem effectum,quod ipſa exti-
tit nuda. Per originalem enim iuſtitiam præſeruabantur à tali exceſſu ante tranſgreſſio-
nem diuini præcepti. [Igitur primum mandatũ ſeruantes]quod eſt de gula,vitanda &
ſobrietate ſeruanda[ſecunda tranſgreſſione non corruũt]hoc eſt,fornicationem ex gu
la naſcentem non incidunt[ſed manent filij Adam].i.cum ſequuntur quantum ad inte-
gritatem virtutum quam habuit ante tranſgreſſionem[non cognoſcentes]per experien-
tiam propriæ culpę ſeu concupiſcentiæ vitioſę[quid erat Adam].i.q̄lis factus eſt ꝑ pctm̄
Philip. 3 quamuis hoc ſciant per nudam noticiam,qua etiam Adam & Eua ante peccatum ſuum
ſciuerunt ſe eſſe nudos[ſed paulominus ab angelis ſunt minorati]quia per gratiam ma
gnam & caſtitatis ſynceritatem habent conformitatem grandem cum angelis,ita quod
dicere poſſunt. Noſtra conuerſatio in cœlis eſt.[Et iſtud]ſic factum eſt[vt malum]culpę E
[in poſteris non maneret nec eſſet immortale]ſed potius deleretur vacando virtutibus,
quibus Adam fuit ante ruinam ſuam ornatus [vt ait Theologiæ nomine nuncupatus,]
Pſalm. 75 id eſt,Gregorius Nazianzenus qui vocatus eſt Theologus Gregorius,fuitq; tãtę autho
ritatis ſecundum Hieronymum,quod nullus fuit auſus eum vnquam negare.[Caſtitas
Ecci 26 eſt naturæ incorporeæ appropriatio]hoc eſt,proprietas angelorum quibus competit ex
natura.[Caſtitas eſt domus amabilis Ieſu Chriſti.] Sicut enim in pace,ita in caſtitate fa
ctus eſt locus eius. In caſtitate equidem habitet dominus. Omnis nanq; ponderatio non
eſt digna continentis animæ.[Caſtitas quoq; eſt ſcutum cordis ſuperterreſtre]id eſt,ſcu
tum cœleſte per quod anima auertit & repellit à ſe tela libidinis,concupiſcentias carnis,
imo & innumeris reſiſtit peccatis,quibus homo non armatus hoc ſcuto læditur ac ſuccũ
bit.[Caſtitas eſt abnegatio naturæ humanæ] cui naturale eſt ſibi ſimile generare[ſuper-
naturalis & ſupergloria.]Dicitur itaq; caſtitas abnegatio,id eſt,ſuperatio naturæ, ſeu
virtus qua negatur naturæ quod ei cõnaturale eſt valde. Quæ abnegatio eſt ſupernatu-
ralis,quoniam fit ſupernaturali adiutorio gratiæ dei,& caſtitas iſta eſt virtus infuſa. Et
quoq; ſupergloriosa,hoc eſt,valde præclara atq; ſupernaturalis beatitudinis meritoria.
Et vere eſt[ſupermirabilis cohortatio corporis corruptibilis ac mortalis,ad incorpore-
os ſpiritus]hoc eſt,caſtitas eſt virtus,qua corpus noſtrum ſupernaturaliter admonemus F
vt ſe angelicæ puritati quantum poſſibile eſt,conformet: quatenus ad participationem
cœleſtis beatitudinis perducatur,in qua non nubent neq; nubentur. [Caſtus eſt qui re-
Matth. 22 percutiens extinguit amorem,& concupiſcentiam,amore & concupiſcentia,& ignem, i-
gne immateriali.] Amorem nanq; carnalem & concupiſcentiam ſenſualem repercutit
& extinguit amore diuino,& concupiſcentia ſpiritali,de qua fertur. Concupiſcit & defi-
cit anima mea in atria domini. Itemq;: Concupiſcentia ſapientiæ deducet ad regnũ per-
Pſalm. 83 petuum. Sed & ignem libidinis extinguit igne ſanctæ dilectionis, aut etiam conſiderati-
Sapien. 6 one ignis gehennæ.[Continentia eſt vniuerſalis virtutum omnium cognominatio,] id
eſt,commune nomen omnis virtutis. Omnis etenim virtus eſt continentia quędam,qua
vicia ei oppoſita refrenãtur,& virtuoſus ſub dei voluntate ac lege ſe continet ſeu conſer
uat.[Continens & caſtus eſt,qui in ipſis ſomnijs nullum ſentit motum aut commutatio
nem]id eſt,alterationem[præexiſtentis conſiſtentiæ in ſeipſo.]hoc eſt,ex aliquo actu,co
gitatu,affectu,aut verbo,quæ tempore vigilię ante fuerunt in ipſo. Hinc in collationibus
patrum aſſeritur,quod ſtimulari aut inquinari in ſomno,eſt ſignum concupiſcentiæ non
dum ad plenum edomitæ & extinctæ,caſtitatiſq; imperfectæ. Continens & temperatus
eſt,qui poſſidet ſemper perfectam inſenſibilitatem ſuper differentia corporum] hoc eſt,
qui ad nullum corpus qualitercunq; diſpoſitum ab alijs ve diſtinctum,inordinate affici-
tur,ſenſualiterq; mouetur.[Iſte eſt canon] id eſt,regula [perfectæ atq; caſtiſſimæ caſtita-
tis, æque ſimiliter adiacere].i.ſe habere & affici ad aĩata & inanimata, rationabilia atq;
irratio-



A irrationabilia corpora]quantum ad hoc quod nullum eorum ametur inordinate,ſed ſe
cundum duntaxat. Verumtamen corpora humana aliter ſunt amanda quàm inanima-
ta & irrationabilia corpora,quia ex charitate ſunt diligenda nequantum ſunt aliquomo
do beatitudinis ſuſceptiua,ſicut in libro de doctrina Chriſtiana edocet Aguſtinus.[Ne
mo obtinentium caſtitatem ſibijpſi imputet eius paſſionem]hoc eſt,nullus veraciter ca-
ſtus,caſtitatem ſuam aſſcribat viribus ſuis aut principaliter proprijs meritis. [Nimi-
rum,quia quod quis vincat ſuam naturam,non eſt vtiq; ex contingentibus].i. non eſt
de numero fortuitorum effectuum,aut ex naturali potentia euenientium [aut ſuſcipien
tium virtus] id eſt,non eſt induſtria aut poteſtas eorum qui caſtitatem hanc ſortiuntur.
[Vbi facta eſt naturę victoria]hoc eſt,vbi paſſiones & concupiſcentiæ voluntasque pro
pria virtutibus ſunt ſubiectæ[ibi cognoſcitur aduentus eius,quæ ſupernaturalis eſt].i.
gratioſa viſitatio ſpiritus ſancti,qui omnẽ naturam excedit agnoſcitur aduenisſe in ho-
mine taliter reformato.[Nam abſq; omni contradictione quod minus eſt à maiore be- Hebræ. 7
nedicetur] ſecundum apoſtolum ad Hebræos,ſic enim & homo qui eſt inferior deo,be-
nedicetur,reformatur,& ſanctificatur ab eo.[Principium caſtitatis non conſentiens co-
gitatio,] hoc eſt,primus caſtitatis gradus eſt non conſentire ſuggeſtioni aut tentationi
B carnali[& præter idolum ex temporibus reſperſio].i.pollutio nocturna in ſomno facta
per temporum interualla abſq; imagine concupiſcibilium rerum. [Medium].i.ſecun-
dus gradus[caſtitatis]ſunt[motus exiſtentes ex multitudine alimentorum abſq; ſpecie
bus rerum,videlicet, ſine præuia inſpectione,imaginatione aut cogitatione obiectorum
(qui)motus[ſunt liberi à reſponſione colluuionis]hoc eſt,immunes à ſeminis effuſione
quacunque.[Finis vero]id eſt,perfectio & tertius gradus caſtitatis[mortificatio corpo-
ris]à carnalibus motibus[præmortuis cogitationibus] hoc eſt, cogitationibus primo
mortificatis ab illicitis affectibus ac cæteris culpis,quæ cogitationibus ſolent miſceri.
[Beatus vero eſt,qui poſſidet inſenſibilitatem perfectam]id eſt,plenam à carnali affectu
ac motu immunitatem ac puritatem [in ſpecie omnis ſubſtantiæ,colori pulchritudine,
& temporum viciſſitudine]id eſt,quicquid aſpexerit cuiuſcunq; caloris ſiue decoris ſit,
& quocunq; tempore iſtud contigerit. [Non qui lutum abſq; ſorde cuſtodit caſtus eſt]
id eſt, is qui corpus ſuum ab inquinamento exteriori præſeruat duntaxat,caſtus non re-
putatur[ſed membra corporis perfecte ſupponit ac ſubijcit animæ,] id eſt, rectę rationis
iudicio. Iuxta illud Apoſtoli Romanorum ſexto: Exhibete membra veſtra ſeruire iu- Roma. 6
ſtitiæ ſanctificationem. Talis nanq; inordinatos concupiſcentiæ motus extirpat. [Ma-
gnus quippe eſt qui in tactu impaſſibilis permanet] hoc eſt,ex contactu ſeu palpatione
carnis non ſtimulatur nec praue afficitur[Maior vero eſt,qui manet impercuſſus in aſpe
ctu]id eſt,ex inſpectione carnalis obiecti non læditur[& inuictus vincit]motus inordi-
C natos [aſpectu ignis]id eſt,conſideratione infernalis incendij [atq; intenta meditatio-
ne pulchritudinis ſupernorum]hoc eſt,diligenti contemplatione & amore ſpecioſitatis
regni cœleſtis ac ciuium eius, præſertim ſupergloriosiſſimi & ſuperpulcherrimi dei. Iu- Pſalm. 26
xta quod ſcriptum eſt. Domine dilexi decorem domus tuæ: Et Quemadmodum deſide Pſalm. 41
rat ceruus ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te deus. [Qui oratione car-
nem expellit] id eſt,carnalia deſideria abijcit orando[comparatur certanti cum leone.]
quemadmodum enim prælians contra leonem vehementer laborat, ita qui virtute aſſi-
duæ orationis carnem reſtringit grandem habet interiorem conatum. [Qui vero hanc
contradictionibus retro vertit]hoc eſt, qui eſt tantæ caſtimoniæ ac virtutis, vt ſolo diſ-
ſenſu ac reprobatione cogitationis & affectionis illicitæ, reijciat ſuggeſtiones & motus
carnales, comparatur [perſequenti aduerſarium ſuum.] Nam ſicut perſequens talis eſt
hoſte ſuo valde robuſtior,ita & iſte virtute caſtimoniæ ſuæ dominatur ac præualet mo-
tioni ac cõcupiſcẽtiæ carnis.[Qui aũt ex toto ſpernit huius inſultũ]hoc eſt,motũ & ſug
geſtionẽ carnis tã plenariæ deſpicit,ꝙ eis nullũ locũ, immorantiã aut aduertentiã ꝓbet,
ſed ꝓtinus ſe auertit ab eis,ad ſalutariã ſe cõuertens[q̄uis in carne degat,attñ ex loculo re
ſurrexit]hoc eſt, de ſepulchro & foueo carnalitatis,conſurrexit cum Chriſto, eſtq; vnus
eorum quibus loquitur Paulus. Vos autem in carne non eſtis,ſed in ſpiritu. [ſi]pro quia 1. Cor. 10
[iſtud eſt verę caſtitatis argumentum] id eſt, perfectæ caſtimoniæ ſignum, [immobi-
lem eſſe in phantaſmatibus ſomniorum] hoc eſt, nequaquam alterari aut inquinari in
ſomno

ſumno ex imaginationibus occurrentium ſpecierū, eo ꝙ tantus ſit caſtimoniæ vigor & efficatia, vt in ſomno quoq; operietur ac reprimat ſenſualitatē. [Iſta eſt penitus terminatio]. i. conſummatio & ſumma corruptio [luxuriæ, vigilantē ſuſtinere fluxum in cogitationibus] hoc eſt, ex ſola apprehenſione libidinoſa carnalis obiecti. [Nam qui cum ſudoribus & laboribus pugnat, cū aduerſario iſto]. i. cū exterioribus & fatigationibus conatur carnem domare [cōparatur effuganti inimicum ſuū cū brulla.] Talis eñ magis laborat, & tñ proficit minus. [Qui vero cū abſtinentia & vigilijs] cōtra proprium corpus pugnat [comparatur ei qui aggreditur inimicū cum claua.] Nam ſicut cū claua aduerſarius grauiter vulneratur ac debilitatur, ita ꝑ abſtinentias & vigilias ſacras, caro nō mediocriter refrenatur. Quemadmodum ſcriptum eſt. Vigilia honeſtatis tabefacit corpus. [Qui vero per humilitatem & iraſcibilitatem]. i. manſuetudinē plenā [& ſitim] corporalem aut ſpiritualē quæ eſt deſiderium feruens ad bona, dimicat contra corpus ſuū & cōcupiſcentias paſſionesq; ſenſuales [comparatur interficienti aduerſariū pugnatorē, & occultanti eundem in ſabulo.] Paſſiones nanq; & vitia carnis per humilitatē, manſuetudinem, præfatamq; ſitim prorſus vincuntur. [Sabulum humilitatem intellige. Non eñ eſt paſcua vitiorū] directe [ſed eſt terra & cinis]. i. terræ & cineri comparatur humilitas, quærendo iugiter infimum locum: & eum cui ineſt facit recognoſcere ꝙ ſit terra cuiuſq;. [Alius eſt qui tyrannum]. i. impetuoſum paſſionis ſeu vitij motū [tenet ligatum] hoc eſt, ab effectu vitioſo refrenatum & rationi ſubiectū, [ex agonibus]. i. per exercitia laborioſa. [Alius] eſt (qui) tenet eum ligatū [ex humilitate.] Iſte eñ eſt perfectior præcedente. [Alius] quoq; qui tenet illum ligatum [ex reuelatione diuina] hoc eſt, ex vigore illuminationis ſibi deſuper factæ, & ex conſolatione atq; ſapore interno ſpiritus ſancti, ſiue ex reuelatione diuina, id eſt, peruenienti ac gratioſiſſima ſubuentione altiſſimi. [Et primus] horum triū [comparatur lucifero] qui eſt ſtella præſplendida [ſecundus] comparatur [magnæ]. i. plenæ [lunæ, tertius aūt ſoli fulgenti.] Nam tertius iſte plus habet de luce gratiæ & ſplendore virtutum, quam alij duo: ſecundus quoq; plus habet quam primus. [Vtriq; autem]. i. omnes hi tres, præſertim ſecundus & tertius [conuerſationem habent in cœlis Nempe ex ſplendore auroræ lux, ex luce vero ortus eſt ſol] hoc eſt, poſt ſplēdorem auroræ, fulget clarior lux diei, poſt quam incipit ſol videri, & lux meridiana clariſſima micat. [Ita & ſuper præfatis eſt intelligere ac inuenire]. i. conformiter intelligendum eſt ꝙ nūc dictum eſt, de his tribus quantū ad gradum ac ordinem gratię & virtutū in eis. A primo eteñ gradu, quo tyrannus tenetur ligatus ex agonibus ſeu laboribus, pertingitur ad ſecundum, & à ſecundo ad tertium. [Simulat vulpis ſomnū, dęmon vero & corpus ſimulāt caſtitatē] hoc eſt, vulpis ſe fingit dormire, diabolus quoq; ſuggerit homini vt arbitretur ſe caſtum, imo & ceſſat quandoq; hominem impugnare de ſtimulo carnis, vt homo exiſtimet ſe ſtimulum iſtum viciſſe. Corpus vero quando ad tempus non ſtimulatur, neq; in ſomno polluitur, materialiter iſtud ſuadet ac ſimulat, ſed illa, vtpote vulpis ſimulat ſomnum, vt aues ſeducat.] Aues quippe vulpem mortuum eſſe, aut dormire putantes, ſuꝑ eum deſcendunt, ac capiuntur ac deuorantur à vulpe [iſti vero vt animam perdāt] id eſt, dæmon & corpus ſimulant caſtitatem, vt animam trahant ad falſam ęſtimationem præfatam, atq; ad periculoſam ſecuritatē. [Ne credas luto carnis]. i. carni tuæ lutoſæ immundę [in oī vita tua, & non cōfidas in ea] ꝙ ſc;, habeat caſtitatē plenariā, nec amplius cōtra ſpiritum concupiſcere queat [donec obuiaueris Chriſto Ieſu] quod erit in die iudicij tui, quo ex diuina ſententia ſcies certiſſime qualis fuiſti. [Noli confidere, ex abſtinentia tua cadere te nō poſſe. Nihil eñ quis edens, hoc eſt, diabolus nunq̄ manducans [e cœlo proiectus eſt] & ita corruit elatione ac loco [Quidam ſcientes]. i. eruditi [bene diffinientes abrenunciationem, dicunt eam eſſe inimicitiam ad corpus, & pugnā ad ventrē.] Abrenunciatio nāq; reqrit, vt homo in exercitijs pœnitentię obſeruātijs regularibus corpus ſuum affligat aſſidue, & concupiſcentijs ventris acriter prælietur, ſicq; abrenunciatio inimica eſt deſiderijs carnis. [Et quidem in introducendis, qui ſunt corporis lapſus, vt plurimum ex delitijs naturaliter fieri habent] hoc eſt, lapſus ſeu vitia carnis quæ contingunt in incipientibus cōmuniter oriuntur & naturaliter fieri ſolēt ex refectionibus delicatis. Vel ex delitiarum amore impuro, quo cupiunt delectabilia carni. [In medijs vero ex alti [ſapere elatione, hoc eſt, in proficientibus oriuntur ex ſpiritali ſuperbia, qua ſublimiter ac fallaci-

D

Eccl 33

E

F



A fallaciter ſentiunt de ſeipſis, cuius demerito relinquunt à deo, ita vt corruant in aperta ac fœda peccata, ſicque propriam infirmitatem & vitioſitatem agnoſcant. [Sed & hoc ſimiliter in introducendis] id eſt, incipientes quoque ex tali elatione aliquando corruunt ad peccata carnalia. [In his autem qui propinquauerunt perfectioni, contingit huiuſmodi lapſus ex eo termino] id eſt, qua deuenerunt ad hoc [quod proximum iudicent] temerarie & iniuſte. [Quidam naturaliter beatificauerunt eunuchos natos tāquam redemptos à tyrannide corporis]. i. ſtimulo carnis [at ego beatificaui quotidianos eunuchos] eos, vc;, quoniam in die cōcupiſcentiam & pruritum carnis impugnant, abſcindunt, & vincunt [qui tales habet] hoc eſt, quibus incumbit [cogitatione tanq̄ gladio recidere ſibiipſis extremam naturam]. i. genitalia quæ ſunt quaſi totius corporis cauda ſecundū Albertū Quæ debent ſibi ſpiritaliter amputare per bonas cogitationes, meditationes, orōnes, extirpando cogitatiões immundas, affectus laſciuos, & vſum membrorum illorum illicitū vt ſint de quibus in Euangelio legitur. Sunt eunuchi qui caſtrauerunt ſeipſos propter regnum dei. [Vidi quoſdam non voluntarie cadentes.] Non voluntarie cadere perhibentur, qui ex ignorantia aut paſſionis ſeu concupiſcentiæ vehementia peccant. In quibus tamen eſt aliquid de voluntario mixtum, alioquin non peccarent: cum omne peccatum ſit aliquo modo voluntarium. [Et vidi quoſdam volentes voluntarie, ſed nequeuntes.]

Matth. 19

B Tales ſunt qui cupiunt ſe vlciſci aut fornicari, ſed nequeunt opere adimplere ex defectu potentiæ ſuæ materiæ, [quos dixi miſerabiliores cadentibus quotidie,] hoc eſt, priores his qui peccant omni die non voluntarie. Primo, qm̄ grauior eſt culpa ipſorum & inexcuſabiliores exiſtunt, qm̄ ex deliberatione ac certa ſcientia optant peccare, & talis voluntas reputatur pro ope. Secundo, qm̄ abſq; opere ac reali delectatione incidūt in reatū & pœnā operis ac prauæ delectationis [tanq̄ à diſſuauitate fœtoris nō poterant compeſci]. i. à mala ſuauitate actus obſcœni non volebant, nec facili conatu valebant ſe refrenare. Vel ſi legatur vt aliq textus habent, tanq̄ qui à diſſuauitate fetoris non poterāt cōcupiſci, ſenſus eſt: ꝙ ipſi non valebāt imo potius nō volebant cōcupiſcere diſſuauitatē fetoris. i. amaritudinē fetori vitiorū cōtrariā vtpote acerbitatē contritiōis pœnitentiæ ꝗq; rigorē. [Miſerabilis eſt qui cadit] peccando eñ ſit miſer & condolendū eſt ei cum lædat ſeipſm, [ſed miſerabilior eſt]. i. infelicior atq; deterior [qui hoc alteri conciliat]. i. alium ad peccādum inducit [quoniam ſuſtinet pōdus lapſuum & criminum duorum, & delectatiōis & concupiſcentiæ alterius] hoc eſt, tam proprium quā alterius peccatum ei imputatur. [Ne velis verborum iuſtificationibus & contradictionibus, repercutere & retrouertere dæmonē fornicationis] hoc eſt, noli putare, ꝙ ſpiritum fornicationis vincere & reijcere poſſis contra ipſum argumentando, eumq; verbis ſolūmodo reprobādo [eo ꝙ ille rationabilia poſſidet] hoc eſt, motiua & argumenta quæ rationabilia eſſe videntur habeat ac

C proponat [ſicut naturaliter nos impugnans]. i. tanq̄ nos tentans de his ad quæ naturaliter proni ſumus. Idcirco ex tali argumentatione & ex iuſtificatione tuæ partis cōcupiſcētia magis accenderetur, cōſiderando venerea & naturā, ꝓprietatē ac voluptatē eorū. Melius ergo vincitur ſpiritus fornicationis ꝑ hoc, ꝙ homo oīno auertit ſe à ſuggeſtione, conſideratione ac memoria venereorū, & conuertendo ſe ad cōſiderationē eorū q̄ compunctionem, timoreq; pariunt. [Qui ſuā carnē vult expugnare & vincere ex ſeipſo]. i. ꝓprijs viribus [currit in vanū. Niſi eñ dñs diſſoluerit & deſtruxerit domū carnis]. i. carnaliū deſiderioꝝ congeriē & machinā actuū malignorū [& ædificauerit domū aīæ] hoc eſt, virtutum ſtructurā mente [in vanū vigilat & ieiunat qui vult diſſoluere] domū vitiorū ꝓpria poteſtate. [Repræſenta & pone coram deo infirmitatem naturæ & canis tuæ, recognoſcendo totaliter impotentiam propriam domum caſtitatis inſenſibiliter eſſe à deo] iuxta quod ſcriptum eſt. Nemo poteſt eſſe continens niſi deus det. [Eſt enim in libidinoſis ſenſus cuiuſdam concupiſcentiæ corporum.] hoc eſt, ſenſibibis perceptio concupiſcentiæ ſenſualis, & pruritas carnalis [quemadmodum mihi narrauit quidam ipſorum in experientia factus poſt euigilantiam ſobriam] hoc eſt. Quidam qui fuit huius rei veritatem in ſeipſo expertus, qui poſtquā ab illa paſſione ac tentatione perductus eſt ad mentis ſobrietatem euigilantiamq; prudentem retulit mihi hæc. [Et ſpiritus non erubeſcens,] vc;, dæmon fornicationis irreuerens]. i. deum inhonorans cuius templū incendit, aīam fidelem male inflāmans [crudelis & inhumanus, infidēs ſenſui cordis]. i. interiori cogitatiōi ſeu

Sapien. 8

ſeu præceptioni immundæ ac lubricæ[irreuerenter,qui præparat illum qui impugnatur D
etiam ſentire dolorem corporei cordis in ſimilitudinem fornacis ignis.]hoc eſt,Dęmon
iſte conatur eũ quem tẽtat tanto ardore libidinis inflãmare,vt ſenſibiliter affligatur hac
concupiſcentiæ flãma,quaſi ab igne fornacis ardentis. Porro cor quãdoq; accipitur pro
intellectiua parte animæ,vtpote pro intellectu aut voluntate,& hoc eſt incorporeum,in
terdum vero accipitur pro certa corporis parte quæ eſt fons caloris & vitæ ſenſibilis, de
quo ait Philoſophus,quod ſit primũ viuens in animali,& vltimũ moriens. Quod vtiq;
piæ amoris carnalis & concupiſcentiæ ac ardoris magnitudine grauiter in libidinoſis q-
buſdam torquetur.[Nempe deum nõ timet]qui tam vehementiſſime eſt accenſus libidi
ne[memoriam pœnæ æternę quaſi nihil contemnit,orationem abominatur,oſſa mortu
orum quaſi lapides inanimatos] ita ꝙ eorum aſpectu nequaq̃ compungitur,intantũ ra-
tio abſorbetur vehementia paſſionum,& importunitate tentationũ[etiam in ipſa acti-
one]carnali[fere conſummata]hoc eſt,quaſi ad opus perducta[facit amentem huius pa
tientiam & excedentem].i. hominem paſſione quaſi deuictum,qui impugnationẽ hanc
ſuſtinet,& pie ea quaſi à ſeipſo alienatur atq; excedit.[Hunc]inquam diabolus[facit eſſe
inebriatum indeſinenti concupiſcentia,rationalis & irrationalis ſubſtantiæ]hoc eſt,ani
mæ & corporis.Sic eñ tentauit diabolus etiam quoſdam innocentes ac ſanctos, & bea-
tiſſimum patrem Benedictum in adoleſcentia ſua,ita quod pene decreuit relinquere ere- E
mum. Poteſt enim diabolus quando permittitur ſanguinem excitare,lumbos & latera
inflammare,ſuggeſtiones & imaginationes fœdas proponere & augere.[Cuius dies ni-
ſi fuiſſent breuiati,non fieret ſalua omnis caro]hoc eſt,niſi deus talem tentationem cito
releuaret ac tolleret,qui ſuſtinent eam deficerent,[luto iſto complexionata].i. eo quod
caro noſtra cõplexionata ſit ac veſtita[ex ſanguine & ſordido limo.]Nec mirum, quo-
niam omne quod factum eſt inſatiabiliter].i.iugiter ex ſua natura[cõcupiſcit] actu vel
potentia [ſuam cognationem].i.ſimile ſibi in natura,vtpote, [ſanguis ſanguinem, ver-
mis vermem,limus limum,ergo & caro carnem] quemadmodum ſcriptum eſt: Omne
Eccl 13 animal diligit ſimile ſibi,ſic & omnis homo proximũ ſuum. Omnis caro ad ſibi ſimilem
coniungetur,& omnis homo ſimili ſibi ſociabitur. [licet nos qui ſumus violentares na-
turæ].i.propriæ ſenſualitatis victores quodãmodo violenti[& concupitores regni cœ-
leſtis]quod vim patitur,atq; à violentis diripitur[experiamur ſeductorem] puta diabo-
Matth. 11 lum,ſeducere aliquos quibuſdã circumuentionibus & aſtutijs.[Quos eñ ſeducere neq̃t
per euidentia mala,conatur deijcere per apparentia bona,& per talia quæ ſub ſpecie bo
ni proponit multos euertit.[Non experti pugnam præfatam beati ſunt] quantũ ad hoc
& cæteris paribus beatiores q̃ experti eandem.[Nos quoque oremus redimi plene à tali
experientia eius]videlicet, ab experientia propriæ deiectionis & ruinæ per ipſam. Atta- F
men eam experiri ſine conſenſu non eſt ita horrendum. [Qui eñ lubricauerunt ruentes
in foueam præfatam] hoc eſt,in conſenſum aut opus prædictæ tentationis carnalis ar-
dentiſſime,& quaſi totaliter prædominantis [longe remoti ſunt & prolapſi ab aſcenden
tibus & deſcendentibus in ſcala virtutum]in qua per actus virtutũ theologicarꝫ aſcendi
tur ad dei intuitum ac amorem,atq; per actus charitatis fraternæ & pietatis ac obedien-
tię ad proximorum ſubuentionem deſcenditur. [Porro ad reſurgendũ de fouea illa in-
digent ſudoribus,doloribus,afflictionibus,famæ & penuria ſuperſuma].i. maxima pau
pertate ſaltem per auerſionem mentis à rebus carnalibus ac terrenis, ne ſi rurſus ſe deli-
cate nutriuerint tentẽtur,vt prius. Veruntamen deus interdũ miſericordiſſime præuenit
& compungit ac releuat tales à fouea tantæ ruinæ.[Intendamus qualiter ab inimicis no
ſtris intellectualibus]puta dæmonibus[vnuſquiſq; eorꝫ ordiatur].i. incipiat [exeq con-
tra nos aliquam ꝓpriam cõmiſſionem].i.impugnationem per quã ipſe ſpecialiter tẽtat,
[quemadmodũ ſit inſenſibili prælio in ipſa acie,& bello]in quo vnuſquiſq; viſibiliũ ho-
ſtium conatur lædere aduerſarium,ꝓprijs armis ſpecialive modo iuxta artem ſiue indu-
ſtriam ſuam. Vnde quilibet dæmonum iuxta ſuam maleuolentiam, verſutiam, commiſ
ſionem,aut deputationem ſibi factam à principe ſuo,impugnat & lædere nos molitur,
& diuerſi de diuerſis vitijs tentant.Nam & ordo quidam in dæmonibus manſit. Quod
mirum eſt,ſuperſignans]hoc eſt,diligentiſſime intuens [notaui in tentatis, & vidi caſus
caſibus crudeliores]ita ꝙ de vitijs minorib.ad enormiora dilapſi ſunt,qa de priorib. vi-
tijs ſtatim nõ pœnituerunt. [Qui habet mentẽ audiendi audiat] .i. ſapienter iſta adure-
tat,&



A tat,& ad ſuam inſtructionem eam conuertat. [Dæmon ſolicitus eſt cõmouere & exer-
cere omnem impetum ſuũ,feſtinantiam,induſtriam,verſutiam,circumuenientiã & con-
ſpirationem,maxime & agonizantibus].i.virtuoſe contra peccata pugnantibus[& mo
naſticam vitã exequẽtibus:magis vero ſolicitus eſt cõmouere in eis plures motus in his,
quæ ſunt præter naturam,& nõ in his quæ ſunt ſecundum naturã]hoc eſt,in vitijs inna-
turalibus ac ignominioſis[& parat].i.diſponit ac nitit[ipſos hinc]hoc eſt,de vitijs iſtis
innaturalibus[amplius impugnare. Vnde & quidam plerunq; degentes cum fœmina ex
hoc non impugnantur concupiſcentia]vitioſa[nec inducuntur in cogitationum tentati
onem]ita ꝙ nec turpiter de fœmina cogitant[qua ex re ipſi miſerabiles beatificauerunt
ſeipſos]ſe extollendo atq; de ſuis quaſi viribus inaniter gloriando [ignorantes quia vbi
maior interitus]vtpote ruina in peccata præter naturã[ibi non opus minoris cuſtodiæ]
.i.neceſſe non eſt vt homo talibus grauioribus vitijs implicatus, cuſtodiat ſe à minori-
bus culpis quæ ſunt ſecundũ naturã, qa de illis diabolus eũ non tentat,vt in maioribus
eũ detineat captũ[Puto ꝙ iſtis diabolus duabus de cauſis homicidæ & facinoroſi] hoc
eſt indurati diaboli animarum interfectores [cõſueuerunt impugnare & debellare nos
miſerandos in his quæ ſunt contra naturam]primo,quia vbiq; inueniunt materiam ta-
B lis facinoris,ideo ſubditur[ſicut inuenire valentes vbiq; materiam]talis lapſus qui exer-
cetur in propriam alienamq; carnem. Secundo, qm̃ vitia illa ſunt grauiora,idcirco ſub-
iungitur[& ſicut qui ſuſcepturi ſumus & poſſeſſuri inde maiorem punitionem ac pęnã.
Nouit quod dictum eſt]per exprientiam proprij caſus[primo quidem adducẽs onagros
& conuertens:tandem vero ab onagris ſylueſtribus miſerande euerſus & illuſus.] Hic
breuiter tangitur in quarto libro Vitas patrum plenius recitatur, de quodam iuuene mo
nacho tam virtuoſo,quod ad eius imperium onagri veniebant & fratribus miniſtrabãt.
Quod cum beatiſſimus pater Anthonius audiſſet loquutus eſt. Videtur mihi mona-
chus iſte ſimilis eſſe naui omni bono onuſtæ de qua incertum eſt, ad quem ſinem deue-
niet.Nam & monachus ille poſt modicum tẽpus in graue corruit crimen,& ſicut hic inſi
nuari videtur,in vitium contra naturam. Itaq; monachus iſte primo adduxit onagros
præcipiendo eis vt venirent,deinde eos conuertit.i. præcipiendo abire fecit, [& cœleſti
pane nutritus,vltimo eſt priuatus hoc bono.]Certum eſt autẽ,quod monachus ille tem
pore ſuæ perfectionis reficiebatur ſpiritualiter pane cœleſti, an vero etiam corporaliter,
latet me. Nou enim de ipſo hoc legitur libro præallegato.[Hoc quoq; mirabilius eſt,qa
magiſter noſter Anthonius amare dolens] de lapſu monachi memorati[dixit poſt pœ-
nitẽtiam eius.Magna columna eccleſiæ cecidit.]Cum eñ quidam fratres ad glorioſum
patrem noſtrum Anthonium tranſeuntes vidiſſent monachum iam præfatũ ſuper mat
tam ſuam ſedentem,& peccatum ſuum grauiter deplorantem,dixit ad fratres illos.Dici
C te ſeni,puta Anthonio,vt oret pro me quatenus decẽ dies concedantur mihi ad pœniten
dum.Quibus auditis luxit ſanctus pater Anthonius extrahens proprios crines,& præin
ducta proferens verba.Porro monachus ille poſt quinq; dies defunctus eſt[Abſcondit
vero maneriem ſapiens]hoc eſt,abbas Anthonius omni ſapientia decoratus non expreſ
ſit modum aut ſpeciem peccati monachi ante dicti.[Nouerat nanq;] ſanctus, innocens,
virgineuſq; Anthonius[fornicationẽ eſſe corporaliter,& præter corpus alterius]hoc eſt
contra naturam & ſecundum naturã aliqñ fieri.[Eſt quædam in nobis mors & perditio
lapſus nobiſcum & in nobis ſemper ſimul circumlata,& maxime in iuuentute, quã ego
ſcripto tradere non præſumpſi. Continuit eñ manũ meã]à deſcriptione & noĩatione vi
tij huius[qui dixit]vc;,Paulus apoſt.[Quæ eñ in occulto ſiunt à qbuſdã turpe eſt dice- Ephe. 5
re & audire.]Si ergo author ſcelus nõ exprimit ꝓpter verbũ apoſtoli,nec ego illud expri
mere debeo. Veruntñ ꝟba textus iſtius ſunt ſane intelligẽda. Nõ eñ vult dicere ꝙ mors
ſeu perditio huius ruinæ inſit actualiter atq; realiter oĩbus nobis:ſed aſſerit iſta in ꝑſona
eorꝫ,qbus inhæret,& qui eã ſemꝑ circũferunt ſecum,ꝑſertim in iuuẽtute. Vel oĩbus ineſt
quodãmodo radicaliter ex fomitis corruptiõe.[Meã quidẽ carnẽ iſtã & non meã,& ini-
micitiam carnis amatricẽ]hoc eſt,carnẽ mortalem,q̃ eſt nr̃a inquantum eſt ſubſtantialis
pars hoĩs & materia corpuſq; aĩæ,& q̃ etiam nõ eſt noſtra inquantũ contra ſpm̃ cõcupi-
ſcit,& aĩæ cõtrariatur,& inimicitiã carnis amatricẽ.i.cõcupiſcentiam ſenſualẽ ac prauã,
q̃ inimica eſt aĩæ,& appetit carni vniri. Hanc inquã carnẽ & inimicitiam. [Paulus voca-
uit mortem dicendo. Quis me liberabit de corpore mortis huius? Alter vero theolo- Roma. 7
mm gus]

gus]vtpote Gregorius Nazianzenus[hanc carnẽ appellauit libidinoſam & ſeruam] .i. D
ſub peccato venundatã,& vitiorũ ſeruituti ſubactum[& nocturnã] hoc eſt, varijs cõcu⸗
piſcentijs ac fœditatibus obſcuratã.[Cuius vero gratia].i.ex qua cauſa[vſi ſunt]Paulus
apoſtolus Gregorius præfatus [talibus appellationibus ad ipſam carnẽ]ſignificandam,
[dicere ſitiebã]& modo id tactũ eſt[Si caro eſt mors quemadmodũ dictũ eſt]eſſe mors
animæ,quõ multipliciter inficit eam,ac ſæpius perimit eam[qui vincit eandem] carnem
penitus nõ morietur]morte pctĩ dicente apoſt. Si ſpũ facta carnis mortificaueritis viue⸗
Roma. 8 tis. [Et quis vtiq; eſt homo,qui viuet & nõ videbit mortẽ inquinationis carnis ſuæ].i.qui
ꝓpriæ carnis concupiſcentias & ſtimulos interdum expertus non eſt:[Quærendũ eſt ob
ſecro.Quis eſt maior moriens & reſurgẽs,vel oĩno non moriens.]Si hæc quæſtio intel⸗
ligatur de morte corporali,& reſurrectione huiuſmodi,ſic eſt aliquis,qui obijt & reſurre
xit,& maior eſt angelo quocunq;,qui ex ſua natura eſt immortalis,ſicq; author intelligit
quæſtionem ꝓpoſitam.Nam ſubditur.[Et alius quidem ſecundũ beatificans,eſt frauda
tus]hoc eſt,quidã affirmans eum qui oĩno non moritur eſſe maiorẽ moriente ac reſurgẽ
te deceptus eſt.[Chriſtus enĩ moriens reſurrexit.]Veruntñ loquendo de morte ſpiritali,
vc;,de pctõ,ille qui nunq̃ mortuus eſt,vtpote innocens, maior eſt loquendo in generali
ac cæteris paribus,eo qui mortuus eſt peccando,& per pœnitentiam reſurrexit[Hic vero
primum apud morientes:magis vero apud cadentes nullam deſperationem voluit eſſe] E
Forſan hoc dicit de Origene,qui dixit de nullo moriente aut cadente ſeu in damnationẽ
mente eſſe deſperandũ,qualitercunq; moreretur,quõ pœnas inferni dixit finire. [Imma⸗
nis inimicus,fornicationis prefectus]hoc eſt,præfatus aſſertor qui eſt enormis aduerſari
us fidei rectę,& princeps hæreticę prauitatis,quæ eſt fornicatio ſpiritalis [deum dicit be⸗
nignum & conferentem indulgentiã multam huic paſſioni]innaturali & ignominioſæ,
[ſicut & naturali]ita quod etiam vitam pœna eius finitur in inferis cum tñ apoſtolus di⸗
cat. Neq; molles,neq; fornicarij,neq; maſculorum cõcubitores regnum dei poſſidebũt.
1. Corin. 6 Vel conferentem indulgentiam huic paſſioni ſicut naturali.i. tanq̃ naturali,ſeu quia na⸗
turalis eſt loquendo de fornicatione quæ eſt ſecundum naturam. [Dolos dæmonũ ob⸗
ſeruemus,& poſt peccatum iam conſummatum inueniemus eos dicentes, deum eſſe in⸗
compaſſiuum & iudicem iuſtum]vt tali ſuggeſtione ad deſperationem nos pertrahant,
[ Ibi quidem].i.anteq̃ peccaremus[hoc ſupponebant].i. deum eſſe iuſtum, inflexibilem,
incompaſſiuum ſubticuerunt,imo eum eſſe pijſſimũ ſuggeſſerunt[vt exhortarentur nos
ad peccandum.Nunc autem ergo].i.poſtquam peccauimus ſuadent oppoſitum,vtpote
deum eſſe incompaſſiuum,inflexibilem iuſtum[vt ad deſperationẽ nos iudicant & ſub⸗
mergant]in profundum inferni. [Nempe triſtitia] ſeculari inordinata[& deſperatione
contra nos inſurgente].i.prædominante,ita quod eis conſentimus[non poſſumus noſi⸗
pſos miſeros dicere aut vituperare,aut ſuper lapſu ſumere vltionem de nobis]hoc eſt,nõ F
valemus noſipſos humiliter accuſare aut pœnitentialiter dijudicare, nec propria pecca⸗
ta vindicare in nobis ex zelo iuſtitiæ per pœnitentiæ opera.[Eadem vero extincta].i.de
ſperatione victa & ablata[tyrannus benignitatis ei ſuccedens iterum recipit nos]hoc eſt
dæmon qui immoderate fallaciterq; ſuadet deum eſſe benignũ rurſus inuadit nos,vt ta⸗
li ſuaſione facit nos pœnitentiam veram differre,atq; ad peccandum eſſe audaces. Con⸗
Eccl. 5 tra id q̃d ſcriptũ eſt:Non adijcias peccatum ſuper pctm̃,& ne dicas miſeratio dñi magna
eſt.[Inquantũ deus eſt incorruptibilis & incorporeus, intm̃ exultat & epulatur de caſti⸗
tate & incorruptibilitate corporis noſtri. Quidã dixerũt,dæmones in nullo alio ita gau
dere ſicut in tali fetore & praua ſuauitate luxuriæ,ergo neq; in alio vitio ita lætantur,ſi⸗
cut in corporis inquinamento.]Quod potiſſime verum eſt de ſpiritibus fornicationis,&
propter diuerſa mala fornicationi annexa & iam cõcomitantia. Veruntñ cum dæmones
ſint ſpirituales & incorporales ſubſtantiæ nõ delectantur in ipſa luxuria ſecundũ ſe,quẽ
admodũ nec in comedendo ſiue bibendo,ſed inquantum luxuria eſt immunditia q̃dam
& dei offenſio,& ſpiritualiũ operum inducẽs faſtidium.[Caſtitas eſt proprietas & ſimi
litudo dei ſecundũ ꝙ hominibus poſſibile eſt].i.caſtitatis perfecta eſt virtus præclara, ꝑ
quam hoĩes deo aſſimilantur & conſignantur carendo omni motu & actu libidinis, in⸗
ſtar dei & angelorum,quantum humanæ naturæ extat poſſibile in hac vita.[Mater dul⸗
cedinis eſt terra & ros,] quoniam fructus dulces naſcuntur ex terra rore cooperante,
[mater vero caſtitatis eſt quies ſolitaria cum obedientia.]Conuerſatio etenim ſolitaria
caret



A caret obiectis varijsq; incitamentis & occaſionibus turpitudinis carnalis, ſicq; ad caſti⸗
tatem diſponit & confert,præcipue quando cõuerſatio iſta fit ſecundũ patrum decreta.
[Impaſſibilitas].i.caſtimonia corporis[quæ ex ſolitaria quiete directa eſt].i.exercita ſeu
adepta mundo ꝓpinquans plerunq; nõ manſit incõcuſſa].i. frequẽter periclitata eſt, &
amiſſa inter homines,propter inexperientiam & incircũſpectionem eorũ,qui eam habe⸗
bant,qui pericula ſuæ caſtitatis non ſatis præintendebant.[Caſtitas aũt quæ ex obedien
tia venit vbiq; probata atq; immobilis eſt.]Caſtitas de qua nunc ſermo,eſt virtus infu⸗
ſa,ſed ex humilitate ſeu obedientia generari ac deſcendere dicitur, inquantum ſolitudo
& obedientia ad eam diſponunt,& eius incrementum ac roborationem merentur. Por⸗
ro caſtitas ex obedientia naſcens vbiq; probata immobiliſq; aſſeritur:quõ qui ſub obe⸗
dientia viuunt,à ſpiritali patre de omnibus plenius informantur, & de periculis caſtita⸗
tis vitandis præauiſantur. Interdum tñ & talium caſtitas mota eſt & amiſſa,ideo non p̃ſ⸗
ſumant. Dicitur ergo immobilis,quõ difficulter aufertur.[Vidi ſuperbiam humilitatis cõ
ciliatricem].i.procuratricem. Quidam enĩ deo illuminante propriam ſuperbiam aduer⸗
tentes ac abhorrentes tanto profundius ſeipſos humiliant, quãto ſuperbiores fuerunt.
Qualis fuit & Paulus qui ante ſuam cõuerſionem erat contumelioſus: poſtmodum ve⸗
ro humilimus eſt effectus.[Et memoratus ſum dicentis. Quis cognouit ſenſum dñi ?] 1. Timo. 1
B Ex tali etenim mutatione dexteræ dei, conſtat quàm inconprehenſibilia ſint iudicia oĩ⸗ Roma. 11
potentis,qui interdum permittit cadere ſuos electos in aliqua grauia crimina , vt poſtea
humiliores & cautiores conſiſtant,imo & vbi abundauit iniquitas, ſuperabundare gra⸗
tiam facit.[Lapſus tumoris eſt latus & paratus] hoc eſt,ruina ſeu culpa ſuperbiæ vndiq;
ſe extendit & regnat in multis,ac euidens eſt:homines quoq; ſunt proni ad eam[lapſus
vero fit ſæpe humilitatis occaſio in volentibus] lapſum ſuum penſare ac pœnitere , ſicut
iam dictum eſt. [Qui cum gula ſacietate vult fornicationis ſpiritum vincere,ſimilis eſt
volenti extinguere incẽdium cũ oleo]hoc quoq; ſuperius habitũ eſt atq; expoſitũ.[Qui
probat facere ceſſare prælium iſtud.] hoc eſt, qui conatur tentationem concupiſcentiæ
carnalis cõuincere cum abſtinentia ſola[ſimilis eſt ei qui cũ vna manu natat,& à pelago
liberari contendit.]Nam ſicut talis cito ſubmergitur,ſic & ille nil proficit.[Cõiunge ab
ſtinentiæ humilitatẽ:præter ſecundam enĩ & prior inutilis inuenitur]hoc eſt, præter hu⸗
militatem abſtinentia nihil meretur, imo elationẽ parit & gloriam vanã. Oportet ergo
humiliare ſeipſum,& in ſolo deo cõfidere,ac recognoſcere ꝙ propria exercitatio nequa⸗
quam ſufficiens ſit ad præualendum tentationibus,paſſionibus & peccatis.[Qui viderit
ſeipm̃ ab aliquo vitio circũuentum].i. repente ſeductum aut fraudulenter deuictũ[ante
oĩa muniat ſe contra illud,vt non ſoluatur ab illo]hoc eſt,de vitio illo confeſtim pœni⸗
C teat,& in virtute pctõ illo contraria,ſe condigne firmiterq; exerceat [& maxime contra
domeſticum inimicum] ſe muniat, vtpote contra propriam carnem & concupiſcentias
eius,contra quem nos munire debemus ſobrietate, caſtitate, diſcretione ac fortitudine,
imo & deuotionis feruore.[Iſto nanq; non deſtructo & euerſo].i.non victo,nec rationi
ſubiecto[nihil proficiemus ex victoria reliquorum hoſtium] animæ noſtræ. Qui enĩ in
vno offendit,fit omnium reus. Et qui ab vno aduerſario ſuperatur,ſic victus eſt & ſic pe Iacobi 2
rit,ſicut qui ſuperatur à multis.[Et nos ergo percutientes Aegyptium iſtum.]vc;, dome Exodi 2
ſticum hoſtem vincentes,ſicut Moyſes trucidauit Aegyptium[omnino videbimus dñm
in rubo humilitatis]hoc eſt, Merito feruidæ humilitatis quæ rubo comparatur,contem
plabimur deum. Rubus quippe non creſcit in altum,nec hũilitas ſe extollit. [Ego quoq;
tentatus ſenſi hunc lupũ[puta domeſticũ hoſtem fornicationiſq; ſpm̃[qui ſeductorie fa
ciebat aĩę irrationabile gaudiũ & conſolationẽ & lachrymas,& pueriliter videbatur mi
hi retinere fructũ & non corruptionẽ.]Iſtud contingit qñ quis procurãte hoſte antiquo
aut alia cauſa,non ſentit impugnationẽ nec inquinationẽ ex carne,atq; ex hoc putat ſe cor
pus ſuum plenarie ſubiugaſſe,ſicq; irrationabiliter gaudet ſe aliquid eſſe,& conſolationẽ
inanem ſortitur,ex qua blandiens ſibi mouetur ad lachrymas & pueriliter ſibi apparet ꝙ
fructũ poſſideat ex corporis ſubiugatione.[Si]pro qa [om̃e pctm̃ quodcunq; fecerit ho
mo extra corpus eſt,qui aũt fornicatur in ꝓprium corpus peccat]vt ait Apoſt.[hoc pro 1. Cor. 6
pterea dicitur, quõ naturale eſt nobis inquinare ipſam carnis ſubſtãtiam fluxu]ſeminis,
[quod in alio pctõ fieri impoſſibile extat:Quæro ego qualiter homines in omni pecca⸗
to conſueuimus appellare ac dicere peccantes & offendentes, qñ vero audimus aliquem
 fuiſſe

fuiſſe fornicantem dolentes de eius pctõ & lamentantes dicimus. Cecidit talis.]Hãc quę D
ſtionem author nõ ſoluit, cur ſc; eos qui in alijs culpis delinquũt appellamus cõmuniter
peccantes ſeu offendentes, fornicantem vero vocamus cadentem. Cuius rei ratio poteſt
hæc aſſignari. Summũ eñ & proprium hominis eſt inter eſſentiales gradus perfectionũ
eſſe rationalem, cum ergo in fornicatione ratio totaliter abſorbeatur vehementia dele-
ctationis, ita quod fornicans durante hoc actu viuit niſi vita brutali, conſtat q in ea ſpe
cialiſſime cadit & maxime ruit ab eo quod in ipſo eſt ſummum ac proprium, ideo dici-
tur cadens. In fornicatione quoq; eſt euidentior turpitudo & inuerecundior inhoneſtas
propter quod ſpecialiter dicitur caſus. [Piſcis velox fugit hamum, & anima amatrix con
cupiſcentiarum ac delectationum auertit ſe]& fugit[ſolitariam quietem ac vitam. Quã-
do diabolus vult aliquos ſimul ligare vinculo turpi]. i. carnali amore ſiue ad fœdam cõ-
mixtionem perducere[probat alterutras partes]hoc eſt, amborum naturã, cõplexionem
inclinationem, conſuetudinem, moresq; diſcutit ac perpendit[& inde iniciat ignem]hoc
eſt, ex ea parte ſeu cauſa incipit eos carnali affectu accendere[vnde inuenit in eis maiorẽ
aptitudinem]ſuſcipiendi, concupiſcentiam ſenſualem ad inuicem. [Lubricantes circa cõ
cupiſcentiarum amorem]hoc eſt, lubrici ſeu laſciui qui vacillant à via ſalutis cõcupiſcen
tias amplectendo[naturam habent eſſe]. i. naturaliter (vt in pluribus) ſunt ex quadã na-
turali diſpoſitione ſeu prõptitudine[cõpaſſim, miſericordes cõtriti, atq; deuoti]nõ q ve- E
re & virtuoſe ſint miſericordes, deuoti & contriti, ſed diſpoſitiue & ſimile aliquid habent
ad huiuſmodi actus virtutum. Tales nanq; laſciui frequenter ſunt hoĩes molles ac tene-
ri, imo & indolis bonæ multoties. [Qui vero gerunt curam ac ſtudium caſtitatis non ſic
poſſident talia.]Sunt eñ frequenter rigoroſi ac ſerioſi circa corporis domationẽ ac cor-
dis cuſtodiam multum ſoliciti. [Vir cognitione plenus]. i. valde doctus & illuſtratus[in
terrogauit me de propoſitione terribili dicens: Quale pctm̃ eſt grauius, vitijs vniuerſis,
negatione dei homicidioq; excluſis? Et me dicente q hoc ſit in hęreſim cadere, ille dixit.
Quomõ eccleſia catholica hæreticos ſuſcipiens ad veniam qñ pœnitet poſt integram &
ſynceram anathematizationẽ propriæ hęreſis dignatur eos aſſumptione myſteriorũ.]. i.
dignanter eos admittit dignosq; arbitratur ad accipiendum euchariſtiæ ſacramentũ[eũ
vero qui fornicatur confeſſum & à peccato ceſſantem ſuſcipientes ad veniam, ſegregat e-
um ad tempus ab immaculatis myſterijs]. i. dominicis ſacramentis[quemadmodũ apo-
ſtolicis ſancitum eſt regulis. Me quoq; hęſitatione ſtupente ſuper quæſtione]hoc eſt, me
admirante ac hæſitante propter difficultatem quæſtionis & obiectionis iſtius[quęſitum
manſit inſolutũ ac dubiũ]. i. quæſtionẽ iſtam dimiſimus inſolutã ac dubioſam. Veruntñ
agnoſcendũ, q pctã in ſpm̃ ſanctum, vitia contra naturam & alia q̃dam ſunt abſolute lo
quendo grauiora q̃ fornicatio ipſa. Apoſtoli tñ inſtituerunt quod tactũ eſt, propter eui-
dentiorẽ atq; præcipuã feditatẽ luxuriæ, quæ puritati ac dignitati ſacerdotij euangelicæ F
legis & Euchariſtiæ multum repugnat. [Scrutemur mẽſuremus & obſeruemus, q̃ & qua
lis eſt delectatio & concupiſcentia q̃ in nobis efficitur in pſalmodia ex dæmone fornica-
tionis.] Tales. n. dilectatiões & cõcupiſcẽtię ſunt carnales ac fœdę, imo & culpabiliores
q̃ ſi extra diuinũ officium ſacrũq; locum acciderent. Oriuntur ꝗq; ex inſpectione, cogita
tione ſeu apprehenſione ſenſuali incauta. Scrutemur quoq; (quæ) & qualis eſt delectatio
& concupiſcentia in diuinis[adueniens ex cogitationibus ſpiritus]. i. ſpiritalibus medita
tionibus, inſpirationesq; ſpiritus ſancti[& ex gratia ac virtute exiſtente in eis]vtpote ex
gratia gratũ faciente, q̃ eſt primũ & generale principiũ formale oĩs meritorij actus, & ex
latria, fide, ſpe, charitate ac ſapientia ſalutari. Talis delectatio & concupiſcentia ſunt in-
tellectuales virtuoſæ ac puræ, [O tu qui iuuenis es]non lateat te quod dico. [Vidi eñ ꝗſ-
dam orantes ꝓ ſuis familiaribus ac dilectis ex ſpiritu & anima]hoc eſt, ex corde & mul-
tum feruenter[qui non ex fornicatione]hoc eſt, ex carnali amore ex priſtina fornicatiõe
ſeu aliunde cõcepto[putabant ſe per talẽ memoriam implere atq; perficere decretum ac
legem charitatis.]Quod enim fecerunt ex ſenſuali affectione, putabant ſe facere ex ſpiri-
tali charitatis affectu. [Et per tactum corporaliter inquinari]hoc eſt, ex tactu interdum
incurrit quis corporis alterationẽ ac motũ, intantum vt maculetur turpi affectu, aut ꝗd
grauius eſſet, etiã obſcæni humoris aliquanta reſolutione. [Nihil eñ eodem grauius ſen-
ſu]. i. tactu nihil eſt pꝉiculoſius niſi cuſtodiatur ac reprimatur. [Memẽto cõplectentis &
teriſtrũ manu inuoluẽtis]. i. cõſidera & ſectare fratrẽ de q̃ in Vitas patrũ habet, qui ex ne-




A ceſſaria cauſa portaturus per aquam ꝓpriã matrẽ iam vetulã, manus ſuas panno inuol-
uit ne tangeret corpus matris[& habe manũ conſopitã ſuper naturalibus & non natura
libus, & ſuper proprio corpore ac alieno]hoc eſt, manũ tuam oĩno cuſtodi, mortificatã-
que exhibe ab vniuerſis cõtactibus corporũ, cum quibus vel naturaliter vel innaturaliter
quis poteſt peccare, nec minus vitanda ſunt amplexus & oſcula periculoſa. [Arbitror ne
minem dici ſanctũ vere nomine illatino]hoc eſt, appellatione reali cõdigna, ex qua infer
tur ſic eſſe vt dicitur apud ſanctiſſimũ vtpote deum, qui ſolus eſt ſanctus ſanctorũ & eſ-
ſentialiter ſanctus[niſi prius transformauerit terrã hanc in ſanctificationẽ]. i. proprium
corpus perfecte ſubiecerit rõni atq; ſpiritui[ſi tñ ineſt trans formari]hoc eſt, ſi talis tranſ-
formatio competere corpori poteſt, cui in hac vita non poteſt tam perfecte cõpetere &
ineſſe, quemadmodũ in futuro, qñ pleniſſime erit ſubiectũ & obediens animæ ſanctæ ad
cuius imperium mouebitur prorſus promptiſſime, nec reſiſtet ei in aliquo. [In ſtratu ia-
centes tunc vigilemus]non quod debeamus tunc nos à ſomno auertere propter quẽ re-
clinauimus nos in ſtratu: ſed vigilemus, hoc eſt, cogitatiões inutiles imaginationesq; tur
pes cũ diligentia oĩ vitemus, atq; in deuotis meditationibus obdormire curemus [eo q
mens certat tunc cũ dæmonibus ſine opere]exteriori. Dæmones aũt tunc moliunt men-
B ti inſerere cogitationes immundas, ex quibus ad illicitas ruat affectiones[& ſi inuenitur
amatrix concupiſcentiæ ſit libenter proditrix ſuijpſius. [Si eñ concupiſcentias amat pro
dit ſeipſam turpes cogitationes faciliter admittendo, & eis diutius immorando, atq; ex
eis ſtimulos ſentiendo, aut etiam illuſiones in ſomno. [Memoria mortis dormiat peni-
tus tecum & tecum reſurgat]hoc eſt, in actuali memoria mortis obdormias, & ipſa tecũ
quieſcat, & qñ euigilas aut conſurgis illam mox reaſſumas [& ſoliloqua Ieſu oratio]. i.
ſecreta inuocatio Chriſti, qua cũ eo ſolo loquaris. Vel ſoliloqua Ieſu oratio, eſt oratio il-
la dominica Pater noſter: qua cũ ſolo patre cœleſti deo vno ac trino ſuppliciter loqmur.
Hæc ergo Ieſu orõ debet nobiſcũ dormire ac ſurgere[Nulla eñ inuenies adiutoria]tã ac
commoda in ſomno[vt iſta]quę quieſcentibus in lecto ſunt valde ſalubria: ſimiliter me
moria dominicæ paſſionis, infernalis purgatorijq; ſupplicij ac diuini iudicij. Quidam do
cent ex eſcis tm̃ fieri pugnas & fluxus] hoc eſt, carnales tentationes & pollutiones in ſo-
mno aſſerunt ſolũmodo generari ex ſuperfluitate alimentorum[ego vero vidi infirman
tes vſq; ad extremum]. i. mortaliter ſeu vſq; ad mortem ægros[& ad ſummum]. i. rigo
roſiſſime[ieiunãtes fortiter inquinatos in ſomno. Interrogaui de his nocturnis illuſiõibus
aliqñ monachum quendam ex probatiſſimis patribus diſcretiorẽ]hoc eſt, ingenti diſcre
tione ornatum[& docuit me ille beatus valde maxime prudenter. Ait enim hic perpe-
tuus]. i. æterna memoria dignus. Eſt in ſomnis fluxus ex multitudine eſcarũ & quietis,]
. i. reſolutio ſeminis fit in ſomno interdum ex ſuperfluo cibo & potu, aut etiam ex nimio
C ſomno qui diſponit ad ſomnia, ex quibus illuſiones & inquinationes cauſantur. [Alter
ex ſuperbia, quando ex influxibilitate noſtra longa ac diuturna inflamur] hoc eſt, fluxus
iſte ex demerito noſtræ elationis quandoq; cauſatur, quando, vc; deus permittit nos il-
ludi ac pollui, quia ſuperbiuimus & gloriati inaniter ſumus de hoc, quod longo tempo-
re non ſumus fluxum iſtum perpeſſi, quaſi propter merita noſtra hoc ipſum contigerit
nobis. [Et rurſus]oritur fluxus iſte eo[quod proximum temerarie iudicamus. Quarum
colluuionum]. i. pollutionum [duæ primæ poſſunt accidere & ſuperuenire infirmis]. i.
corpore ægris ſeu omnino imperfectis[æque vero & tres]. i. omnes colluuiones præfatę,
quæ tres ſunt, poſſunt euenire infirmis itemq; puſillis. [Si vero aliquis viderit & contre-
ctauerit]. i. diligenter penſando inuenerit[ſe expurgatum]ab omnibus cauſis colluuio-
num prædictis [beatus eſt hic operator talis impaſſibilitatis]qui, ſc; per exercitia virtuo
ſa peruenit ad immunitatẽ iſtam ab illuſionibus & fluxibus ſomniorum[patiens ſolum
ex inuidia dæmonum id quod euenit ei in ſomno, permittente Deo fieri hoc in ipſo ad
tempus, vt poſſideat humilitatem altiſſimam per euentum fluxus, qui eſt ſine peccato]ex
ſola dæmonis illuſione. Veruntamen fluxus ille poteſt cauſari in ſomno ex cauſa pure
naturali & ſine peccato. Nam quamuis quis ſobriſſime viuat, generatur tamen in eo ſe-
men, quod dum receptacula ſua impleuerit, petit egreſſum. Interdum quoq; cõtingit hic
fluxus ſine peccato ex nimia abſtinentia, exinanitione, vel debilitate naturæ, ita quod
apertis meatibus retinere ſemen non valet. [Nemo per diem ad ſeipſum reuerſus poſt
ſomnum recogitet phantaſmata ſomniorum: Intentio enim eſt dæmonum vt inquinẽt

nos vigilantes ex ſomnijs] hoc eſt, ex recordatione ſomniorum, niſi forte eſſent ſomnia D
vere ſignificatiua ac myſtica. [Audiamus & alium inimicorum noſtrorum] videlicet, dæ-
moniorum [aſtuciam. Quemadmodum alimenta corpus lædentia]. i. nociua eidem [cõ-
ſuetudinem habent facere in nobis infirmitatem corporalem, poſt tempus aut diem qñ,
vc;, mali humores in corpore remanent alimentis illis digeſtis. [ita plerunq; fit in cauſis
inquinantibus animam] vtpote ex ſuperfluitate guloſa, inflatione ſuperba, aut temera-
ria aliorum dijudicatione patimur fluxum non ſtatim proxima nocte ſequente, ſed poſt
longius tempus. Deniq; fluxus iſte aliquando naſcitur ex cogitationibus, inſpectiõibus
que incautis in vigilia p̃habitis, ſiue ex tactibus, oſculis, amplexib. alijſue carnalitatibus
aut colloquijs in vigilando cõmiſſis aut certe admiſſis. De hac autem materia in Colla-
tionibus patrum plenius continetur. [Vidi quoq; comedentes & cõmorantes cum mu-
lieribus nõ habentes ad præſens aliquam meditationem aut intentionẽ malignam, hinc
ipſi ſeducti cõfidentes] de ſua virtute, [& exiſtentes abſq; cura ac vigilantia ſuijpſorum
paſſi ſunt repẽtine exterminium atq; interitum] hoc eſt, amiſſionem gratiæ ac virtutum
per mortale peccatum [qñ putabant pacem eſſe & in cellis ſuis quietem & ſecuritatem ha
bere.] Tunc enim ex præteritorum memoria multipliciter ſunt tentati & victi. [Porro
quod exterminium & quis interitus ſpiritalis ſit ingenitus & contingens corporaliter ac
ſpiritualiter nobis degentibus ſolis ſingulariter ac ſolitario modo] vc;, ſecundum q̃ mo- E
ris eſt habitare ſolitarijs heremitis [expertus] hunc lapſum [nouit inexpertus noſſe nõ in
diget] idcirco author nõ ſpecificat lapſum hunc & exceſſum, nec me condecet ipſum ex-
primere, imo nec certo cognoſco eundem. Sed hinc admonendi ſumus, vt in omnibus ti
morati, cuſtoditi ac ſumme ſoliciti exiſtamus, eo q̃ & anachoritis poſſit tam enormis ac
1. Cor. 10 cidere lapſus. Et iuxta apoſt. Qui ſtat videat ne cadat [In tempore illo] quo de tali lapſu
tentamur aut eum indicimus [bonum auxiliũ] ad eum vitandũ, vel ad ſatiſfaciendũ pro
eo [ſunt ſaccus]. i. aſpera veſtis [& cinis]. i. humilis in terrã proſtratio, aut ſuperiectio ci-
neris ſuper caput in ſignum pœnitentiæ ac humiliatiõis præcipuę. Vnde & ſanctus Iob a-
Iob 24 it: Ago pœnitentiã in ſacco & cinere [ſtatio totius noctis in vigilijs] nec dubium quin &
in orationibus deſideriũ panis]. i. abſtinentia in pane & aqua [lingua ardens & aduſta,]
præ magnitudine ſitis [& temperate irrorata] hoc eſt, modico aquæ poculo humefacta,
Roma. 6 habitatio loculorum]. i. manſio in ſepulchris ac foueis [& præ oĩbus] his [humilitas cor-
dis] qua ex recognitione ꝓpriæ infirmitatis aut impietatis vilipendamus & deijciamus
nos corã altiſſimo deiectiõe ꝓfundiſſima & vilipenſione immenſa [& ſi poſſibile eſt, pa-
ter aut frater ſolicitus, ſenex prudentia] hoc eſt, qui ſenex ſit nõ tm̃ ętate, ſed potius diſcre
tione ac ſapientia [in adiutoriũ] ta q̃ cõſilio & auxilio valeat nobis in tali anguſtia ſub-
uenire. [Miror enĩ ſi aliquis ſolus ſaluare potuerit nauem ex pelago] hoc eſt, Mirabile re
or, vt aliquis taliter lapſus ſiue tentatus ſine humano ſubſidio queat ſeipſum de periculo F
tanto educere, quod tñ per dei omnipotentis gratiã fieri poteſt. [Iſte enim lapſus ab alte
ro actus] ad quem ſc;, inſtigauit diabolus: vel quem ſolitarius à cõmuni hominum vita
alienatus, differens ac diſtinctus cõmiſit [iudicium centuplum poſſidet]. i. multo graui-
or eſt atq; maioribus dignus tormentis [ex modo quo fit] qui rationi & ordini naturali
prorſus cõtrariatur [ex loco] cum fiat in cella aut ſolitudine vbi inſiſtendum eſt tm̃ acti-
bus ſanctis [ex ꝓfectu] ad quem talis ſic lapſus obligatur, vel quem iam ante hũc lapſum
obtinuit, ſicq; peccando tam dire, factus eſt deo valde ingratus, nec per ignorantiam ex-
cuſatur. Propter quod ait Apoſt. Voluntarie nobis peccãtibus poſt acceptam noticiam
veritatis, iam nõ relinquimur ꝓ peccatis hoſtia. Itemq;: Impoſſibile, inquit, eſt eos qui ſe-
mel illuminati ſunt, & cæt. renouari ad pœnitentiam, &c̃. [& ex alijs multis] puta ex pro-
feſſione, ordine ſacro, & cõſimilibus quæ aggrauant culpam. [Super opinionem & ſu-
per ſummam caſtitatis diffinitionem aliquis mihi narrauit] hoc eſt, quidam retulit mihi
rem quæ æſtimationem excedit & altior eſt ſummo caſtimoniæ gradu, qui communiter
aſſignatur. Quæ autem ſit res hæc ſubditur. [Pulchritudinem quis ait intuitus, ex illa
magnifice glorificauit factorem] hoc eſt, Ille qui mihi hæc recitauit, ait: Quidam in-
ſpiciens pulchritudinem formoſiſſimę mulieris, ex conſideratione tam pulchræ crea-
turæ laudauit ſublimiter creatorem, [& motus ſolo aſpectu,] mulieris illius [fontem
lachrymarum effluebat, & in charitate D E I ſurſum actus ferebatur] id eſt, copio-
ſiſſime fleuit & creatoris amore ſuccenſus eleuabatur mente ad ipſum [ſtuporq; erat vide
re ale-



A re alterius foueam, factam alteri occaſionem coronæ ſuper naturam,] hoc eſt, ſtupendũ
fuit ſpectaculũ iſtud, q̃ ſc; pulchritudo mulieris aſpecta, quæ ſolet eſſe alijs incitamentũ
ruinæ perditioniſq; lacus, iuxta q̃d Salomon ait: Fouea profunda meretrix. Q;, inquam, Prou. 23
hæc pulchritudo ſic viſa facta eſt huic viro incitamentum glorificandi ac feruentius di-
ligendi ſummum factorem. Deniq; de quo viro iſtud narretur certum non habeo, ſed
videtur poſſe intelligi de beatiſſimo Nonno epiſcopo, qui viſa ſancta Pelagia adhuc in
meretriceo atq; in admirabili pulchritudine conſtituta, diligentiſſime fixis oculis eam
inſpexit, & delectatũ ſe dixit in pulchritudine eius. Deinde amariſſime fleuit tam de va-
nitate illius, q̃ de hoc, quod ipſe non fuit tam ſtudioſus ad complacendum creatori altiſ-
ſimo, ſicut meretrix illa ad complacendum amatoribus ſuis, prout iſtud in legenda ſan-
ctæ Pelagiæ plenius, imo & deuotiſſime recitatur. Hinc quoq; dicunt doctores, q̃ inſpi-
cere fœminam, & delectari in pulchritudine eius, inquantum eſt pulchra creatura, nõ ſit
culpa. Veruntamen non expedit ſub hoc colore admittere talem intuitum ac delectatio
nem, niſi forte quis eſſet valde perfectus. [Si iſte talis]. i. vir pręfatus [poſſidet talem ope-
rationem & ſenſum vbiq; & ſemper atq; in omnibus]. i. ſi in omni loco & tempore vitę
ſuæ tam ſpiritaliter & perfecte, tam caſte & pure ſe habuit, [ante communẽ reſurrectio-
B nem, reſurrexit in corruptibili incorruptus]. i. iam adhuc in carne mortali degẽs ad tan-
tam deuenit munditiam, vt multum aſſimiletur ſanctis in corpore glorificãdis, & factus
eſt incorruptus, hoc eſt, integer mente & inuiolabiliter caſtus in corpore corruptibili ac
mortali. [Eodem canone]. i. eadem conſideratione, doctrina & regula [vtimur in melo-
dijs & hymnis ac canticis. Nimirum quia amatores dei habent naturam moueri]. i. na-
turaliter & gratioſe mouentur [in hilaritatem]. i. ad ſpiritalem lætitiam [& charitatem &
exceſſum & ad diuinum ineffabile gaudium ac lachrymas] deuotionis ex iucunditatis in
ternæ abundantia profluentes [ex his quæ extra ſunt]. i. ab exterioribus creaturis ſenſi-
bilibuſq; obiectis [& ex laudibus dei & canticis & verbis ſpiritualibus] ex quibus exci-
tamur ad contemplationem, admirationem, feruidumq; amorem ſapientiæ, bonitatis
ac omnipotentiæ creatoris, imo quandoq; ad raptum & ad ſynceriſſimã ac intentiſſimã
delectationem in ipſo. Si enim ſupergloriofiſſimus conditor tantam pulchritudinem,
amabilitatem & ſuauitatẽ poſuit in facie & corpore hominis, in carnea maſſa, in terrea
gleba, in materia parua lutoſa mox in putredinem redigenda, vt quidam præ eius amo-
re inſaniant, hereoſq; amore langueſcant, in ſonis quoq; & ſymphonijs ac cantibus, qua-
lis & quanta eſt ſuperbenedicti huius artificis pulchritudo, amabilitas & dulcedo in ſe-
metipſo, & q̃ ardentiſſime ac incomparabiliter amandus, deſiderandus ac conſideran-
dus eſt ipſe. [Amatores vero concupiſcentiarum & delectationum carnalium patiuntur
contrarium] quoniam ex intuitu & auditu rerum ſenſibilium prædictarum inflamman
C tur carnali amore & delectatione inani. [Secundum quod prætangentes diximus, qui-
dam in locis ſolitarijs & quietis multo amplius impugnati ſunt. Et non eſt mirum. Dæ-
mones enim qui diligunt inibi habitare, & exulati in deſertis & in abyſſis à Ieſu Chriſto
ſalutem noſtrã zelante, ipſi magiſtri malignitatis & dæmones fornicationis impugnãt
crudelius viros in ſolitudine quieſcentes, vt] ipſi dæmones [reducant illos ex ſolitudine
ad mundum, quaſi ex deſerto nihil proficientes,] id eſt, per hoc quod ſolitarij illi in ſoli-
tudine tam acriter tentati, æſtimant ſolitudinem ſibi magis obeſſe, quàm prodeſſe ad
ſpiritalem profectum. [Recedunt à nobis in mundo morantibus,] non tentando nos ibi
ad tempus, [vt quaſi non impugnati ibi demoremur libentius cum mundanis homini-
bus. Vbi enim impugnamur à dæmonibus, ibi penitus impugnamus dure & crudeliter
inimicum.] Dum enim videt nos tentator, perpetuus inimicus noſter diabolus, ſtude-
re virtutibus, tunc grauius nos impugnat. Porro virtutibus inſiſtendo impugnamus
diabolum dure & crudeliter, vt ei apparet, [& ipſe non impugnatus à nobis,] id eſt, non
afflictus neque offenſus eo quod inſiſtamus virtuoſis operibus, [inuenitur amicus no-
ſter] id eſt conſentit nobis, ſimulatq; ſe nos amare, cum tamen ſit inuidioſiſſimus contra
nos. [Degentes in mundo ſecundum aliquam neceſſitatẽ protegimur manu dei]. i. quã-
do manemus in ſeculo inter homines ex neceſſaria & rationabili cauſa, tũc deus per mi-
ſericordiam ſuam à tentationibus nos defendit [æque vero ex oratione patris ſpiritua-
lis vt plurimum,] hoc eſt, etiam meritis & precibus præſidentis protegimur valde fre-
quenter. [ne & dominus noſter blaſphemetur propter nos] id eſt, ne homines ſecula-
 res

res noſtra vitia intuendo grauiter ſcandalizentur,& contra deum irreuerenter loquant. D
Iſaiæ 98. Vnde per Iſaiam deus teſtatur: Propter me ego faciam vt non blaſphemer. [Quandoq;
vero non ſentimus pugnas tentationũ ex priuatione doloris]. i. ob id ꝙ dæmones vidẽt
nos eſſe abſq; omni ſalubri cõpunctione [& ex eo ꝙ ſumus in multa ſatietate & experi-
entia eorum quæ dicuntur, aguntur & inſpiciuntur]. i. qñ exteriarum rerum, ſecularium
quoq; verboꝝ & operum iniquoꝝ amore, conſenſu & executione replemus nos, & ſine
timore ac reniſu peccamus, ideo opus non eſt vt à dęmonibus impellamur ad iſta. Quo-
niam ſicut abbas paſtor deſſeruit cogitationes noſtræ peruerſæ, factæ ſunt dæmones.
[vel etiam quia dæmones voluntarie recedunt à nobis, vt relinquant in nobis locũ ela-
tionis complentẽ vitia vniuerſa]. i. quatenus extollamur de hoc ꝙ nõ tentamur, & repu-
temus nos aliqd eſſe, atq; ex pompa hac incidamus in oĩa mala. [Alteram audite machi-
nationem & aſtutiã ſeductoris iſtius] puta diaboli [& cuſtodite] vos ab ea [oẽs q præeli-
gitis exercitare & colere caſtitatem. Enarrauit mihi qdam in experientia doli factus]. i.
fraudem iſtam expertus in ſeipſo ſiue in alio [qñ dæmon corpoꝝ]. i. ſpũs carnaliũ for-
nicationum [plerunq; ſubtrahit ſe perfecte in finem]. i. valde diu ceſſat à monachi impu
gnatione [& ſubmittit ac ingerit monacho ſuper ſummã]. i. quaſi permaximam [religio
ſitatem, reuerentiam & honeſtatẽ, imo & fontem lachrymaꝝ ad tempus] ſcđm ꝙ ſuæ in-
tentioni doloſæ conſpicit opportunum. Sed ſi dæmon recedit à monacho, quõ immit- E
tit hæc ei? Et reſpondendum, ꝙ recedit inquantũ nõ tentat eum de euidẽti aliquo malo,
immittitq; iſta inclinando monachum ad honeſtatem exteriorem & fictam religioſita-
tem. [Cum vero ſuggerit ei familiariter loqui ac reſidere cum mulieribus, eaſq; admo-
nere & exhortari de caſtitatis honeſtate & continentia, de memoria mortis & æterni
iudicij, vt propter ſermonem & fictam religioſitatẽ miſerabiles] mulieres [præoccurrãt
lupo vt paſtori]. i. feſtinanter accedant huiuſmodi monachum, apparenter deuotum &
ſanctum, ſed intus lupum rapacem [ſicq; de cætero conſuetudine ac familiaritate cõtra-
cta & ſecuritate] de obtinendo conſenſu ad inuicem [& confidentia] perpetrandi optatũ
facta [tunc ipſe miſerrimus] monachus [lapſum ſuſtinet ac ruinam,] vtpote interiorẽ ex-
terioremve caſum. [Fugientes fugiamus hunc dolum ac laqueum] vt nõ videamus nec
audiamus fructũ, de q̃ nunq̃ guſtare ordinati & conſtituti ſumus,]. i. vt nõ experiamur
in nobis, nec videamus in alijs, neq; de alijs audiamus hanc carnalem ruinã, quæ eſt fru-
ctus mortis, ad quẽ nunq̃ guſtandum ſeu experiendum creauit ac ordinauit nos deus.
[Miror eñ ſi reputamus noſipſos fortiores]. i. virtuoſiores [Dauid] propheta [q̃d vere
impoſſibile eſt]. i. valde difficile: non eñ eſt abſolute impoſſibile, neq; ex parte dei, neq;
ex parte noſtri [Nam glorioſa laudatio caſtitatis eſt tam alta & magna, ꝙ quidam pa-
trum auſi ſunt ipſam caſtitatem vocare impoſſibilitatẽ. Quidam vero dixerunt impoſ-
ſibile eſſe aliquẽ de cætero nominari veraciter caſtum poſt guſtum]. i. perpetrationem F
[peccati] mortalis. [Ego aũt hos auertens] à me [ac reſpuens, determino poſſibile, rectũ
& leue eſſe volenti oleaſtrum in bonam oliuã inſerere]. i. ego affirmo, ꝙ volenti ſe emẽ-
dare, poſſibile iuſtum ac facile extet cũ adiutorio dei ſe per contritionẽ à corpore diabo-
li & ſtatu perditionis abſtrahere, & Chriſto ſe incorporare, ſicq; de arbore ſterili in arbo
rem fructuoſam mutari [Si ergo claues ſupernoꝝ]. i. regni cœloꝝ [ſunt creditæ ac tradi-
tæ virgini corpore]. i. viro carnalem copulam nunq̃ experto [prædicti docuerũt forſitan
iuſta]. i. vera, dicendo neminẽ poſſe caſtũ vocari poſt guſtũ pcti. [Si vero nõ]. i. qa cla-
ues nõ ſunt à Chriſto cõmiſſæ Iohanni apoſt. virgini, nec alteri tali [cõfundat eos ſocrũ
poſſidens & caſtus factus & ferens claues caſtitatis & regni] vç; Petrus, q extitit vxora-
tus, nec hoc obſtante caſtitatẽ habuit coniugalẽ, imo poſt ſuſceptionẽ ſpũs ſancti in ſi-
gno viſibili nunq̃ cognouit vxorẽ, ſed caſtiſſimus eſt effectus. Ecce in ṽbis iſtis inſinuat
author beatiſſimi Petri eminentiã ac primatũ, & ꝙ claues regni cœleſtis ei ſpecialiter
ſint commiſſæ, quæ dicunt claues caſtitatis, eo ꝙ caſtitas ſpecialiſſime ſpectet ad eos qui
bus datæ ſunt claues. [Multiformis eſt corpoꝝ ſerpens]. i. ſpũs fornicationis varijs mo-
dis doloſus eſt, & multipliciter decipit hoĩes [intus ſeminans inexpertis in experiẽtia tñ
fieri & ceſſare]. i. virginibus corpore incorruptis occulte ſuadens, vt ſaltem ſemel expe-
riantur, quid ſit copula illa carnalis, quia hoc facto poterunt inde ceſſare omnino. So-
lent enim virgines ex quadam curioſitate tentari, vt velint experiri quid ſit commi-
xtio illa. [Expertos vero] hanc copulam [prouocans rurſus ad experientiam eius ex me-
moria



A moria] prioris commixtiõis ac voluptatis incitat infelix ſerpens prædictus. [Mulit prio
rum] ſç; virginum [non ſunt impugnati] de fornicatione [ex ignorantia mali]. i. ob hoc
ꝙ per experientiam non nouerunt voluptatem vitij huius [ſecundi vero facti in experi-
entia odij huius]. i. experti vitium iſtud odibile [exinde moleſtias ac pręlia ſuſtinent]. i.
grauius impugnantur de immunditia iſta, qa experti ſunt eam [Verum & contrariũ ſæ-
pius eſt]. i. valde ſæpe contingit oppoſitum, vç; ꝙ virgines grauius impugnantur ex cu-
rioſitate & ſuggeſtione prætacta. [Quando ex ſomnis ſurgimus, boni, ſuaues & pacifici]
id eſt, trãquilli & bene diſpoſiti [hoc occulte accipimus ab angelis ſanctis, & cõſolamur
(ab eis) maxime qñ poſt multam orationem vigiliamq; dormiuimus. Quandoq; autẽ
contingit, ꝙ à ſomno ſurgimus ſuaues & boni]. i. cum deuotione quodammodo [& pa
timur hoc à ſomnijs viſionibuſq; malignis]. i. ex operatione diaboli, qui ſomnia quædã
& viſiones imaginarias ac fallaces formauit in nobis, vt euigilãtes putemus ea eſſe à deo,
ſicq; inflemur ac inaniter gloriemur, quaſi amici dei, quibus ipſe oſtendit ſua ſecreta, &
quaſi gratiam viſionum ac prophetiæ habẽtes. Cum itaq; iſti effectus angeli boni & an-
geli mali ſint ita conſimiles, neceſſaria eſt gratia diſcretionis ſpirituum, nec facile eſt cre-
dendum ſomnijs & viſionibus aut ſuauitatibus & tranquillitatibus illis, imo diſcernen-
dum eſt precioſum à vili, & inuocandus eſt deus, ne nos falli permittat. Penſandum eſt
B quoq;, quid in vera humilitate fundetur, quid item ad ſpiritalem profectum, & quid ad
vanitatem, præſumptionem pertinaciamq; deducat. [Vidi impium ſuperexaltatũ & ele-
uatum, & conturbatũ & furentem ſicut cedros lybani.] Per impium iſtum intelligitur
hoc loco diabolus, q ſuperexaltat̃ in hoĩe, dum ſuis tentatiõibus pertrahit hoĩem ad ali-
quam paſſionem prædominantẽ, aut culpam mortalem, vel qñ ſuperbe præſumit ſe ſu-
peraturum quem tentat. Eleuatur quoq; in hoĩe, dum eum inducit ad culpam & negligẽ
tiam venialem. Conturbatur vero, dum fortiter ei reſiſtit̃, & furit cum vincitur. [& trãſi-
ui per abſtinentiam]. i. abſtinendo & ieiunando reſtiti ei [humilians cogitationẽ meã]
. i. humiliter cogitans me poſſe contra eum præualere nõ viribus meis, ſed ope & gratia
ſaluatoris [& nõ eſt inuentus locus aut veſtigiũ eius in me] ad tempus. Veruntamen cito
redit, præſertim cum de Chřo dicat Lucas euangeliſta, ꝙ conſummata omni tentatione Lucæ 4.
diabolus receſſit ad tempus ab eo. [Quicunq; corpus vicit] redigendo carnem ſuã in aĩę
ſeruitutem [iſte naturã vicit]. i. naturales motus & inclinationes ſenſitiuæ partis, refor-
mando eaſdem [Naturam vero vincens factus eſt ſuper naturã]. i. altior ſemetipſo, quã-
tum ad ſenſualitatem, imo per dona gr̃æ ſublimior eſt ſeipſo quantũ ad naturalia ſua,
paulominus ab angelis minoratus pene] inquam [vt non dicam nihil]. i. valde aſſimula-
tus eſt angelis ſanctis & non multũ inferior eis, quantũ ad chariſmata ſupernaturalia ſi-
C bi collata, & dico pene, hoc eſt, quaſi coæquatus eſt eis, vt nõ dicam ꝙ nihil diſtet ab eis.
Et iſtud verum eſt comparatiue loquendo, & quantum ad merita relata ac præmia. Et-
enim comparatione hoĩs carnalis incontinentis, caſtus & virtuoſus videtur, paulo mi-
nus ab angelis minoratus [Non eſt mirum cũ immateriali immateriale certare]. i. vnam
incorporalem ſubſtantiã contra aliam incorporalẽ pugnare, vç; angelum contra diabo
lum, iuxta illud: Factum eſt prælium in cœlo, Michael & angeli eius prçliabant̃ cum dra Apocal. 12.
cone. [vere aũt mirabile eſt materiale certans cum inimicitia iſta & inſidiante materia
immateriales inimicos debellare,]. i. multũ mirabile eſt, vt homo materialis ac fragilis
pugnans contra inuiſibiles hoſtes cum inimicitia, quæ eſt ex amore virtutũ contra vitia.
Vel cum inimica & inſidiãte materia. i. cum carne propria, quæ aduerſat̃ ſpiritui, & aper-
te ac clam contra ſpiritũ concupiſcit. Mirum eſt, inquã, vt talis ſubſtantia materialis ſu-
peret dæmones, ideo aſſcribendũ eſt hoc gratioſo adiutorio dei [Dñs multum bonus ge
rens & habens de nobis curã ac prouidentiã, obſtruxit atq; repreſſit fœminas erubeſcen
tiæ freno. Si eñ audẽs illa ad maſculũ p̃curreret, nõ fuiſſet ſalua oĩs caro]. i. deus fecit fœ
minas naturaliter verecũdas ac timidas: ſi. n. audaces eſſent & inuerecũde p̃currentes ad
viros, ſicut ecõtra viri currũt poſt eas, vix aliqs euaderet lubricũ carnis. [Hi q ſunt inter
patres diſcretiores determinãt, ꝙ aliud ſit inſultus aliudq; immorãtia, aliud q̃q; cõſenſus
& aliud captiuatio & aliud certamen, ac aliud q̃d in aĩa dicitur paſſio. Inſultũ quippe bea
ti patres illi dicunt eſſe tenue verbum vel imaginẽ cuiuſcũq; euenientis in corde impor
tati nouiter apparentis]. i. inſultus eſt repentinus cõceptus, ſeu ſubita imaginatio cuiuſ-
cunq; rei concupiſcibilis aĩo occurrẽtis illatæ ſeu nouiter apparentis in eo [Immorantiã
vero

vero dicunt,cum apparente pariter loqui ſecundum paſſionem,vel impaſſibiliter].i.ſpi- D
ritaliter aut corporaliter fabulari cum re cōcupiſcibili apprehēſa,realiterve preſente,ſiue
confabulatio illa ſit cum ſenſuali affectione,ſiue nō. [Porro conſenſum dicunt nutū &
concupiſcibilem animæ inclinationem ad factum apparens,].i. ad opus imaginatū ſiue
propoſitum apparatum,ita ꝙ inclinationi additur nutus,q̊ conſentio deſignatur. [Ca-
ptiuationem dicunt vehementē & inuoluntariā aīæ euerſionem,] .i. deiectionem hoīs,
qua vincitur magnitudine paſſionis,aut tentatiōis tam impetuoſæ,vt videatur quaſi in-
uoluntarie ſuperatus [aut perſeuerantē coniunctionem ad contingens,].i. fixam adhæ-
ſionem cum obiecto occurrente, cui vitioſe cohæret,ita ꝙ captiuus tenetur à diabolo ad
voluntatē ipſius.Propter quod ſubditur[& virtuoſæ noſtræ conſtitutionis atq; conſtan
tiæ exterminatiuam,]Hæc nanq; interior captiuatio,incarceratio, ſiue coniunctio,cū ſit
mortale peccatum,aufert oēm ſtructuram,fundationē conſtātiamq; virtutū. [Certamē
eſſe determinant virtutē æque fortem ad pugnantē, voluntarie aūt vincentē ad ſuſtinē-
tem debellationē].i. certamen vocat conflictus inter eos q æque fortes conſiſtūt,quorū
vnus alterum debellare exoptat:nam & homo heroicus ac perfectus per ſupernaturalia
ſua auxilia æque fortis eſt & interdū fortior q̄ inuiſibilis hoſtis.[Paſſionem proprie di-
cunt,q̊d longo tpe in aīa nidificat,].i.manet [& fructificat paſſibiliter & vitioſe ducens
eam conſuetudine quaſi habitū ad ſeipſum].i.ad vitium ipſum, [tanq̄ ſpontanee fami- E
liariterq; currentem ad illud]ita ꝙ talis peccat ex malitia aut habitu vitioſo atq; propo-
ſito[Horum oīm primum]puta inſultus[eſt ſine peccato]Non eñ in noſtra eſt poteſtate
talem conceptum primumq; motum vitare.[Secundū vero nō omnino].i.immorantia
eſt aliquo modo culpabilis,præſertim qñ eſt ſecundū paſſionē,qa vitari poteſt & ſubito
abijci. [Tertium vero ſecundum agonizantis conſtantiā & conſiſtentiā,] .i.conſenſus
extat culpabilis magis aut minus,ſecūdum ꝙ is qui tentatur eſt maioris aut minoris ſta-
bilitatis & perfectionis. [Certamen vero cauſatiuum eſt coronaꝝ ſiue pœnaꝝ]qui eñ
contra vitia certat,ſi præualet,coronari meretur:ſi ſuccumbit,punitione ſit dignus. [Ca-
ptiuatio aūt aliter iudicatur in tempore orationis,& aliter in nō tpe,]Eſt eñ reprehenſi-
bilir tpe diuinoꝝ q̄ alijs horis[& aliter in medijs,aliterq; in malignis cogitationibus].i.
peior eſt qñ fit ex cogitationibus in ſe vitioſis, q̄ dum fit ex cogitationibus quæ ſunt de
rebus indifferētibus,vel quæ in ſeipſis ſunt indifferentes ſeu modo medio ſe habētes,vz
nec meritorie neq; demeritorie.[Paſſio in oībus abſq; dubitatione aut purgatur pœni-
tentia contra eam æque librata].i.per contritionem condignam & proportionatā mul-
titudini magnitudiniq; culparum. Oportet eñ vt S. ait Hieronymus,ꝙ contritio culpā
adæquet,contritioni q̄q; ſunt adijciendæ confeſſio oris & ſatisfactio operis,[aut pœnæ
ſupponitur].i.damnationem incurrit.[Igitur qui primum impaſſibilitatem meditatur]
.i.qui cogitationē ſuam in primis cuſtodit,ne inordinata aut ſenſualis exiſtat[oīa extre- F
ma ſub vno recidit,] .i.cætera mala iam tacta ex prima cogitatione prouenientia abſci-
dit &vitat,cuſtodiendo immaculate cogitationē illam primæuam[apud ſublimiſſimos
patrum diſciplinatoꝝ eſt &altera quædam inuēta meditatio ſubtilior his quæ prædixi,]
.i.ſummi patres exercitati ac ſapientes inuenerunt ſeu conſiderauerunt quandam cogi-
tationem prædictis agiliorem ſeu velociorem[quam aliqui dicunt nominari prærreptio-
nem]nos aūt vocamus eam communiter ſubreptionem[quæ habet naturam ſignifica-
re aliquid patienti paſſionem ſine tempore acutius verbo & imagine]Hęc eñ prærreptio
eſt celerrima quædam conceptio maxime improuiſa,inſinuans aliquid,& ei qui patitur
eam pandit mobilitatem propriæ mentis.Ideo ſubditur[Nihil enim inuenitur in ſpiriti-
bus].i.mentibus creatis[acutius aut celerius,aut magis inapparens].i.ſecretius[hac me-
moratione ſubtili,quæ eſt ſine mora & tempore]eſt eñ inſtantanea, [atq; impræuenta
& ignota]non eñ pręuenitur aliqua deliberatione,nec faciliter perſcrutabilis eſt[mani
feſtans aduentum ſuum in aīa]qñ per ſeipſam aut per aliquid eam concomitans oſten-
dit ſe ortam eſſe in anima, quæ eius aduentum præuidere &vitare nequiuit. [Si qs ergo
talem ipſius ſubtilitatē per luctum comprehendere potuit].i. propriam imperfectionē
ſeu inſtabilitatem deflendo ita illuſtratus eſt deſuper,ꝙ poteſt cognoſcere & ſcrutari na
turam ſubreptionis iſtius[iſte nos valet docere,qūo eſt].i.qualiter contingit [animam
vitioſe fornicari]hoc eſt,culpabiliter & ſenſualiter affici[ſolo oculo exiliq; viſione & ta-
ctu manus ac melodiæ auditu ] .i. ex ſola apprehenſione ſenſitiua exteriori ſenſibilium
o bie-



A obiectorum[abſq; omni meditatione & intentione]id eſt,abſq; intellectiua apprehen-
ſione atq; propoſito. Ex apprehenſione nanq; exteriori ſenſitiua procedit imaginatio,&
ex imaginatione ſenſualis appetitio. Exterior quoq; apprehenſio,ſeu cognitio ſenſitiua
ſuperflue immorans,& inordinate delectans in ſuo obiecto,eſt fornicatio ſpiritalis, vt-
pote quædam abuſio. Ex huiuſmodi autē ſenſitiua apprehenſione,ſubrepit frequenter
præfata cogitatio ſubita.[Quidam dixerunt ex cogitationibus cordis corpus peruenire
in paſſionem].i.in concupiſcentiam ſeu affectum [fornicationis, quidam vero dixerunt
rurſus contrarium].i. malignas cogitationes gigni ex ſenſibus corporis[Et priores]vz
illi de prima opinione[dixerunt,niſi mens præcurrat]aliquid præconcipiendo aut appe-
tendo[non vtiq; corpus ſequetur].i.non mouebitur ad illud.[Secūdi vero]qui ſz ſunt
de ſecunda opinione,[malam operationem corporalis paſſionis,]vz carnalis concupi-
ſcentiæ[ferunt in propriam allegationem].i.referunt ad carnem, & ei vtpote ſenſui aut
ſenſualitati imputant eam[dicentes ꝙ cogitationes ſumunt ingreſſum in cor plerūq; ex
ſpecioſa facie].i. corporali intuitu vultus formoſi[vel tactu manus,aut ex fragrātia ſua-
uis odoris,ſeu auditu delectabilis vocis.] Iſti habent pro ſe quod ait apoſtolus Paulus:
Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum,alij vero quod aſſerit Chriſtus:De corde exeunt co- Galat. 5 Matth. 15
B gitationes malæ,furta,adulteria,&c.[De his qui poteſt in domino doceat]quæ ſz harū
opinionum ſit verior.[Iſta enim ſunt multum neceſſaria & vtilia ad ſciendum exequen-
tibus vitam actiuam & adiuuantia] eos qui adhuc dimicant contra paſſiones & vitia,qi-
bus expedit ſcire quid ex quo naſcatur. [Exiſtentibus nanq; in ſimplicitate & rectitudi-
ne cordis de his ſermo nullus].i. iuſti & ſimplices nō indigent perſcrutari aut informari
de iſtis. Cum enim ſint columbina ſimplicitate atq; iuſtitia decorati,dominātur paſſio-
nibus ſuis,& ſua ſimplicitate contenti occupant ſe circa ſpiritualia ac diuina. [Non eñ
oīm eſt ſcientia,neq; oīm eſt beata ſimplicitas,quæ lorica eſt contra dolos malignorū]
cum Salomon proteſtetur:Sapientia protegit gradientes ſimpliciter. Itemq;:Qui ambu- Prou. 2 Prou. 10
lat ſimpliciter,ambulat confidenter. Imo ſicut comparatiue loquendo perpauci ſunt in
charitate , ita & donum ſcientiæ & bona iſta ſimplicitas inſunt perpaucis, vtpote ſolis
charitatem habentibus.Deinde author aliqualiter inſtruit nos de veritate prætactarum
opinionum.[Quædam nanq; paſſionum ex his quæ intus ſunt ad corpus proueniunt,]
.i.aliquæ paſſiones ſeu concupiſcentiæ procedunt ad corpus ac opus ſeu executionem ex
teris eam,reputans eam tanꝗ nocumentũ ex omni induſtria].i.qñ hanc tuiꝑſius hono-
rationem ac laudẽ cum moleſtia ac tædio toleras,arbitrãs eam eſſe periculoſam,& quan
tum in te eſt mallens vilipendi,ꝗ in vita hac honorari.[Secundã vero]vtpote gloriã va
nam[ſic cognoſces,qñ vc; contingit te operari vel agere quodcũq;,ꝗd etiam ad rem per
tinet]hoc eſt,aliquod ſalutare ac debitũ[&gloria]iſta ſeu dæmon gloriæ huius[perſua-
det nos facere iſtud vt ab hoĩbus videamur]perſuadet quoq; nos[configurare] id eſt,vt
diſponamus nos,aut alijs conformemus nos[ad oſtendendum virtutem non exiſtentẽ
in nobis]quod eſt deteſtanda ac duplex hypocriſis [aut inquietat aut ſupponit exiſten-
tem,]id eſt,moleſte nos tentat,vt oſtendamus & proponamus alijs virtutem,quæ extat
in nobis[& ſuggerit hoc]authoritate ſcripturæ[Sic eñ ait: Luceat lux veſtra coram ho-
Matth.5 minibus,vt videant opa veſtra bona]ꝗd intelligendũ eſt de operibus ad quæ tenemur.
[Deus frequenter reſtituit].i.reduxit[vane glorioſos in odium vanæ gloriæ per ignomi
niam eis ſuperuenientem.]Dum eñ experiuntur ſe deſpici propter ſuas vanitates & am-
bitiones ac complacentias vacuas,tandem deo moderante auertũt ac deflent ſuæ glorię
fatuitatem,vexatione eis intellectum præſtante.[Cuſtodia oris & amor ignominiæ,].i.
iniuriæ ſeu vituparationis[eſt principium priuationis].i.extirpationis vanæ gloriæ,quę E
frequenter prorumpit in verba iactantiæ,& per ea ſeipſam oſtendit ac fouet. Medium
vero].i.profectus in extirpatione vanę gloriæ,eſt[abſciſio oĩm interioꝝ vitioſarum ad-
inuentionum gloriæ vanæ] vtpote ſingularitatũ & ſuperſtitionum ac ſimulationum ac
duplicitatum.[Finis aũt].i.conſummata aſpernatio & extirpatio vanæ gloriæ eſt,[ſi tñ
abyſſo finis eſt]id eſt,ſi vana gloria,quæ ſine termino ſe extendit,& ſuper ſeipſam ac ſuã
extirpationem reflectitur,propter quod Oceano comparatur. Itaq; finis eius eſt[inſenſi
biliter].i.intellectaliter [adinuenire ea quæ ad ignominiam conferunt, & eam conſum-
mant coram multitudine,] hoc eſt,excogitare ac demonſtrare coram alijs quoſdam ge-
ſtus,per quos maxime contemnaris & humilieris ab illis, ſic tñ, vt geſtus illi non ſint in
ſe illiciti. Sed quia poſſet quis dicere,iſtud non eſſe agendum, ne quis alios ſcandalizet,
idcirco ſubiungitur: [Noli occultare tuam confuſionem,].i.tuam confuſibilitatem aut
propriam confuſionẽ,qua in teipſo de tuis peccatis confunderis, aut confuſionẽ,qua ab
alijs meruiſtis confundi[ſub intentione & reſpectu non dandi reliquis]hoĩbus[impedi-
mentum]ſalutis[&offenſam].i.ſcandalum. Prætacti eñ geſtus,per quos qs ab alijs ma-
xime inhonoratur ac ſpernitur, ſæpe ſunt alioꝝ ſcandalizatiui,vtpote amentiam finge-
re,culpam non commiſſam à ſe ſibimet imputare,abuſiua quædam peragere. Ideo poſſet
qs opinari nullũ debere talia facere vt magis vilipendatur,&docet hic author ꝙ talia nõ
ſunt vitanda iſtis ex cauſis. Et de hoc legũtur in Vitaſpatrũ quędã exempla. Veruntamẽ F
multi doctores affirmant talia nõ eſſe agenda de lege cõmuni,cum dicat Apoſt. Nemini
2.Corin.6 dantes vllam offenſionẽ,vt nõ vituperetur miniſteriũ noſtrũ. Itemq;:Ne ponatis offen-
Roma.14 diculum fratri vel ſcandalum. Et rurſus:Omnia honeſte & ſecundum ordinẽ fiant in vo
Matth.18
1.Cor.14 bis. Imo cum dicat ſaluator:Videte,ne ſcandalizetis vnum de puſillis iſtis. Et:Væ homi-
ni per quem ſcandalũ venit. Porro ꝙ aliqui ſancti talia laudabiliter egiſſe dicuntur,ſal-
uant dicendo, ꝙ ex ſpeciali inſtinctu ſpũs ſancti fecerũt huiuſmodi opera:quod ad imi-
tationem trahendũ non eſt. [Cæterum nõ conuenit vti eodẽ emplaſtro iuxta ſpeciem
offenſionis culpæ].i.iuxta diuerſitatem vitioꝝ vti oportet diuerſis remedijs contra ea.
[Quandocunq; gloriã nobis aduocamus].i.qñ noſipſi acquirimus nobis gloriã ſeu ho-
norem[& qñ venit ad nos præmiſſa ab alijs nõ vocata].i.qñ ſponte exhibetur nobis ab
alijs abſq; procuratione & practica noſtra [& qñ nitimur facere aliquas adinuentiones]
.i.aliquos geſtus ſeu mores aut ſingularitates monſtrare[ad vanam gloriã]prouocandã
ſeu obtinendã[reminiſcamur luctus noſtri,] qualiter ſc; peccata & pericula noſtra con-
ſueuimus deplorare[& timentes corã deo aſſiſtentiæ ſolitæ immorari in nobis tpe ora-
tionis].i.recolamus etiã qualiter conſueuimus nos habere timorate,& immorari timo-
ri in dei præſentia,preſertim qñ orauimus eum [& penitus auertamus à nobis, & erube-
ſcere faciemus procacẽ].i.gloriam vanam,ita ꝙ ex recordatione priſtinæ noſtræ cõpun
ctionis,humilitatis atq; timoris ipſam abijciemus,& noſipſi de ea erubeſcamus [ſi tamẽ
habemus curam & ſtudium veræ orationis,] hoc eſt, ſi ſoliciti & intenti ſumus, vt cum
deuotione



A deuotione decenti deo orationes fundamus, [ſi vero non ſumus,]ad hoc ſoliciti [capia-
mus celeriter memoriam exitus noſtri,ſin aũt timeamus ſaltem illam confuſionẽ, q̃ iæ
conſequitur gloriam vanam. Qui eñ ſeipſum exaltat,humiliabitur non ſolummodo in
futuro, ſed etiam nunc ad tempus. Quum ſeductores] hoc eſt, adulatores [ incipiunt
nos laudare,feſtinemus memoriter conſiderare multitudinẽ iniquitatũ noſtraꝝ, & in-
ueniemus noſipſos indignos his quæ dicuntur vel aguntur ad noſtrum præconiũ & ho-
norem. Sunt penitus glorioſi inaniter,q debent exaudiri à deo in aliquibus petitionibus
ſuis].i.quidam vani glorioſi tales ſunt,idq; merentur vt exaudiantur à deo in quibuſdã
quæ petunt,quæ tñ ad ſalutem eoꝝ nequaꝗ ſufficiunt.[Quoꝝ orationes & obſecratio-
nes ſolet dñs anticipare].i.præueniendo celeriter exaudire,vel anteꝗ orent dare ꝗd fue-
rant petituri,[vt accipientes quod optant non per orationẽ].i.abſq; diuturna petitione
aut etiam non orando[addant elationem ſuæ elationi,] extollendo ſeipſos tanꝗ multũ
deuotos,qbus ad manum ſit deuotione & feruore perfundi,ac taliter præueniri & exau-
diri. Tales igitur orent ſibi deſuper dari veram humilitatẽ,patientiam ac mortificationẽ
ſalubrem. Et in verbis his ꝙ ait:Vt addant,&c. vt,tenetur concomitanter,nõ cauſaliter.
[Qui ſunt omnino ſimpliciores,]columbina ſimplicitate, [non conſueuerunt corruere
B iſto veneno].i.decipi per hunc modum,qui eis venenum eſt.[Nam vana gloria eſt ſim-
plicitatis abiectio,& inſtitutio &conuerſatio ficta. Vermis cum creuerit alas naturaliter
mittens,plerunq; in altum extollitur]ſurſum volando[&vana gloria conſummata]per
conſenſum illicitum[parit ſuperbiam,quę eſt complementum &autrix omnium vitio-
rum. Qui vero non capitur à gloria vana,nõ corruet in ſuperbiam deo inimicam & ad-
uerſantem,& ſine capite exiſtentem.]cum ipſa ſit caput, origo & radix malorum.

¶De gradu XXII. vc; de ſuperbia ſine capite exiſtente. Articu. XXX.

SVperbia eſt dei negatio]Superbus nãq; ſeipm ſic erigit,& de donis dei ita extollit ſe-
ipſum,quaſi ea habeat à ſeipſo:per ꝗd æquiualenter abnegat deũ,& ſeqtur Pharao-
nem,cui dñs ait per Ezechie. Audi Pharao draco magne,q dicis:Meus eſt fluuius,& ego Ezech.29
feci meipſum. Eſt ꝗq; ſuperbia[inuentio dæmonũ]Nam & primus ille apoſtata primus
ſuperbiuit in cœlo,alioſq; ad elationẽ induxit[deſpectio hoĩm,]qa per eam vnus deſpi-
cit alium[mater condẽnationis atq; iudicij]Superbi eñ alios temerarie iudicant,repro-
bant &condemnant[laudũ proles]qñ ſæpe oritur ex laudibus alioꝝ,vt dictum eſt[in-
fructificationis argumentũ].i.ſignum interioris ſterilitatis, & ꝙ ſuperbus nõ proficit in
gratia & virtute[effugatio adiutorij dei]facit equidẽ hoĩem adiutorio dei indignũ[præ-
curſor extaſis & amẽtiæ].i.diſpoſitio ad tantam infatuationem &deceptionẽ,vt homo
alienetur à ſeipſo,& vſu rationis priuetur,fiatq; phantaſticus,[conſiliator].i.procuratio
[lapſuum & ruinaꝝ]qa ad varia trahit peccata[occaſio defectionis].i.debilitatis cordis
C ac capitis[fons furoris]ſuperbi eñ faciliter & vehementiſſime iraſcũtur,qñ paruam in-
iuriam reputant maximam,cum ſint in oculis proprijs magni[firmamentũ dæmonum,
cuſtos vitioꝝ.] Per ſuperbiam quippe homo meretur in peccatis ſuis relinqui, & iugo
dæmonum firmiter ſubijci[inuiſceroſitatis abductor,ignorãtia compaſſionis]nam red-
dit hominem crudelem & incompaſſiuum[amarus poſitor & exquiſitor rationis]ſuper-
bus nanq; cum exacerbatione & rigore iudicat alios,& ſatisfieri ſibi expoſtulat. Ideo
ſubditur [exactor crudelis & inhumanus luctator,deo contrarius]cui rebellis eſt[radix
blaſphemiæ]ad quã tandem perducit ſuperbũ cum ei contingunt aduerſa,in qbus fit re-
pente valde impatiens. [Initium ſuperbiæ & finis vanæ gloriæ]quia vt patuit præcedẽ-
ti articulo,vana gloria ad ſuperbiam introducit,&vbi ipſa terminatur,ſuperbia inchoa-
tur. [Medium ſuperbiæ]eſt[contemptus proximorũ,inuerecunda quoq; manifeſtatio
proprioꝝ laborum & doloꝝ]ex quibus poteſt qs excellentior apparere[cordialis etiam
amor propriæ laudis, & odiũ correptionis ac redargutionis. Finis aũt ſuperbiæ,]eſt[ne-
gatio adiutorij dei, & extollentia propriæ feſtinantiæ ac ſolicitudinis.]Ad hoc nanq;
ſuperbia finaliter ducit ſuperbum, vt putet ſe proprijs viribus, quæ bona ſunt operari,
nec indigere gratioſo dei auxilio, ſicq; extollant propriam alacritatem & curam,qua fe-
ſtinauit ac ſtuduit bona efficere,ſecundum ꝙ æſtimat,quod totũ eſt[mos dęmoniacus]
.i.actus & apparatus dæmonem ſequens. [Omnes volẽtes effugere foueam hanc audia-
mus. [Paſſio hæc] puta ſuperbia [diligit frequentius paululum accipere] .i.cõmuniter
oritur partim ex gratiarumactione. [Non enim ſupponit ac ſuggerit].i.non præſumit,
nec

nec inſtigat ab exordio ſui deum negare irreuerenter & ſine rubore, [Vidi referentē deo D
gratiarū actiones ore,& extollentē & magnificantem ſeipm ex propria prudētia]qua ſcit
deo eſſe regratiandū tanq̄ fonti oīm bonoꝝ[Teſtatur hoc]verum eſſe[phariſęus ille]iro
Lucæ 18 nice[dicens:O deus,gratias ago tibi]quam gratiarumactionē dr̄ ille phariſæus deo ob-
tuliſſe ironice,qa nō egit hoc ex vera deuotione & humilitate, ſed ex ſuperba cognitio-
ne[Vbi ruina pertingit & aduenit,ibi ante ſuperbia tentoriū fixit]Cętera eñ peccata ex
ſuperbia oriuntur,ideo eam aliquo modo præſupponunt[Diminutio eñ prioris eſſe ſe-
cundum doceatur aut ſupponatur]Hoc interrogatiue & negatiue legendum videt,vt ſit
ſenſus: Quis dicat aut præſupponat q̄ minoratio ſuperbiæ, quæ eſt prima iniquitas,ſit
ſecundum,i.alius caſus?Quod cum dici nō poſſit,conſtat q̄ ipſa ſuperbia ſit cauſa ruinę
ſequentis. [Audiui quendā memoria dignum & honorandū,dicentem eſſe duodecim
paſſiones ignominiæ,]Sic & philoſophi & theologi quidā dicunt eſſe 12. paſſiones aīæ,
loquendo in gñe:quidam vero aſſerunt q̄ 11. ſint. Quæ dicuntur paſſiones ignominiæ,
id eſt,ſenſualitatis, vel qa rationi irreuerenter reſiſtunt,atq; ad ignominioſa opa pertra-
hunt hominē,[ſi vnam illaꝝ,dico aūt elationem]quæ eſt appetitus tpalis excellētiæ aut
humani honoris [dilexeris voluntate]vtpote cum pleno conſenſu[illa elatio complebit
locum vndecimū].i.vndecima erit in ordine forſan ſcd̄m aliquam conſideratione[Mo-
nachus altum ſapiens].i.magnum & ſapientē ſe reputans[contradicit vehemēter]ſupe- E
riori ac alijs præferens iudicium ſuum iudicio eorundē[Monachus vero humiliter ſapi-
ens contradicere neſcit.Cypreſſus dedignatur pergere ſuper terrā].i.ex ſua natura incli-
natur ad hoc,vt creſcat ſeq; extendat in aere & in alto[& arrogans monachus ſuperbus
corde dedignat obedientiam poſſidere.Vir altus corde deſiderat principari,aliter eñ nō
poteſt,magis vero non vult perdi in finem vt congruit].i.aliter nō valet,imo nec vult fi-
naliter condemnari,tanq; horribiliter & extreme perire, ſicut decet eum perire propter
ſuam elationē:idcirco iuſto dei iuditio permittitur ad ambitionem corruere, imo & in-
terdum ad maiorem ſuam damnationē obtinere optatā prælationem[deus reſiſtit ſuper
bis,quis aūt valet miſereri].i.auxiliari]eoꝝ niſi oīpotens deus?Immundus eſt corā dño
oīs arrogans corde, & qs de cætero valebit eos mundare?Correctio & diſciplina ſuper-
borum eſt ruina & lapſus]Dum eñ corripiuntur & caſtigantur,per impatientiā & indi-
gnationem ſuam grauius peccant & cadunt[Stimulus vero dæmon].i.diabolus pungit
& incitat eos ad mala,deinde puniet eos in ſempiternū[Derelictio aūt extaſis atq; amen
tia].i.præcipua derelictio ſuperbo à deo eſt,q̄ elationis ſuę demerito cadere permittunt
ad alienationem & infatuationē præfatas [Nempe de primis,hoīes ab hoībus ſunt cu-
rati].i.vnus homo interdum curam alium miniſterialiter de vitijs pertinentibus ad prin
cipium ac medium ſuperbiæ,de quibus iam dictum eſt. [Nouiſſimum vero ab hoībus
inſanabile] .i.hoc quod pertinet ad finem ac conſummationē ſuperbiæ,de q̄ nunc men- F
tio facta eſt,nō poteſt ab vllo hoīe viatore curari.Hoc eñ eſt negatio adiutorij dei,quæ
Titum 3 fuit hæreſis Pelagij,aſſerentis nos poſſe mereri ſine gr̄a dei.Vnde Apoſt.Hæreticū homi
nem,inqt,poſt vnam & ſecundā correctionē deuita,&c. [Qui amouet à ſe redargutio-
nem] .i.qui increpari dedignat[paſſionē ſignificauit].i.ſuperbum,impatientē,& paſſio-
nibus ſubditum ſe eſſe monſtrauit[accedens vero]ad correptionem ſpontanee[ſoluitur
à vinculo]ſuæ culpæ [Si abſq; alia paſſione propter hanc ſolam cecidit qs de cœlo,].i.
qm̄ primus ille apoſtata de cœlo deiectus eſt propter ſolam ſuam ſuperbiā[quęrendum
eſt nequando]hoc eſt,an ne aliquādo [poſſibile ſit ex ſola humilitate ſine alia virtute in
cœlos aſcēdere.]Ad q̄d breuiter reſpondendū,q̄ per ſolam humilitatē homo pōt aſcen-
dere & ſaluari,ſi humilitas accipiatur cum incluſione virtutū ei inſeparabiliter annexaꝝ,
Hebre. 11 aliter nō. Nec eñ poſſibile eſt hoīem quenq̄ ſaluari ſine charitate,imo nec ſine fide, ſine
qua impoſſibile eſt deo placere.[Superbia eſt perditio ſpūalium diuitiaꝝ & ſudoꝝ]ſicut
iam habitum eſt.[Clamauerunt nec erat qui ſaluos faceret,qa cum ſuperbia clamauerūt
ad dñm nec exaudiuit eos penitus, ideo qa nō abſciderunt cauſas contra quas orabant.
.i.de ſuis peccatis nō pœnituerunt veraciter.[Senex quidā cognitione & ſcientia plenus
ſpiritualiter ammonuit fratrē ſuperbientē]vt elationē oēm abijceret. Ille vo excæcatus
reſpondit:Indulge pr̄,nō ſum ſupbus.Sapiētiſſimus aūt ſenex dixit ad fratrē:Qualē eui-
dentiorē oſtenſionē ſupbiæ poteris nobis exhibere ô fili,q̄ vt dicas,ſupbus nō ſum.Obe-
dientia & ſubiectio omnino decet & cōuenit talibus]puta ſupbis,[& conſtitutio magis
craſſa



A craſſa,vilis & ignominioſa] .i.contrectatio,collocatio & humiliatio groſſa,deiectiua,&
quaſi iniurioſa,vt acriter exercitentur,& frangere ſe addiſcant oībus obſequendo,& in-
fima loca tenendo[& lectio directionū patrum ſuper naturā,] .i.prælectio exercitioꝝ &
operum ſanctoꝝ patrum,quæ ſupernaturaliter impleuerunt,vt illoꝝ exēplis ædificētur
ſeq; humiliare & mortificare conentur[forte ſic ſaltem erit quædā parua ſpes ſalutis infir
mantibus].i.fratribus tam ſuperbis[cōfuſio eſt ſuper alieno ornatu extolli].i.de alioꝝ
perfectione ſuperbire: quemadmodū qdam inflantur,qa in ordine eoꝝ fuerunt multi
ſapientes ſanctiq; viri,cum tñ illoꝝ non ſectentur veſtigia.[Extrema vero inſipiētia eſt,
ſuper chariſmatibus dei phantaſticari] .i.dona gr̄æ dei ſibijpſi,non diuinæ pietati aſcri-
bere,q̄d eſt illuſio prorſus phantaſtica. [Quæcunq; directiones tibi fuerunt ante tuā ge-
nerationem].i.quæcunq; opera bona feciſti anteq̄ natus fuiſti aut regeneratus in Chr̄o,
ſuper his ſolis extolle te]quæ vtiq; nulla ſunt. [Quæ eñ ſunt poſt generationem].i.bo-
na quæ feciſti poſtq̄ natus es [donauit tibi deus ſicut & ipſam generationē,] idcirco non
licet tibi ſuperbire de illis. [Quaſcunq; præter mentem virtutes direxiſti].i.actus virtuo
ſos quos feciſti abſq; intellectu & vſu rationis[hæ ſolæ tuæ ſunt] i.tibi aſcribi poſſunt,
q̄ nullæ ſunt,cū ſine rationis iudicio nulla ſit actio virtuoſa[mentem eñ deus donauit]
B Ideo oīs actio mentis eſt deo attribuenda[Quæcūq; certamina victoriæ oſtendiſti ſine
corpore].i.extra corpus exiſtens,aut ſine corporis tui concurſu,[facta ſunt ex ſola feſti-
nantia] .i.agilitate[tua. Corpus eñ nō eſt tuū].i.à teipſo illud nō habes[ſed eſt factura
dei.Ne confidas vſquequo ſententiā acceperis].i.noli præſumere aut ſine dei formidine
eſſe,anteq̄ fueris iudicatus à deo[videns illum manibus & pedibus vinctum eſſe in tene
bras exteriores proiectū poſt vocationē & inter recumbentiā aſſiſtentiū ſponſo] Vnde
in euange.legitur:Intrauit rex vt videret diſcumbentes,& vidit ibi hoīem non veſtitum Matth. 22
veſte nuptiali.&c. [Noli arrogans altū ſapere,cum ſis terrenus. Multi eñ de cœlo eiecti
ſunt cum fuiſſent immateriales & ſancti] vz angeli q cum Lucifero peccauerunt,q ſan
cti fuiſſe dicunt,nō q̄ deo vnq̄ beatifice fruebant,ſed qa in ſanctitate quadā creati ſunt,
pſertim ſcd̄m eos q aſſerunt eos eſſe creatos in gratia gratūfaciente & charitate.[Quan-
do dæmon capit locum in operarijs ſuis,tunc ſupapparens eis per ſomnia aut etiam ma-
nifeſte in viſione in figura cuiuſcunq; angeli ſancti aut martyris , tradit eis reuelationē
myſteriorū ſiue chariſmatū].i.ſecreta aliqua eis reuelat, aut quædā ſimilia diuinis chari-
ſmatibus eis largitur; [vt miſerabiles ſeducti falſis,].i.deceptionibus & talibus fallacijs,
excidant perfecte à ſenſibus].i.amentiam incurrant, aut errores catholicæ veritati con-
trarios.Iſtud operatur diabolus in quibuſdam,q̄s videt ad tales illuſiones magis diſpo-
ſitos,& q ſua ſingularitate ac prauitate merent ita relinqui à deo,ac ſubdi dæmonio[Li-
cet mille mortes ſuſtinuerimus pro Chr̄o,nondum tñ q̄d eſt congruum perſoluemus,]
C .i.nil condignū ei rependimus,nec vicem æqualem. [Aliud eñ eſt ſanguis dei,& aliud
ſanguis ſeruoꝝ,aliud inquam[ſcd̄m dignitatem nō ſcd̄m eſſentiam]ſpecificā.i.ſanguis
Chriſti,q eſt deus verus veraciter incarnatus , eſt incōparabiliter dignior ſanguine nr̄o.
Idcirco paſſioni Chriſti nihil æquale aut dignū rependere poſſumus, quicqd & quoties-
cunq; pro illo perpeſſi fuerimus.Quid ergo eueniet illis,q nec modicū verbū,nec paruā
iniuriam,nec pœnitentiæ afflictionem volunt pati pro Chriſto? [An ceſſemus noſipſos
ſemper inquirere,examinare & dijudicare per comparationē ad patres & luminaria?].i.
ſplendidiſſimos atq; illuminatiſſimos viros,q fuerunt ante nos[& tunc inueniemus noſ-
ipſos nondū calcaſſe veſtigium diligentis].i.ſolicitæ ac timoratæ[cōuerſationis,ſed ad-
huc cōmorantes ac poſitos in inſtitutione aut conſiſtētia ſeculari].i.in vita & gradu ho
minum mundanoꝝ reſpectu ſanctoꝝ patrum.Deinde ponuntur quędam deſcriptiones
monachi,quæ qualiter intelligendæ ſunt patet ex dictis gradu primo de inanis vitæ fu-
ga.[Monachus proprie eſt oculus non elatus,humilis animæ intuitus, & immotus cor-
poris ſenſus.]Iſta deſcriptio datur de monacho per partem & per actum præcipue perti-
nentem ad ipſum. Potiſſime quippe ſpectat ad monachum oculū habere nō elatum,ſed
exteriorem & interiorē intuitum humilem,in oībus quoq; ſenſibus eſſe cuſtoditū,refre-
natum ac fixum.[Monachus eſt,q impugnatores inſtar beſtiaꝝ aduocat & irritat cū fu
giunt ab eo] Monachus nāq; debet eſſe tam fortis in fide,tā fixus in ſpe diuini auxilij,tā
feruēs in charitate & tātæ conſtātiæ , vt inuiſibiles hoſtes deo agēte prompte pſternat,
& victos ad præliū contra ſe prouocet. Quod tñ agere non competit niſi perfectis,q &
cum

cum omni humilitate & indeſinenti confidentia auxilij diuini id facere debent. [Mona- D
chus eſt inceſſabilis exceſſus & triſtitia vitæ]. i. ad monachum ſpectat ad vitam beatam
futurã iugiter aſpirare, præſentia cuncta tranſcendere, & huius exilij incolatum deflere.
[Monachus eſt, q̄ ita afficitur & qualificat̃ virtutibus, ſicut alius delectationibus vicio-
ſis & concupiſcentijs,] Pertinet nanq; ad monachum, vt totis præcordijs afficiatur circa
bonum honeſtum, & ſemper eſuriat ſitiatq́; iuſtitiam, ſpiritalem profectum, conſumma-
tionem virtutum, ita vt viſcera animæ ſuæ conuertantur ac transformentur in bonita-
tis ac pietatis affectum, quemadmodum libidinoſus totis pręcordijs ad carnalia delectat̃
atq; in turpitudinis affectum cõuertitur, [Monachus eſt inceſſabile lumen in oculo cor-
dis]. i. lumine diſcretionis & dono ſapientiæ iugiter decoratus in ratione. [Monachus
eſt abyſſus humilitatis]. i. profundiſſima humilitate ornatus [ex toto præcipitãs & ſuffo-
cans omnem ſpiritum alienum] vc; ſpiritum elationis, fornicationis, iræ, impatiẽtiæ, gu-
læ, & quicquid humilitatis eſt expulſiuum. [Tumor operatur peccatorum obliuionem]
hoc eſt, elatio facit hominem peccatorum ſuorum immemorem [ſed conciliatio humili-
tatis]. i. conſideratio humilis ſuijpſius parit [peccatorum memoriam. Superbia eſt no-
uiſſima]. i. extrema & maxima [animæ penuria, diuitias phantaſticans]. i. faciens homi-
Apocal. 3 nem imaginari ꝙ ſit virtuoſus ac diues, iuxta illud in Apocal. Dicis quia diues ſum, &
nullius egeo, & neſcis quia tu es miſer & miſerabilis [& lumen in tenebris videre ſe arbi- E
trans] facit enim hominem pręſumptuoſum, ita vt cum ſit in caligine vitiorum, putet ſe
ad contemplandum ſublimia ac diuina idoneum [Non ſolum non progredi inquinata
non ſinit]. i. vitioſa iſta ſuperbia non tantum impedit hominem à proceſſu virtutũ, [ſed
& longe proijcit eum ab altitudine]. i. maxime facit diſtare ab arce perfectionis, & quo
ſuperbus ſe erigit altius, eo propria animoſitate ruit profundius. [Superbus eſt ſanies in-
tus putreſcens, extrinſecus vero viſione niteſcens.] Superbus nãq; quanto plus extra or-
natur, proſperatur, & aliquid eſſe videtur, tanto interius fœdior abominabiliorq́; conſi-
ſtit, quemadmodũ Chriſtus de ſcribis & phariſæis ſuperbis diſſeruit: Similes eſtis ſepul-
Matth. 23 chris dealbatis, quæ à foris pulchra apparent, intus vero plena ſunt omni ſpurcitia. [Mo-
nachus ſuperbus non indiget dæmone] quo tentetur [ipſe enim ſibijpſi decætero factus
eſt dæmon & impugnator] Nam inſtar diaboli concipit, cupit, profert & operatur ex ſe-
ipſo ſuperba, vana ac impia. [Tenebræ ſunt alienæ & extraneæ à lumine] loquẽdo de te-
nebris puris & impermixtis [& ſuperbus ab omni virtute extat extraneus. In cordibus
ſuperborum concipiuntur verba blaſphemiæ] dum eis contingũt aduerſa [In animabus
vero humilium oriuntur ex deo verba cœleſtia,]. i. inſpirationes ſupernæ & illumina-
Pſalm. 48 tiones diuinæ, ita ꝙ dicere queunt: Audiam quid loquatur in me dominus deus. Cum
Prou. 3 ſimplicibus enim atq; humilibus ſermocinatio dei [Abominatur fur ſolem] inquantum
ſol lumine ſuo prodit aut impedit eum [qui autem ſuperbus eſt vilipendit mites. Pluri- F
mi ſuperborum latent ſeipſos neſcio qualiter.] Propria enim pericula & peccata nõ in-
tuentur excæcante eos elatione ipſorum [& arbitrantes ſe eſſe ſine vitio & impaſſibiles]
. i. à paſſionum exceſſibus reformatos [propriam penuriam in exitu]. i. in hora mortis
[cognouerunt] ſuas vc; iniquitates, inopias, & erumnas, vel ex dei iudicio, quo tunc par-
ticulariter iudicantur, vel ex dæmonum procuratione, qui tunc ad eorũ reducit memo-
riam peccata ipſorum, vt eos ad deſperationem inducat, vel ex propria cõſideratione in-
ducti timore ſeruili diuini iudicij ac infernalis ſupplicij [Qui captus eſt ab ea]. i. elatio-
ni ſubiectus eſt [non oſecrabit dominum] ex vera deuotione q̃diu in captiuitate huiuſ-
modi perſeuerat [Vana eſt eñ apud illum ſalus hominum]. i. ſuperbus nec ſuijpſius, nec
aliorum ſalutem appreciatur, attendit, aut curat [apprehẽdi alicubi errorem & ſeductio-
nem ſuperbiæ, quæ eſt ſine capite]. i. in quodam loco exiſtens aduerti & conſideraui er-
rorem ac fraudem ex ſuperbia orientem [in corde meo repentem cum labore remigij]. i.
conatu pertinaciæ aut ſimilis vitij cooperãtis præfatæ deceptioni, ſeductionem inquam
[vectam ſuper humeros propriæ matris]. i. ſuper ipſam elationem, ex qua gignitur & cui
innititur, à qua etiam fulcitur atq; defenditur [quas illaqueans obedientiæ vinculo]. i. ſu-
perbiam & eius ſeductionem captiuans ac ligans virtute & actu obedientiæ ſanctæ [fla-
gellanſq́;] eas [vilitatis flagello]. i. humili ſubiectione & paupertate, ſeu proprij ſenſus re-
ſignatione [exquiſiui diſcere introitum earum in me per tormenta. Quocirca flagellatæ
dixerunt: Non nos habemus principium neq; genituram,]. i. ex alijs vitijs non genera-
mur



A mur originaliter, communiter aut directe, [ſed nos ſumus principatrices & genitrices
vniuerſarum paſſionum,] imo & omnium vitiorum. [Porro contritio cordis genita in
obedientia] id eſt, per obedientiam acquiſita [non modice nos impugnat, & nõ ſuſtine-
mus vt aliquis dominetur nobis. Propterea & in cœlis principãtes factæ]. i. angelos in-
ducentes ad deſideriũ principandi inordinate [apoſtatauimus inde. Et vt ſummatim di-
catur, nos ſumus genitrices oĩm vitioꝝ contra humilitatẽ agentiũ. Vniuerſa vero coope-
rantia humilitati appoſita ſunt nobis contrarie]. i. oĩa illa nobis repugnant [ſed in cœlo
vicimus] angelos reprobos [& tu quo à facie noſtra fugies? Nos naturaliter habemus ig-
nominias frequentius conſequi obedientiã & inirascibilitatẽ & obliuionem iniuriæ &
miniſtrationẽ]. i. naturale eſt nobis, vt practicemus & procuremus hoc, ꝙ hi q̄ bene obe-
diunt, iramq́; vincunt, & illatã ſibi iniuriã prorſus obliuiſcũtur, oĩbus q̃q; humiliter ob-
ſequuntur, ſeu deo rite deſeruiunt, ignominias & perſecutiones ſæpius patiant̃. Quia ſu-
perbos excitamus ad moleſtandũ, ſpernendum, perſequendumq́; tales, quemadmodum
ſcriptũ eſt: Abominatio ſuperbo humilitas. Et: Deridetur iuſti ſimplicitas. [Noſtrę pro- Eccl. 13
genies]. i. vitia orientia ex nobis, quæ ſunt filiæ noſtræ [ſunt ruinæ & lapſus ſpiritualiũ,] Iob 12
qui ſæpe per ſuperbiam & eius ſeductionẽ deijciuntur [ira, detrectatio, amaritudo, furor,
clamor, blaſphemia, hypocriſis, odium, inuidia, cõtradictio, cõplacentia & regulatio pro-
B priæ volũtatis] imperſuaſibilis [& inobedientia] Superbi eñ ſuis aduerſarijs & ſui hono-
ris, promotionis ac excellentiæ impeditoribus cito & vehementer iraſcuntur, obloquũ-
tur & amaricantur, & contra eos furere atq; clamare non erubeſcunt, quibus & inuidẽt
ac reſiſtunt. Sunt etiam pertinaces in proprio ſenſu, & complacentiam habẽt in his quæ
ſunt proprię voluntatis eorum, & iuxta eam ſe regulant. Superioribus quoq; multoties
contradicunt & inobedientes exiſtunt, & ſimulant ſe quod non ſunt. [Vnum eſt ſolum
in quo non habemus virtutem ſuperconari,]. i. poteſtatem præualendi [& hoc tibi dici-
mus flagellatæ]. i. per flagella tua coactæ [ſi coram deo perſiſtas teipſum integre vitupe-
rare & inculpare]. i. humiliter accuſare [reputabis nos quaſi araneam] quæ q̃uis ſit vene-
noſa, faciliter tñ necatur. [Vt vides, vana gloria eſt equus ſuperbiæ, ſuper quam aſcẽdit.
Sancta vero humilitas ſeipſam inculpans atq; vituperans, deridebit equum & aſcenſorẽ
ipſius,] vc; vanam gloriam & ſuperbiam [delectabiliter canens in melodia]. i. conſonã-
tia verborum & morum ſeu operum [laudem ac canticum,]. i. deo gratias agens in hy-
mnis & pſalmis [ſuper victoria]. i. pro triumpho ſibi cõceſſo contra vanã gloriã & ela-
tionem, dicetq́;: [Cantemus dño, glorioſe eñ honorificauit equum, & aſcenſorẽ deiecit
in mare, & in abyſſum humilitatis,]. i. per profundam humilitatem eos ſubmergit, quẽ-
admodum olim ſubmerſit Pharaonem cum ſuis in mari rubro.

C ¶ De gradu XXIII. ſc; de inexplicabilibus cogitationib. blaſphemiæ. Art. XXXI.

AVdiuimus in prætactis] vc; in præcedenti capitulo [de crudeli radice & matre,]. i.
de ſuperbia [crudeliſſimam prolem] ſeu filiam, [eſſe exortã. Dico aũt nephandam
propagationẽ blaſphemiæ inquinatæ ſuperbiæ]. i. ipſam nephandam blaſphemiã dico
eſſe hanc crudeliſſimã filiam vitioſæ elationis [propterea neceſſariũ eſt eam in mediũ de-
ducere]. i. de hac filia in pręſenti capitulo determinare poſt determinationẽ de ſuperbia
matre ſua factam cap. præcedenti [Blaſphemia nanq; nõ eſt ex indifferentibus vel quali-
buſcunq;]. i. de numero mediocriũ aut communiũ hoſtium [ſed eſt vtiq; oĩm crudeliſſi-
mus inimicus & impugnator: & q̊d crudelius eſt, q̄a neq; faciliter põt explicari, cõfiteri,
& manifeſtari medico,] ſpiritali, vtpote confeſſori aut præſidenti, ſeu vnicuiq; viro ſapi-
ti ad conſulendum idoneo: qui eñ de blaſphemia ſeu ꝑfidia impugnantur, valde verecũ-
dantur ac metuunt aperire alicui q̊d patiuntur [Qua ex re] blaſphemia iſta [peperit mul-
tis obſtinationẽ & deſperationẽ. Immundus hoſtis conſumens vniuerſam eoꝝ ſpem,
quemadmodũ vermis in ligno conſumit illius vigorẽ. Iſte ergo, iſte immũdiſſimus inimi-
cus] vc; ſpũs blaſphemiæ atq; ꝑfidiæ [multoties cupit, diligit & p̃ſumit apud ſanctas cõ-
gregationes]. i. in cordibus deuotoꝝ ac perfectorum, [in ipſa tremenda hora & viſione
myſterioꝝ]. i. tpe conſecrationis & eleuationis ſacramenti adorandi ac ſuperdigniſſimi
[obloqui] per ſuggeſtiones peſtiferas, ꝑfidas ac blaſphemas [cõtra ipſa ſancta, q̄ perficiũ-
tur & audet dñm diffamare,] immittendo cogitationes, ꝙ dñs Ieſus ſit author ac teſtis
falſitatis, [Vnde & ſapienter ac maxime edocemur, ꝙ aĩa nr̃a nõ fuit vlterius loquẽs illa

D impia ac nephanda eloquia,ſed diabolus odiens deum,q de cœlo eſt effugatus,eo q fuerit arbitratus ibi immittere]ſibi aut alijs[blaſphemias]contra deũ dicendo: Similis ero altiſſimo,aut aliqd tale.[Nempe ſi ſermones illi inconuenientes & impudici]vtpote prętacta interiora eloqa blaſphemijs plena[ſunt mei].i.ex meipſo cõcepti[qũo dñm ſumẽs adoro].i.qualiter eſſe poteſt,q ex intentione adoro ſacramentũ q̊d ſumo[qũo poſſum maledicere ſimiliter & benedicere?]ſacramẽto.[Seductor ille & animarũ corruptor multos frequenter induxit in exceſſum ſenſuũ atq; amentiam]q nimis immorabantur cogitationibus impijs, contra eas diſputando,& ſeipſos contriſtando,qm̃ ignorabant qualiter eis ſit reſiſtendum.[Nam nulla alia cogitatio eſt tam grauis ad confitendũ,vt iſta. Idcirco frequenter Inueterata cum multis conſenuit]manẽdo in eis vſq; ad mortẽ. [Nihil etenim ita præbet virtutẽ dæmonijs ac impijs cogitationibus contra nos, q̃ eas non confiteri,ſed in corde abſcondere ac nutrire.Nemo reputet ſeip̃m eſſe cauſam cogitationum blaſphemiæ]niſi forte per præcedentia vitia ſua. [Deus nanq; eſt cognitor cordiũ, & ſcit huiuſmodi verba ac ſenſus]blaſphemiæ,nõ eſſe noſtra,ſed inimicorũ noſtrorũ,qui ea inſpirant. [Inebriari eſt cauſa impingendi,]qa rationem obſcurat & impedit motum, [& ſuperbire eſt cauſa indecentium cogitationũ]qm̃ ſuperbiendo meremur eas incidere. [Deniq; impingens nõ eſt cauſa impingendi].i.ipſe inebriatus ambulando ſe contra E aliquid trudens,non eſt cauſa voluntaria & directa q ita impingit,qa ſit abſq; propoſito & aduertentia ſua, [ſed punietur propter ſuam inebriationem.] Simili modo ſuperbiens nõ eſt ſemper voluntaria cauſa ac directa cogitationum blaſphemiæ,& tñ propter ſuam ſuperbiam punietur. [Stantibus nobis in oratione inſurgunt contra nos cogitationes illæ immundæ atq; nephandæ,Oratione aũt cõpleta,confeſtim recedũt.Non em̃ conſueuerunt confligere contra eos,q eis nõ repugnant]Hoc dupliciter poteſt intelligi. Primo,q coĩter non impugnant eos,q nõ curant in virtutibus creſcere,vitijſq; reſiſtere. Secundo, q non impugnant eos,q tales cogitationes blaſphemas ac perfidas irrident, nec eas aduertunt, nec curant, ſed tanq̃ diabolica quædã ſuſurria diſſimulant & contemnunt,inſiſtentes virtutibus tanto ardentius,quanto talia importunius ſentiũt ſibi immitti,& cum iucunditate deo deſeruientes.Iſtud plane eſt vnũ de optimis remedijs contra tentationes huiuſmodi. Diabolus em̃ cum ſit ſuperbiſſimus,diu pati non põt talem ſui irriſionem & confutationẽ.Vnde beatiſſimus ac admirabilis vir ſeraphicus ille Franciſcus docuit fratres ſuos,vt in talibus tentationibus dicerent diabolo: Aperi os tuũ,& projiciam tibi ſtercus. Aliud remedium eſt,vt in confeſſione & extra confeſſionem clariſſime aperiantur alicui viro ſapienti,experto,idoneo. Tertium,vt homo ſimpliciter dicat:Ego credo ſicut ſancti patres,Martinus,Bernardus,Franciſcus,& innumerabiles alij glorioſiſſimi ſancti, q̊rũ non ſum dignus oſculari veſtigia. Non aũt expedit diſputare cũ impuriſſimis cogitationibus illis,nec debet ſe homo contriſtare propter eos,ſed deo ſeruire in iubilo:coĩter em̃ ſunt ſigna magni profectus futuri. F [Impius] blaſphemiæ ſpũs non ſolum blaſphemat].i.nõ ſolum inſtigat nos ad blaſphemandũ[deum & cuncta diuina,ſed & intellectualiter loquitur in nobis quæq; inconuenientia, immunda ac turpia verba,vt vel ab oratione ceſſemus,aut deſperemus. Multos nanq;]per hæc[ab oratione abſcidit & impediuit, atq; à ſacris myſterijs]ſacramentorũ celebratione aut perceptione [ſeparauit.Quorundam vero corpora fecit tabeſcere præ triſtitia,]qui tm̃ triſtabãtur de tali tentatione, q ex interiori mœrore eorũ corpora aruerunt. [Alios vero malignus & inhumanus iſte tyrannus domauit,] .i.extenuauit[per ieiunium,] qui putabant ſe poſſe tentationem hanc vincere abſtinendo[& nullam requiem dedit eis]qm̃ taliter victus nõ fuit.[Deniq; fecit hoc diabolus iſte nõ ſolum mundanis hoĩbus, ſed etiã exequentibus vitam monaſticã,& ſuppoſuit,].i. aſſertiue ſuggeſſit[eos decætero nõ poſſe habere vllã ſalutem, ſed miſerabiliores eſſe infidelibus vniuerſis & ipſis gẽtilibus.Qui à ſpiritu blaſphemiæ moleſtaẽ,& vult liberari ab eo,diligenter cognoſcat aĩam ſuã non eſſe cauſam talium cogitationũ,ſed immundũ dæmonẽ,eum q olim dixit ad dñm:Hæc oĩa tibi dabo,ſi pcidens adoraueris me,qui] per ſeipſum aut ſuos ſatellites[taliter nos impugnat. (Matth. 4) Propterea & nos eũ deſpicientes,& dicta ab eo nõ habentes in menſurã,] .i.ſuſurria eius nõ ponderãtes neq; curãtes [dicamus:Vade retro ſathana,dñm deũ meũ adorabo & illi ſoli ſeruiã. Porro dolor tuus & ſuggeſtio tua conuerteẽ in caput tuũ, & blaſphemia tua deſcendet in vticem tuuũ,& nũc in ſeculo,& in futuro,Amen. Qui vo vult luctari con-





A tra blaſphemiæ dæmonem extra modum [illegible]]vt; aliter q̃ nunc dixi[ſimilis eſt ei,q conatur coruſcationẽ manibus ſuis tenere. Q̃uo em̃ aliquis]à blaſphemia impugnatus, [apprehendet eam , aut dimicabit contra ſpiritũ iſtum, prætereuntẽ repente in corde, & diſparentem confeſtim, & habentem momentum].i.inſtans ſeu punctũ ſuæ præſentiæ, [celerius vbo]qũo inquam dimicabit aduerſus ſpiritũ illum niſi modo prætacto? [Oẽs em̃ pugnatores]viſibiles ſc; hoĩes[ſtant & præliantur & faciunt moram,& præbẽt temporum vices pugnanti aduerſus eos.Iſte vero]blaſphemiæ ſpũs[ita nõ facit,ſed dum apparet pariter mox recedit,& cum locutus fuerit]impia inſpirãdo,ſtatim[pertranſit] Veruntamen interdũ contrahit moram in tentando,ſuggerendo ac ſuſurrando. [Plerunq; conſueuit libenter immorari]dæmon hmõi[in mente ſimpliciũ ac puerorũ,qui maxime aut vehementius alijs agitantur & pturbantur ex tentationibus illis.In quibus dicimus hoc fieri nõ ex propria elatione ipſorũ,ſed ex malitia dæmonum. Ceſſemus proximũ iudicare & condemnare,& nõ timebimus cogitationes blaſphemiæ. Primum em̃]vt; temeraria iudicatio & condẽnatio proximi[eſt occaſio & radix ſecundi,]puta cogitatiõis blaſphemiæ.[Quemadmodũ q in domo concluſus eſt audit vba prętereuntiũ extra nõ loquendo cũ ipſis,ita & aĩa in ſeipſa quieſcens pcipiendo auribus cordis blaſphemias dęmonis intus turbaẽ.Quas blaſphemias]diabolus per animã tranſiens loqtur]ſuggerendo[Qui hunc dæmonẽ deſpicit liberatur]à paſſione impugnationis iſtius[qui vero con- B tendit ſupuacue concertare cum ipſo ex induſtria] quaſi per rationẽ contra ipſum diſputando,[in fine ſuccũbet.] Diabolus quippe eſt ineffalibiliter callidior atq; acutior hoĩe. Ideo ſubditur: [Qui em̃ vult ſpiritũ continere à vbis,].i.dæmonẽ à ſuggeſtionibus ſuis diſputando reprimere[ſimilis eſt volenti concludere ventos.Monachus qdã feſtinãs].i. feruens & agilis[atq; ſolicitus ab ipſo,]blaſphemiæ dæmone,[moleſtatus per annos 20. corpus ſuũ ieiunijs vigilijſq; afflixit,& qa ex hoc nullũ ſenſit reuelamen,abiens & impugnationem ſuã in charta ſcribens, obtulit eam cuidã viro ſancto pſtratus in faciem,nec audens ſurſum aſpicere ad ſanctũ illum.Senex aũt cum carthã legiſſet ſubriſit,& eleuãs fratrẽ:Fili,inqt,pone manũ tuã ſuper ceruicẽ meam. Quod cum frater feciſſet,ait ſenex magnus:Super collũ meum ò frater ſit hoc peccatũ,].i.q̊d tu putas eſſe pctm̃ in te,cũ potius ſit exercitiũ & flagellum[& quæcũq; hucuſq; in te fecit & faciet ſint ſuper me,ſolum id vlterius nõ habeas in menſurã].i.hoc tm̃ rogo & hortor vt decętero nõ cures,nec põderes bellũ iſtud.[Deniq; fr̃ ille aſſeruit,q añq̃ cellã ſenis egreſſus eſt,tẽtatio illa ceſſauit nec vltra apparuit.Hoc mihi narrauit q iſtud in ſeipſo exptus eſt,gr̃as agens deo.

¶De gradu XXIIII.ſc; mititate,ſimplicitate & innocẽtia,acqſitis auxilio gr̃æ ac ſtudio propriæ induſtriæ,& nõ naturalibus,& de malignitate. Artic. XXXII.

C LVmen auroræ præcurrit ſolem].i.ſolis aſpectũ ſuper noſtrum orizontẽ[& oẽm humilitatem]p̃cedit[curſus mititatis].i.actus ſeu exercitiũ manſuetudinis. Veruntamen virtutes iſtæ connexæ ſunt & tpe ſimul, ſed vna aliam p̃cedere dr̃,inquantũ actus vnus p̃cedit actum alterius,& aliam auget ac pficit.[Quocirca audiamus lumen ita ſubordinans ipſas gradu,] .i.Chr̃m,q has duas exprimendo virtutes primo nominat mititatem:Diſcite,inqens,à me,qa mitis ſum & humilis corde.(Matth. 11) Phas eſt ergo].i.licitum atq; poſſibile[illuminari à lumine]auroræ[ante ſolem. Deinde ipſum ſolem clare inſpicere. Non em̃ eſt hoc nõ p̃cognoſcentem illud intueri,].i.nõ conſimili modo contingit prius conſpicere Chriſtum oĩa præcognoſcentẽ, q̃ mens illuminetur lumine eius,[ſicut docet vera inſtitutio]i.inſtitutio[beatorũ.Mititas eſt intranſmutabilis cõſtantia mentis ęqualiter ſe hñs in ignominijs & honoribus]Mititas nanq; eſt virtus moralis,paſſionem iræ refrenans ac moderans,ne ex illatis iniurijs homo per iracundiã conturbetur:ſicq; mititas ex ſua natura eſt intranſmutabilis & fixa conſtantia mentis.Verũtamen mititas nũc ſumi videtur,prout etiã ad patientiã ſe extendit.Nam ad patientiã proprie ptinet facere hoĩem tranquillũ & firmũ in ignominijs atq; honoribus, ſeu in aduerſis ac proſperis. Mititas eſt,in pturbationibus proximi inſenſibiliter eſſe,] .i.aduerſitates & inquietudines à proximo irrogatas ſine inquietudine ſuſtinere, nec eas cum perturbatione ſentire, [& integre pro ipſo]qui infert aduerſa[orare. Mititas eſt petra]id eſt,fortitudo[ſuperpoſita mari furoris]hoc eſt amaritudini & fluctui furoris ac iræ,quos reprimit[diſſoluẽs omnes fluctus in ſe profluentes]id eſt, omnes impulſus ac motus iræ & furoris, contra ſe inſurgentes ſuperans & extinguens[& fractionem nequaquam ſuſtinens]hoc eſt,mo-

tibus paſſionum illarum non ſuccumbens, ſi tamen perfecta ſit. [Mititas] proprie ſum- D
pta [eſt patientiæ firmamentum.] valde enim confortat eandem. [Eſt quoq; charita-
tis porta] quia ad charitatis diuinæ ac fraternæ profectum inducit, eamq; inflammat, &
auget, quemadmodum ira illam tollit aut minuit. [magis vero mater] id eſt, mititas po-
tius dici poteſt mater charitatis, q̃ porta illius: non ꝙ generet habitum charitatis, ſed di-
ſponit & confert ad eius incrementum ac perfectionem, & prouocat ad actualem dile-
ctionem: manſuetudo quippe facit hominem valde amabilem. Propter quod in Eccle-
Eccl 3 ſiaſtico ſcriptum eſt: Fili, in manſuetudine opera tua perfice, & ſuper hominum gloriam
Pſalm. 24. diligeris, [ſuppoſitio] hoc eſt, fundamentum & cauſa [diſcretionis] Docebit enim domi-
nus mites vias ſuas, vt ait Pſalmiſta. Quemadmodum eñ ira rationem perturbat, & di-
ſcretionis iudicium impedit: ita mititas facit rationem expeditam ad diſcernẽdum pru-
denter, atq; ad iudicandum veraciter [remiſſionis adiutrix] Per hoc nanq; ꝙ manſuetu-
do iram extinguit, facit hominẽ pronum ad remittendum iniurias, & ex conſequente ad
impetrandum remiſſionẽ à deo. Ideo ſubditur [confidentia in oratione] i. cauſa confidẽ-
tiæ exauditionis à dño. Qui eñ indulget peccantibus, in ſe meretur à deo diligentiã con-
Lucæ 6 ſequi propriarum culparum. Propter quod ait ſaluator: Dimittite, & dimittemini. Itẽq;:
Matth. 11 Remittite ſi quid habetis aduerſus aliquem, vt & pater cœleſtis remittat vobis peccata E
veſtra. [locus ſpiritus ſancti,] Per manſuetudinem quippe fit homo præcipue aptus ad
Iſaiæ 66 hoc, ꝙ ſpiritus ſanctus in eo moretur, ſicut ait per Iſaiam: Super quem reſpiciam, niſi ſu-
per humilem & quietum? [Mititas eſt obedientię cooperatrix] Quemadmodum eñ ira,
furor, impatientia ad inobedientiam pertrahunt, ſic mititas & patientia ad obediendũ
inclinant, [fraternitatis directrix ac ductrix]. i. fraternæ dilectionis, ſocietatis & pacis gu-
bernatrix & conſeruatrix: reddit eñ hominem inter fratres pacificum, exemplarem &
conſiliatiuum, [inſanientiũ frenum] qm̃ à furoris inſania præſeruat ac reprimit eos, [fu-
rentium deciſio]. i. amputatio motuum furibundorum, [gaudij adminiſtratrix,] præbet
quidem homini tranquillitatem & iucunditatem internam. Propter quod ait ſcriptura:
Pſalm. 36 Manſueti delectabuntur in multitudine pacis [imitatio Ieſu Chriſti] quem per manſue-
tudinem præcipue imitamur [appropriatio angelorum] quibus naturale eſt nunq̃ iraſci.
Sicut eñ in dæmonibus eſt amens furor, iuxta diuinum Dionyſium: ita in angelis ſapiẽ-
tiſſima atq; dulciſſima manſuetudo, [vinculum dæmonum,] qui per manſuetudinẽ vin-
cuntur atq; ligantur [& contra amaritudinem ſcutum] nam cõtra vitioſam amaricatio-
nem protegit hominẽ. [In cordibus mitium requieſcit dñs. Anima vero conturbans &
conturbata]. i. quæ per iram & impatientiam ſuam alios turbat, imo & ſeipſam turbu-
lentam conſtituit, ſiue ab alijs faciliter conturbatur [eſt dæmonum ſedes: mites hęredita-
bunt terram, magis vero poteſtatiue dominabunẽ terræ,] Nam proprio corpori pręſidẽt
virtuoſe, & rationi illud ſubijciunt. [Viri aũt vlciſcentes (propriam iniuriã) expugnabũ- F
tur de terra ſua] qa à propriæ carnis paſſionibus ſuperantur, & priuabunẽ regno cœloꝝ.
[Anima mitis eſt thronus (.i. ſedes ac domus) ſimplicitatis,] columbinæ, quæ veræ man-
ſuetudini ſemper coniũcta eſt, [Mens vero iracũda ex autrix malignitatis. Anima man-
ſueta ſuſcipiet & effundet ſapientiæ verba,] Talis eteñ aĩa informationem gratanter ſu-
ſcipit, & doctrinam quam didicit deinde charitatiue cõmunicat alijs. Loquitur q̃q; cum
Pſalm. 34. bona deliberatione, & abſq; præcipitatione. [Diriget dñs manſuetos in iudicio] quo ſe-
ipſos dijudicant [magis vero] dirigit eos [in diſcretione,] qua communiter inter bona &
mala, inter precioſum & vile, inter verum & falſum diſcernunt. Mites quippe per men-
tis ſuæ tranquillitatem, ſpecialiter apti ſunt ad illuminationem ac directionem ſpiritus
ſancti. [Anima recta eſt coniunx humilitatis] hoc eſt, anima iuſta eſt humilitati familia-
riter amicabiliterq; adhærens, ſicut vxor marito. [Anima vero maligna eſt adulescentu-
la] id eſt, filia iuuenilis ac ſtulta [ſuperbiæ. Animæ manſuetorum implebuntur ſcientia]
Nunc enim implentur ſcientia illa, quæ eſt donum ſpiritus ſancti. Per manſuetudinem
quoq; apti ſunt ad proficiendum in vera diſcretione, & ſalutari notitia diuinorum. In fu-
turo autem erunt pleni ſcientia beatificæ viſionis. [Porro mens furioſa habitaculũ eſt
tenebraꝝ, & inſipientiæ. Furioſus] qui eſt prauus aperte [& ſimulator] q prauus occulte,
[obuiauerunt ſibi] qa contrarijs vijs incedunt [& nõ erat inuenire verbũ rectũ & à ma-
lignitate immune, ſeu mundum in ſermocinatione eoꝝ,] Furioſus eñ irrationabilia lo-
quitur euidenter, ſimulator vero & ſi bonũ aliq̃d dicere videaẽ, intentio tñ peruerſa eſt,
ſeorſum



A ſeorſum quoq; obloqtur, & diſcordiam ſeminat [Si reuolueris cor prioris]. i. ſi mentem
furioſi conſideraueris [inuenies in eo inſaniã, ſcrutans aũt cor ſecundi,]. i. mentẽ ſimula-
toris [inſpicies & videbis in eo malignitatẽ,] puta hypocriſim aut nocendi intentionem.
[Simplicitas eſt habitus aĩæ non varius,]. i. purus, planus, per duplicitatẽ non variatus,
[ad cogitationem mali factus immobilis]. i. tam ſyncerus & innocens, vt nequeat malũ
cogitare de proximo inordinate, [Malignitas eſt dæmoniaca deformatio & notitia, ma-
gis aũt inhoneſtas,] Malignitas nanq; eſt habituata ac deliberata malitia, qua qs peccat
non ex infirmitate aut ignorantia, ſed ex electione & habitu vitioſo, q̃d prorſus diaboli-
cum eſt: ſicq; malignitas dr̃ diabolica notitia, qa per eam quis peccat ex certa ſcientia, &
ſuam notitiã totã conuertit ad excogitãdum qualiter nequius peccet: ideo dr̃ potius in-
honeſtas, q̃ notitia, qa directe contrariatur bono honeſto q̃d eſt bonum virtutis. Hone-
ſtum eteñ dr̃ quaſi ſtatus honoris, honor vero debetur virtuti: hinc honeſtas & virtus
concidunt, vnde ſicut malitia ſic & inhoneſtas virtuti opponitur, propter q̃d malignitas
recte dr̃ inhoneſtas, quæ malignitas eſt [veritate ſterilis & priuata] Caret eñ veritate vi-
tæ, veritate doctrinæ & veritate iuſtitiæ [& multos latere putans] qa malignus ſeu mali-
tioſus multoties putat malignitatẽ ſuam non conſiderari à multis. [Hypocriſis eſt corpo-
ris & aĩæ contraria conſiſtentia] .i. diſpoſitio, per quã habet ſe contrarie ſeu repugnãter
B veris virtutibus, tam in corpore q̃ in aĩa. Hypocrita quippe oſtendit foris apparatum & Matth. 7
ſigna deuotionis, ſicut ait ſaluator, ꝙ exterminat faciem ſuam vt videatur ieiunãs. In aĩa
q̃q; plenus eſt vana intentione & vili affectu, nec erubeſcit taliter ſe habere in dei præſen-
tia. Et qa hypocritæ vitioſe ſuſpicantur de alijs, eiſq; inſidiantur, putantes ꝙ alij ſint ſimi- Iob 15
les eis, idcirco de hypocriſi ſubdiẽ [ſuſpitionibus cunctis & machinationibus prauis per-
plexa,] Sonitus eñ terroris ſemper in auribus impij, & cum pax ſit inſidias ſuſpicaẽ. [In-
nocentia eſt hilaris conſiſtentia aĩæ]. i. virtus mentem lætificans [liberata ab omni ſuſpi-
tione & ab vniuerſa ꝟſutia,] quemadmodũ eñ innocens nulli nocere intendit, ita putat
neminẽ ſibi nocere [Rectitudo eſt intentio abſq; curioſitate. & mos ſine ſegnitie & adul-
teratione] .i. interiori corruptione & abuſione [mos inquã non fictus vel ante præpara-
tus]. i. cum excogitatione præuia nequaq̃ curioſe exhibitus, [ſermo immalignus,]. i. lo-
cutio bona & innocens [eſt munda animæ natura vt extitit condita,] .i. proportionata,
conueniens, & conformis naturali atq; ingenitæ puritati aĩæ, in qua fuit creata: fuit eñ Eccl 15
in originali iuſtitia condita, qm̃ deus fecit hoĩem ab initio rectũ, [participationes ad oẽs
faciens,] Hoc põt intelligi de ſermone immaligno, & item de aĩa in puritate creata. Pri-
mo modo ſenſus eſt, ꝙ ſermo immalignus facit participationes ad oẽs, quia per eum eſt
homo cunctis affabilis, nec alicui ſubtrahit ſuum alloquium ex aliqua proteruia. Secun-
C do ſenſus eſt, ꝙ aĩa pura facit participationes ad oẽs, quia ad vniuerſos eſt charitatiua, &
gratiam quam incepit cunctis coĩcare parata eſt. [Malignitas eſt commutatio]. i. corru-
ptio & euerſio [rectitudinis, intentio ſeducta] à diabolo vel proprio corde iniquo [& er-
rans, diſpenſatio mentiẽs]. i. erogatio fallax ſeu relaxatio iuris mendoſa [cõplexa & con-
iuncta iuramenta, perplexi ſermones] hoc ideo dr̃, qa malignitas iſta producit iuramẽ-
ta malitioſe connexa, & ſermones ſibijnuicem contrarios, ſeu verſutos, ſophiſticos & in-
tricatos, eſt q̃q; [profundum cordis]. i. cauſa ſubtilium cogitationũ nequiſſimaꝝ [& gi-
gnit abyſſum fraudis] .i. interminabilem abundantiam doloſitatũ [mendaciũ transfor-
matum]. i. ſub colore & apparatu veritatis prolatũ [elatio exinde naturalis]. i. cauſa ſu-
perbiæ ex fixione, dolo, & falſitate naturaliter exiens [pœnitentiæ hypocriſis]. i. cauſa pœ-
nitentiæ ſimulatæ & fictæ [elongatio à luctu, inimicitia confeſſionis]. i. aduerſaria con-
feſſioni [operatio proprij arbitrij, & regula propriæ deliberationis] qa ad hoc pertrahit
hominem, vt proprio iudicio magis, q̃ ſuperioꝝ aut ſapientioꝝ iudicio obtemperet, pro-
priamq; diffinitionẽ ſequatur quaſi iuſtitiæ regulam: idcirco eſt conciliatio] .i. procura-
tio [ruinaꝝ]. i. qa ad graues & varias trahit vitioꝝ ruinas [contrariatio reſurrectionis,]
qm̃ contrariatur ſpirituali reſurrectioni à vitijs [iniuriaꝝ ſubriſio]. i. callida perpeſſio in-
iuriarum ad tempus, cum riſu quodã, vt eas acrius ſuo tpe vlciſcaẽ [euaneſcẽs mœſtitia,]
qm̃ ad mœrorẽ vanũ & inordinatũ inducit [ficta religioſitas, dæmoniaca vita, malignus
eſt collega diaboli cõraciotinator] qa cum diabolo inq̃rit ac diſcutit qualiter poſſit ma-
le concepta implere, iuxta illud Iſaiæ: Ipſe cogitationes concinnabit ad perdendos mites Iſaiæ 32
ſermones in ſermone mendacij [& cognominatio,]. i. malignus coĩcat cum diabolo in

 nomine

noïe,qui cõmuniter nominatur malignus.[Propter q̃d dñs docuit nos ita debere diabo- D
Matth. 6 lum nominare dicendo:libera nos à maligno]vbi nos dicimus,libera nos à malo. Vnde
Iohan. 6 & Chriſtus de Iuda proditore maligno teſtatus eſt: Vnus ex vobis diabolus eſt,[fugia-
mus à præcipitio].i.deiectione & vitio[hypocriſis,& à lapſu adulationis linguæ,audien-
impugnantiũ æque & pugnaꝝ receſſus] .i.in proficientibus certificatio iſta accipitur ex
hoc,ꝙ dæmones ĩpugnantes,tentationũq; pugnę vincuntur,fugiunt & elongant ab ipis
[In his q perfecti ſunt additamentũ,depoſitũ & ſuperabũdantia diuini luminis ſunt] ex
quibus certificantur ꝙ actus eoꝝ ſecundũ deũ ſint. Dum.n. ex actibus ſuis experiunt ſe
abundantiſſime illuminari,inflãmari & locupletari adeo aduertunt ꝙ ſecundũ deũ ſint
cõuerſantes.Porro additio & abundantia iſta vocat depoſitũ,cũ ſit donũ à deo collatũ,
quod cuſtodire & de q̃ rõnẽ dare tenemur[Quæ parua ſunt apud magnos,nõ ſunt vtiq;
parua]hoc dupliciter põt intelligi.Primo ſic.Quæ parua ſunt apud magnos.i.opera vir-
tuoſa à viris perfectis peracta,quæ tñ eorum reputatione ſunt imperfecta & modica,nõ
ſunt abſolute & omnifarie parua.Ipſi enim opera ſua permaxima paruipendunt ac repu
tant quaſi pãnum menſtruatæ.Secundo ſic,Quę purua ſunt apud magnos.i.opera bona
perfectis facilia,& inter eorum opera quaſi minima aut minora non ſunt penitus parua,
[quæ autem ſunt magna apud paruulos,] hoc eſt, opera reputatione incipientium ma-
gna

gna,ſeu ab ipſis incipientibus facta, & inter opera corũ maiora, non ſunt penitus perfe- D
cta. Imo ſunt defectuoſa cõmuniter[Aer purgatus]à vaporibus clarum demõſtrauit ſo-
lem[anima vero à ſuis præſumptionibus liberata & digna effecta peccatorum ſuoꝝ re-
miſſione,lumen diuinum omnino vidit],i. increatã lucem quæ deus eſt clare per fidem
illuminatam & ſapientiæ donum eſt contemplata. Lumen quoq; gratiæ ſibi infuſum co
gnouit.[Aliud eſt peccatũ,& aliud ocioſitas,& aliud negligentia,& aliud vitium, & ali-
ud lapſus. Qui põt in dño quærere].i.qui vere & per dei gratiam valet hoꝝ diſtinctionẽ
inueſtigare,& aſſignare,quærat hoc ipſum prudenter. Quocirca ſciendum ꝙ author bre
uitati ſtudens & alijs occaſionem fructuoſæ exercitationis relinquens , non ponit diſtin-
ctionem iſtoꝝ. Præterea in cõmuni modo loquendi vnum horum pro alio frequenter
accipitur. Imo peccatum eſt quaſi genus ad cætera omnia. Nihilominus appropriante lo
quendo poſſunt diſtingui formaliter,q̃uis materialiter interdum & ſecundum quãdam
diſtinctionem coincidant,vt peccatum dicatur culpa illicitæ cõmiſſionis. Otioſitas vero
culpa omiſſionis. Negligentia culpa prouenicns ex ignorantia,aut infirmitate. Vitium,
culpa procedens ex prauo propoſito aut certa malitia. Lapſus autem culpa in conſuetu-
dinem verſa. Iterum poſſunt iſta diſtingui penes ſubiecta peccati, vt negligentia dicatur
culpa rationis ſeu intellectus,non cõſiderantis efficaciter ea,quæ impeditiua ſunt culpæ.
Vitium aũt dicatur culpa voluntatis. Lapſus vero culpa appetitus ſenſitiui concupiſcibi E
lis,ad quem pertinent deſideria voluptatum guſtus & tactus, quorum opera propriæ ac
ſpecialiter lapſus vocantur,vt fornicatio & crapula. Peccatũ vero referatur ad opera paſ-
ſionum appetitus iraſcibilis. Otioſitas ad culpas oris. Rurſus peccatum poteſt ſumi pro
culpa originali. Vitium pro mortali,Lapſus pro perſonali,Otioſitas pro veniali. Negli-
gentia pro conſuetudinali. Poſtremo peccatum eſt legis diuinæ tranſgreſſio. Otioſitas
non laborare in vinea dei. Negligentia,ea quæ bona ſunt agere cum irreuerentia & tor-
pore. Vitium publice malefacere,ſeu alios ſcandalizare. Lapſus aũt in profundum per cõ
ſuetudinem mergi.[Quidam beatificant].i. laudant ac reputãt[operationem miraculo-
rum,& quod videtur in ſpiritualibus chariſmatibus]vtpote dona & opera quædam gra
tiæ gratis datæ ſenſibiliter apparentia,vt donum linguaꝝ prophetatio[ſuper oĩa].i.præ
donis & actibus gratiæ gratum facientis [commendant, ignorantes , quia multa chari-
ſmata ſunt ſuperiora iſto] dono miraculoꝝ ſeu chariſmate ſenſibiliter apparẽte, vt ſunt
charitas,contemplatio,& cæterę virtutes infuſe,ac dona ſpiritus ſancti charitati inſepera
biliter annexa,quæ etiam ſunt occulta,quia non ſciuntur pro certo ineſſe [propter quod
manent non valentia cadere] hoc eſt,chariſmata iſta gratiæ gratũ facientis ſunt magis
fixa ſtabiliusq́; inhærent,difficilius quoq; tolluntur q̃ chariſmata illa gratiæ gratis datę.
[Qui perfecte mundatus eſt,ipſam q̃uis non ipſa animam proximi videt in qualibet ad-
iacet & afficitur].i. vir heroicus & perfectus cognoſcit ac deprehẽdit faciliter aut aliqua- F
liter animam proximi ſui in quacunq; paſſione ſeu diſpoſitione exiſtat,& afficiatur,q̃uis
eandem animam proximi non agnoſcat,perfecte intuendo quicquid in corde ipſius vo-
luntateq́; lateat,cũ hoc ſit proprium deo. Agnoſcit aũt qua paſſione afficiatur quodam
cultu inſtinctu,aut inſpiratione aut ſuperioritatis ſuæ vigore. Vnde in Prouerbijs dicitur
Proue. 27 Quomodo in aquis reſplendent vultus proſpicientium,ſic corda hominũ manifeſta ſunt
prudentibus.[Qui vero adhuc proficit,eandem per corpus arbitrio conijcit,] hoc ei qui
adhuc conſtitutus eſt in gradu proficientium proprie competit,iudicando conijcere con
iecturaliterq́; cognoſcere animam proximi,qualiter ſit intus diſpoſita per diſpoſitiones
& apparatus relucentes in corpore. Iuxta illud Eccleſiaſt. Ex riſu cognoſcitur vir, & ab
Ecci. 19 occurſu faciei cognoſcitur ſenſatus. Amictus corporis & riſus dentium & ingreſſus ho-
minis enunciant de illo. Vnde & Salomon: In facie,inquit,prudẽtis lucet ſapientia.[Mo
Proue. 17 dicus ignis multotiens totam materiam expugnauit , quemadmodum & paruum fora-
men ſæpe totum laborem diſperdidit,] id eſt, amicti fecit totam laboris mercedem ſi-
ue pecuniam ex ſacculo pertuſo,aut burſa modicum perforata.[Eſt requies quæ mentis
virtutem inimicitia euigilat]hoc eſt,quandoq; cõtingit quod corporalis repauſatio ſua
diuturnitate excitat cordis feruorem ad aſpernationem ipſius repauſationis ex inimici-
tia ſeu contrarietate , quam habet virtus & feruor mentis ad repauſationem carnalem,
quam vtiq; deteſtatur tanq̃ valde nociuam atq; inutiliter temporis conſumptiuam ac vi
lem[& motuum carnis ignitionem non excitat].i. repauſatio illa q̃uis diuturna interdũ
non



A non cauſat ſtimulum inflammationemq́; corporis. Quod aliquando accidit procurante
diabolo,vt ſecurius queſcamus carnaliter. [Eſt & multa maceratio carnis ſimiliter motũ
mouens ] hoc eſt,quandoq; contingit vt ſtimulos carnis ſentiamus,dum corpus affligi-
mus magnis ieiunijs atq; vigilijs. Quod item procurante diabolo ſolet accidere,vt ceſſe
mus ab exercitijs illis,vel ex debilitate naturę[vt non ſimus confidentes in nobis] .i. in
exercitijs viribus,aut induſtrijs noſtris[ſed in deo qui viuentem carnem incognite mor
tificat]hoc eſt,carnem animatam & calidam à vitioſis concupiſcentię motibus eripit,ra-
tioniq́; ſubdit,per occultos effectus ac modos pietatis ac gratiæ ſuę. Quando videmus ꝙ
aliqui diligunt nos ſecundum deum,ad illos permaxime habeamus nos reuerenter , &
fugiamus audatiam & præſumptionem. Nihil enĩ habet naturaliter ita diſſoluere chari-
tatem,& introducere odium ſicut confidentia præſumptionis & audacia. Optimus aũt
intuitus intellectualis eſt valde].i.cognitio intellectualis multum præeminet omni alte
ri cognitioni[& omnem idæam poſt incorporeas ſuper excedens ſubſtantias,] hoc eſt,
cognitio illa intellectualis tranſcendit omnem formã creatam poſt angelos ſanctos, qa
attingit vſq; ad formas rerum omnino incorporalium.[Hinc eſt quod vitioſi ſenſus].i.
intellectus[qui ſunt in animabus aliorum,potuerunt cognoſcere].i.ad veram ac ſaluta-
rem notitiam excitari[ex charitate multa ad eos]hoc eſt,ex charitatiuis verbis,& actibꝰ
B exhibitis ſibi copioſe ab alijs , ex quorum intellectuali intuitu frequenter conuerſi ſunt,
[& magis quando ſub cœno ſordidati non demerguntur].i.quando non penitus abſor
bentur turpitudine vitiorum præſertim carnalium,& obdurationum.[Si nihil ita oppo
nitur & reſiſtit immateriali naturæ,vt materiale]habent enĩ proprietates diuerſas[qui le
git intelligat] .i. ſapienter hæc penſet ac penetret. Quaſi dicat ſic: Caro reſiſtit ſpiritui
& carnalis affectio intellectualis cognitionis impedit puritatem atq; acumen.[Nam ob-
ſeruationes in his qui in mundo ſunt] .i.ſuperfluæ occupationes procurationes & ſolli-
citudines hominum mundanorum[reſiſtunt prouidentiæ dei]non quod eam impediant
à ſuo effectu aut fallant,ſed quia ex quadam differentia aut inaduertentia diuinæ proui-
dentiæ oriuntur. Si enim aduerterent deum habere paternalem prouidentiam ſuper eis
non tam immoderate ſolicitarentur de temporalibus rebus. Propter quod ait ſaluator,
Nolite ſoliciti eſſe,&c. ſcit enĩ pater veſter,quia his omnibus indigetis. [In nobis vero,] Matth. 6
obſeruationes illæ reſiſtunt[intellectuali ſcientiæ.]Nam multum impediunt illuminati-
onem mentis à deo,& ſpiritalium rerum contemplationem.[Et illa quidem anima infir
mi].i.homines imperfecti & ſeculares[recognoſcũt ſupernam viſitationem dei circa eos
ex ſeditionibus atq; periculis corporis,tentationibusq́; exterioribus].i. ex prelijs,infirmi
tatibus,& perſecutionibus exterioribus aduertunt ſe viſitari pro ſuis peccatis à deo [ad-
C uentu ſpiritus].i.copioſa infuſione ſpiritus ſancti[& additamento chariſmatum]hoc ẽ,
ex augmento cœleſtium gratiarum,& profectu virtutum[Quando in ſtratu reclinamur
eſt dæmon qui venit ad nos,& ſordidis recordationibus,ac malignis cogitatiõibus nos
ſagittat,quatenus detenti pigritia non ſurgamus ad orationem, neq; contra eum arme-
mur,ſed in immundis meditationibus obdormiẽtes,ſordida etiam ſomnia habeamus,]
ex quibus pollutiones naſcuntur, huic ergo dæmonio reſiſtamus, ponentes nos in loco
quaſi in monumento & dominicæ paſſionis memoria, ac alijs recordationibus ſaluber-
rimis occupantes fortiter mentem noſtram obdormiamus in illis. [Et ſpirituũ præcur-
ſor nuncupatus].i.quidam eſt dæmon impugnans nos ante alios dęmones,& præparãs
illis viam tentandi ac ſuperandi nos[qui nos à ſomno ſurgentes continuo vocat] .i. ad
vana allicit ac inuitat[magis vero ſuſcipit nos].i.inuidioſe apprehendit, vt ei iungamur
ad vitia[& primitiuam intelligentiam]hoc eſt,primam conſiderationem mentis noſtrę
quàm concipit poſt ſomnum[coinquinat]vt vel ipſa conſideratio ſeu intelligẽtia ſit ma-
la in ſe,Vel ſi bona eſt,protinus maculetur per diſtractionem & admixtionem cogitatio
num prauarum.[Da primitias diei tui dño]hoc eſt,exordia dierum tuorum offer & cõ- Matth. 6
ſecra deo,primum quærẽdo regnum dei,& iuſtitiã eius,atq; à virtuoſis actibus diem in-
cipiendo.[Et enĩ præanticipãtis erit].i.exercitium tale eſt hominis boni ꝑuenientis præ-
ſatum diabolum præcurſorem ſpirituum.[Operarius virtuoſus dixit mihi ſermonem di
gnum auditu. Ex ipſo inquiens mane ſcio curſum diei mei]hoc eſt,ex qualitate actionũ
& occupationum mearum,quæ mihi occurrunt in diei principio,elicio & conijcio quali
ter mihi ſuccedet per diem.[Multę quippe ſunt viæ pietatis & perditionis]tot vtiq; quot
 ſunt

ſunt actus virtutum & vitiorum. [Quod circa aliquid plerunq; alteri oppoſitum & reſi- D
ſtens,alteri decenter proſpere cedit & conuenit] hoc eſt, frequenter contingit,vt aliquid
vni motiuum ſit & peccati occaſio,quód tamen alteri cedit in proſperum. Tentatio nan
Roma. 8 que quæ vnum vincit alium coronat. Diligentibus quoq; deum præſertim perfectis o-
mnia cooperantur in bonum. Nihilominus tamen amborum intentio beneplacens eſt
apud deum.]Nam & imperfecti,qui aliquando tentationi ſuccumbũt,à principio piam
& rectam habent intentionem,quamuis in proceſſu vincantur. [Certant cõtra nos qui-
dam dæmones ſuggerentes in tentatiõibus,quæ accidunt nobis,dicere aut agere incon-
ueniens aliquid,aut quando non potuerint aut præualuerint]nos ad hoc inducere[tran
quille inſtantes ſupponunt & immittunt nobis ſuperbam gratiarum actionem agere an-
te Deum,] hoc eſt, cum quieta ſuggeſtione inſtigant nos,vt cum Phariſæo illo ſuperbo
Lucæ 18 regratiemur deo cum vana gloria,reputationeq; propria de excellentia gratiæ nobis ab
ipſo collatæ.[Equidem qui ſunt ſuperna ſapientes]id eſt,contemplatiui & ſpirituales vi-
ri,qui ſapiunt ea quæ dei ſunt[ſegregati]loco aut merito à carnalibus[ſurſum particula-
riter regrediuntur]hoc eſt,ad diuina perfrequentes renouationes ſe eleuant. [Qui vero
ſapiunt ea quæ deorſum]videlicet carnalia & terrena[iterum pergunt]id eſt,ad ea appe-
tenda,amplectenda ſeu exercenda multotiens redeunt.[Segregatorum enim nihil de cæ E
tero medium ſtatutum eſt] hoc eſt,nullum eſt medium horum ita abinuicem ſegrega-
torum,in quo poſſint ſe indifferenter occupare. Aut enim ſuperna ſapiunt,ſeu ad debitũ
finem referunt ea quæ agunt, & ſic meritorie operantur, aut ad inferiora inordinate fle-
ctuntur, & ita peccãt,Vel ſegregatorum, hoc eſt,à corpore ſeparatorum per mortem,nihil
de cætero conſtitutum eſt medium, id eſt, nulla eſt hora in qua amplius poſſint mereri
& demereri.[Vnum creatorum accepit eſſe in altero, & non in ipſo]hoc creatum eſt ani
ma rationalis,quæ creando infunditur & infundendo creatur, & ita incœpit & ſumpſit
eſſe in corpore[& mirum quomodo habet naturam conſiſtere præter quo eſſe ſuſcepit]
hoc eſt,magnum & mirum extat,quod anima naturaliter manet ſubſiſtens & immorta
liter viuens,corpore ſuo in quo eſſe ſuſcepit per mortem corrupto.[Nam pias filias ma-
tres parturiunt, in atres vero dominus.] Per matres poſſunt intelligi animæ rationales,
ſeu virtutes quæ producunt operationes virtuoſas, tanquam filias, per quas merentur
post vitam hanc coronari. [Dominus autem produxit & creauit has matres] quia vir-
tutes infundit ſicut & animas. [Et non erit imprudens] id eſt, inſipientiale ſeu indiſcre-
tum[ſimiliter diffinire & prædicta regula vti in contrarijs] aſſerendo,videlicet,quod ha
bitus vitioſi & animæ prauæ producunt filias impias, id eſt, actus iniquos,per quos da-
mnari inæternum merentur. Diabolus quoque eſt pater talium animarum, quantum
Iohan. 8 ad eſſe culpæ, quemadmodum Chriſtus dixit Iudæis incredulis Iohannis octauo: Vos
Deuter. 20 ex patre diabolo eſtis. [Moyſes,magis vero dominus per Moyſen, iuſſit vt formidoſus F
non egrediatur ad prelium] quod ad literam iuſſum eſt de prelio corporali. Spirituali-
ter vero intelligitur vt paſſionibus ſubditus non exponat ſeipſum periculo tentatio-
num, neque ſe ingerat tentamentis. [Nequando fiat nouiſſimus animæ error ſuper pri-
mum]corporis lapſum vel ruinam, hoc eſt,ne vltra corporale peccatum anima tandem
grauius pereat per immanſionem & obdurationem in culpa. Quod in vitijs carnis fre-
quenter cõtingit. Et rationabiliter dominus iuſſit hoc.

¶ De diſcretione bene diſcreta, id eſt, rationabili, & recte diſcernente, ſeu
ordinate exhibita.

QVemadmodum ceruus flammans].i. ſiti ardens ac æſtuans, [deſiderat aquarum
fluenta,ita cõprehenſio]hoc eſt,cognitio ac adimpletio,[diuinæ & bonæ volun-
tatis deſideratur à monachis veris,nõ ſolum autem ſed & cognitio commixti inſuper &
vmbrarij,] id eſt, monachi veri non ſolum ardentiſſime cupiunt ſcire quid deo compla-
ceat,ſed item quid ei diſpliceat, & quid aliquid habeat de ratione boni ac complacentis,
& aliquid de culpa ac diſplicente,vt ſunt opera bona defectuoſitati ac euagationi admi-
xta.[De quibus multus nobis ſermo occurrit,& difficiliter interpretabilis]hoc eſt, diffi-
culter exponibilis.[Nimirum quoque ſcire] oportet ſeu difficile eſt,[quæ nanq; ſunt res
ſecundum nos exiſtentes].i. quæ ſint actiones nobis cõuenientes[quæ omni mora exce-
pta iretardabiliter & velocius fieri debent,iuxta dicentem] in Eccleſiaſtic. Væ differenti
Eccl 5 de die in diem, & de tempore in tempus. Quæ vero cum manſuetudine, beneficentia &





A circunſpectione]id eſt,cum bona & matura prouiſione mititate & benefica erogatione,
vtpote ſine rigore [ſicut hortatur qui ait]videlicet Salomon.[Cum gubernatione geri-
tur bellum. Et iterum Paulus prima Corinthiorum decimoquarto: Om̃ia honeſte & ſe- Prou. 24
cundum ordinem fiant in vobis. Non eſt enim indifferentium] id eſt, quorumcunque 1 Cor. 14
[cognoſcere celeriter bene clare & diſtincte hæc talia grauia ad diſcernendum. Quoni-
am & Dauid dei lator].i.qui deum portauit in cordo ſuo per fidem charitatem gratiam
que multiplicem[& ſpiritum dei habens in ſeipſo loquentem,videtur hoc ipſum plerũ-
que exorans: Et quandoq; ait, Doce me facere voluntatem tuam quia tu es deus meus, Pſalm. 142
quandoq; vero dirige me in veritate tua. Et iterum: Notam fac mihi viam in qua ambu
lem,quia ad te animam meam leuaui, & exaltaui ab omni ſolicitudine vitæ præpoſitis Pſalm. 32
ac vitio. Quicunq; volunt voluntatem & beneplacitum dei addiſcere, tenẽtur & debent Pſalm. 142
prius mortificare voluntates & cõplacentias proprias,fide autem & ſimplicitate colum-
bina abſq; malignitate exorantes]pro conſilio & informatione[animas patrum aut eti-
am fratrum,atq; interrogantes in humilitate cordis cum cogitatione inhæſitante ſuſci-
piant conſulta ab ipſis,tanquam ex ore dei, quamuis conſulta & dicta patrum ac fratrũ
exiſtant contraria eorum ſenſui,intentioni & afflictioni, etiam ſi hi qui interrogati ſunt
non ſint totaliter ſpirituales. Non enim iniuſtus eſt deus vt ſeducat] id eſt, falli permit-
B tat[animas humiliantes ſeipſas fide,ac innocentia,cõſilio atq; iudicio proximi]quem in
quirunt,& cuius informationi ac iudicio ſe inclinant ac ſubdunt. [Nempe ſi & hi qui in-
terrogantur irrationabiles eſſent, ſed qui loquitur inmaterialis atq; inuiſibilis eſt,] hoc
eſt, deus intus inſpirans ad loquendum incircumſcriptibilis, incomprehenſibiliſq; exi-
ſtit,qui diſpenſat verba & reſponſa interrogatorum,quamuis iuxta ſynceritatem diſpo-
ſitionem ac merita interrogantium.[Qui magna humilitate repleti fuerunt peramplius
extiterunt ambulantes inhæſitanter ſecundum prædictam regulam,] id eſt, doctrinam
nunc datam. [Si enim pſalterio quis propoſitionem ſuam aperuit] hoc eſt,quia Heliſæ- 4. Reg. 3
us propheta regibus dedit reſponſum pſalte coram ipſo canente, ad cuius melodiam &
ſonum à deo tactus & informatus eſt, [quantum arbitrandum eſt rationalem mentem
intellectualemq; animam differre ab inanimata ſoni reſponſione?] Quaſi dicat, multo
plus deus inſpirabit cordi interroganti,quid dicat propter humilem piam & ſimplicem
interrogationem eius, qui per verba coram deo ſapienter prolata quærat ſalutis ſuæ cõ-
ſilium.[Multi autem ex arrogantia & cõplacentia ſui,necdum apprehendentes hoc per-
fectum & leue bonum]id eſt,nõdum acquieſcentes huic documento compendioſo,quo
diximus taliter eſſe obtemperandum reſponſionibus patrum ac fratrum,[ſed conantes
apprehendere beneplacitum dei ex ſeipſis,ſubinduxerunt nobis de hoc valde diuerſas ac
plurimas authoritates atq; iudicia]id eſt,contra hanc noſtram doctrinam allegando ad
C uerſus eam verba & iura ſeu determinationes ſanctorum & quedam exempla. Et cer-
te Caſſianus ex ore ſanctorum patrum, & quidam ſanctiſſimi patres aſſeruerunt ma-
gnum eſſe periculum interrogare & conſulere imperitos, inexpertos indiſcretos. Quod
& ego arbitror verum. Veruntamen quando quis quærit cum tanta fide, ſimplicitate, &
humilitate,ſicut nunc dictum eſt, pie dici poteſt cum authore quod Deus non permittit
interrogantẽ periclitari.[Quidam exquirentium talia] id eſt,aliqui cupientes ſcire quid
in iſtis eſſet agendum & obſeruandum [fecerunt cogitationem ſuam recedere ab omni
vitioſa ad aliquid affectione,ſuper duabus voluntatibus] id eſt,duabus actibus volunta
tis ipſius [animæ,dico autem ſuper affirmante & cõtradicente]hoc eſt, de obtemperatio
ne & reſiſtentia voluntatis,id dico, ita, quod ex propria voluntate nec acquieuerunt nec
contradixerunt,ſed iuxta alterius informationem ac voluntatem fecerunt & agere omi
ſerunt. Vel ſenſus eſt, quod ſeruauerunt ſe immunes in duabus voluntatibus animæ ali-
orum,ita quod vno illorum aliquid affirmante,& alio contradicente iſti nulli illorum vi
tioſe affecti ſunt,ſed deo ac ſapientioribus potius commiſerunt iudicium[& ſuam men-
tem exhibentes domino nudam à propria voluntate participantes adepti ſunt cognitio
nem voluntatis dei in ſtatutis diebus]vtpote tempore præordinato à deo[aut mente in
tellectuali intellectuabiliter colloquente menti noſtræ] hoc eſt, per inſpirationem & al-
loquutionem internam mentis angelicæ ſeu diuinæ ad mentem noſtram. [Aut vna in-
tentione perfecte exterminata ex mente ipſorum] id eſt, per hoc quod in ſolo deo ſpem
ſuam fixerunt,& fluctuationem animi abiecerunt,non intendentes inniti in aliquo ſibi-

ipſis,ſicq; vna intentio qua fuerunt ad ſe,vel ad aliquid extra deum reflexi,cõuerſi ſiue in D
tenti, fuit perfecte extirpata ab ipſis, nec claudicauerunt in duas partes. [Alij ex tribu=
latione & diſſipatione,quæ conamine ſubſequitur,& animum ipſum comprehenderunt
eſſe diuinum].i.per multas tribulationes & diſſipationes ſeu vulnerationes aut fatigati=
ones ſubſequentes conatum & animum pertingendi ad ſalubrem veritatis notitiam, a=
depti ſunt cognitionem dei & voluntatis diuinæ[ſecundum dicentem]hoc eſt, ſecundũ
quod Paulus ait. [Voluimus venire ad vos & ſemel & bis & impediuit vos Sathanas.]
1. Theſſ. 2 In quibus verbis Apoſtolus innuit, quod per tribulationes & diſſipationes ſibi ab infi=
delibus diabolo procurãte inflictas,impeditus fuit ab exequutione voluntatis,quam ſe
cundum deum concepit. Ex tribulationibus quoq; illis aduertit ſalubre & deo placitum
extitiſſe,vt viſitaret ſuos diſcipulos,ex quo inimicus oĩs boni diabolus impediuit hoc
ipſum tam ſtudioſe. [Alij iterum cõtrarium econuerſo] id eſt,vice verſa ſeu modo à præ
dictis contrario, [ſe habentes ex inexpectata in re cooperatione hoc deo beneplacitum
eſſe ſenſerunt,] hoc eſt,per hoc quod deus cooperabatur eis inopinate ſeu præter eorum
expectationem & ſpem in aliquo facto,cognouerunt opus illud deo complacuiſſe, [Di=
centes illud] quod ait ſcriptura. [Omni præelegenti bonum cooperabitur Deus: Qui
poſſidet deum in ſeipſo per illuminationem nequaquam naturam habet certificari in= E
fra tempus ſecundo modo]vtpote per extirpationem perfectam vnius intentionis iuxta
ſenſum nunc introductum [in rebus ſuprainductis & non expectatis,] hoc eſt,in nego=
tijs aut euentibus quæ accidentaliter & fortuitu ſuperueniunt ſibi,id eſt,homini copioſe
illuminato à ſpiritu ſancto non competit, nec conſuetudinarium eſt certificari à deo in
rebus & cauſis ambiguis poſt tempus certum. Quod intelligendum videtur de rebus ne=
ceſſarijs ad ſalutem. In alijs enim leguntur ſancti in nouo ac veteri teſtamento infor=
mationem accepiſſe à domino poſt tempus præfixum, vt patet de Daniele & Andrea a=
poſtolo,quando orauit pro Nicolao peccatore antiquo atque Machario,qui per vnam
hebdomadam ieiunauit,& dominum exorauit,vt ſibi oſtenderet conuerſationem duo=
rum diſcipulorum ſuorum, & completa hebdomada fuerat exauditus. Vnde de talibus
neceſſarijs ad ſalutem ſubiungitur. [Nam hæſitare in iudicijs] id eſt,dubitare quid iudi=
candum ſit de certis rebus & actibus [& plurimum] hoc eſt,diu vel in multis [permane=
re,abſque certificatione argumentum,] id eſt, ſignum [eſt animæ non illuminatæ, ſed à
matricis vanæ gloriæ. Non eſt deus iniuſtus vt excludat à pia exauditione pulſantes cũ
humilitate. Intentio recta in omnibus eſt q̃renda à domino, & in exequendis, & in his
quæ debent retardari] hoc eſt,tam in his quæ oportet fieri cito,quàm in his quæ expedit
differri,ad tempus. [Nempe omnia quæ à vitioſa affectione atq; ab oĩ inquinamento,
propriæ voluntatis ſunt munda, vtpote facta propter deum non propter aliud & ſi om=
nia non ſunt bona in ſe,attamen reputabuntur nobis bona] id eſt,deus adiudicabit no F
bis illa ad meritum,vt ſunt opera indifferentia,& quæ prima facie irrationabilia aut inu=
tilia eſſe videntur,qualia ſancti patres frequenter præceperunt ſuis diſcipulis, quæ excu=
ſantur & bonificantur,quia ex bona radice ſeu obedientia proceſſerunt[Inquiſitio enim
quæ eſt ſuper nos non poſſidet tutũ finem] hoc eſt,periculoſum eſt ſcrutari eo,quæ no=
ſtram capacitatem excedunt, aut diſcutere præcepta & iuditia ſuperiorum noſtrorum.
[Iudicium dei de nobis eſt ineffabile & archanum.] Quis enim cognouit ſenſum domi=
Roma. 11 ni,aut quis ſcit an prædeſtinatus exiſtat. [Deus plerunq; Vult diſpenſatiue] id eſt, ex cer=
ta ratione [voluntatem ſuam abſcondi à nobis,] ſciens quod eam addiſcentes non obe=
diemus,ſed repellemus ipſam, & ita plures plagas ſuſcipiemus,] hoc eſt, ideo vult Deus
vt ignoremus quid fieri velit, quia ſi illud ſciremus non impleremus, ſed maiorem inci=
deremus damnationem. [Cor rectum liberum eſt à rerum varietate] id eſt, ab inſtabili=
tate,duplicitate, & ſimulatione, [nauigans in naui innocentiæ,] hoc eſt,per actus & me=
rita innocentiæ tendens ad portum ſalutis, [ſine periculo.] Qui enim ambulat ſimplici=
Proue. 10 ter,ambulat confidenter. Nec vidi iuſtum derelictum ait Pſalmiſta. [Sunt animæ viri=
Pſalm. 36 les quæ ex amore diuino & humilitate admittuntur ad operationes quæ ſunt ſuper ſei=
pſas] id eſt, quidam ſunt homines virtuoſi, quos D E V S propter ipſorum feruen
tem amorem & humilitatem confortat ad faciendum opera proprias eorum vires exce=
dentia, ita quod admirabiles abſtinentias,vigilias,diſciplinas, orationum & contempla
tionum protractiones excretum, [& ſunt ſuperba corda idipſum peragentia] quantum
ad cor=



A ad corporalia exercitia. Quidam enim inſtigante diabolo ex deſiderio laudis humanæ,
aut proprij commodi ſeu honoris, mirabiles abſtinentias & conſimilia aliqua ſeruaue=
runt,quos digitus aluit. [Intentio enim eſt inimicis noſtris] dæmonijs ſuggerere [nobis
plerunq; quæ ſunt ſuper virtutem] id eſt,aliqua quæ vires noſtras excedunt incorporali=
bus exercitijs, [vt propter illa anxiati acedia,] hoc eſt, vt præ horrore, difficultate,aut
impoſſibilitate adimplendi talia,incidamus acediam,aut etiam impotentiam ad ea quæ
obligamur impleri. Sicq; [decidamus ab his quæ ſunt ſecundum noſtram virtutẽ] negli
gendo talia obſeruare ad quæ extendunt ſe vires noſtræ[& de nobiſipſis riſum maximũ
faciamus inimicis noſtris] id eſt, dæmonibus. [Vidi infirmas animas & corpora] id eſt,
debilitatos homines[facientes conatũ in inſtitutis & conuerſationibus,quę erant ſuper
ſeipſos per multitudinem offenſionum,] ita quod propter grauitatem culparum nitan=
tur ſeruare ſtatuta & exercitia vires eorum tranſcendentia, [& non valentes ſufferre ta=
lia. Quibus dixi ego pœnitentiam] id eſt,ſatisfactionem pœnitentialem[apud deum iu
dicari quantitate humilitatis & non laborum] hoc eſt, quod deus reputaret ſatisfactio=
nem ipſorum ſibi eſſe acceptum iuxta menſuram & vehementiam humilitatis ipſorum,
qua iudicauerunt ſe tantum peccaſſe quod ſatisfacere non valerent,& non ſecundũ men
ſuram laboris eorum, imo ſupra hoc. [Eſt quando enutritio exiſtit cauſa vltimorum
B malorum] id eſt, quando ſuperflua educatio corporis trahit hominem ad mala turpiſſi
ma (quod etiam dẽ ſpiritali enutricione qua quis nutrit cor ſuum per gloriam vanam in
telligi poteſt.) [Eſt vero quando conuerſatio & conſocietatis mora] hoc eſt, interdum
homo inducitur ad peccata præcipua ex aliorum conuerſatione ſcandaloſa & ſocietate
peruerſa, [verum plerunq; peruerſa anima ſufficit ſibijpſi ad perditionem] id eſt,ex pro=
pria adinuentione atq; malitia incitatur ad vitia. [Recedens à duobus] id eſt, præfatam
enutritionem ac prauam ſocietatem deuitans [à tertio ſimiliter liber exiſtit] id eſt,ad tan
tam iniquitatem non venit,vt ex propria malitia peccet ac pereat. [Tertium vero habẽs
in omni loco improbus erit] hoc eſt, dum homo ad tantam deuenit ruinam, vt ipſe ſibi
ſufficiat ad perditionem, tunc vbiq; aget inique & vix pœnitebit. [Nullus enim eſt cœ=
lo firmior aut ſolidior,] id eſt, angelo primo, qui in cœlo corruit ex ſeipſo, ergo & iſte
ſic vitiatus erit vbilibet improbus. [Ab his infidelibus aut male credentibus,] puta hæ=
reticis [qui mala voluntate inpugnant nos] vt eorum erroribus conſentiamus ceſſemus Titum 3
poſt primam & ſecundam admonitionem,] ſicut ait Apoſtolus: Hæreticum hominem
poſt vnam & ſecundam correptionem deuita. Eis vero qui volunt addiſcere veritatem 1. Cor. 11
non deficiamus benefacere vſq; in æternum,verum ad cõfirmationem noſtri cordis am=
bobus vtamur] videlicet, incredulis atque credentibus. Quod fit dum ex incredulorum
obſtinatione magis veremur occulta ac metuenda dei iudicia,atque in fidei veritate per
C illos exercemur & probati innoteſcimus alijs. Nam teſte Apoſtolo oportet hæreſes eſ=
ſe,vt qui probati ſunt manifeſti fiant in nobis,ex ſtudioſitate quoque & bonitate creden
tium ædificamur eis quoque benefaciendo vitam meremur æternam. [Irrationabilis eſt
valde,qui virtutes ſuper naturam] id eſt, ſupernaturales & excedentes, [audiens eſſe in
ſanctis] non ſolum incomprehenſoribus ſed etiam in viatoribus[& deſperans perdit ſe
ipſum] cum merito debeat exemplo ſanctorum, qui eiuſdem ſecum naturæ ſunt confor
tari in ſpe,& inflammari ad proficiendum in omni virtute[magis enim de vno duorum
virtuoſi corrigant] id eſt,ſancti homines ſuo exemplo faciant in te correctionem alteri=
us horum duorum,ſeu in vno horum duorum te corrigant,vt ſcilicet [aut per ſuam ſan
ctam fortitudinem ſint excitantes te ad ęmulationem] id eſt, ipſorum imitationem[aut
per ter ſanctam humilitatem] id eſt,humilitatem ter ſanctiſſimam[cõuertant te ad mul
tam condemnationem ſuipſius] id eſt, ad hoc quod valde reprobes & accuſes teipſum,
ſicq; quod ait cõdemnationem ſuiipſius tantum eſt dicere ſicut ad cõdemnationem qua
quis damnat ſeipſum[& ad manifeſtationem infirmitatis & fragilitatis tibi vnitæ].i.ad
hoc quod aduertas & recognoſcas defectuoſitatem,fragilitatemq; propriam ex conſidera
tione fortitudinis & perfectionis ſanctorum illorum, quia oppoſita iuxta ſe poſita ac inui=
cem cõparata clarius innoteſcunt. [Sunt malignorum maligniores dæmones] hoc eſt,q=
dam ſunt dæmones maligniores malignis[qui peccatum nos cõſulunt non ſolos opera=
ri].i.inſtigant vt peccemus non ſoli. [Sed volunt nos habere & alios cõmunicatores in
malam] hoc eſt,ſuggerũt vt habeamus alios ſocios atq; participes in peccatis alliciendo
 eos

eos ad mala quæ agimus,vel vt conſentiant nobis in malo, aut alio modo nobiſcum in D
culpa participent[vt nobis crudelem pœnam amplius operentur].i.ad grauiorem dãna
tionem nos pertrahant.[Vidi alterum addiſcentem cõſuetudinem malignam ex altero,
& tamen qui docuit]verbo aut facto conſuetudinẽ prauam[ad ſenſum rediens cœpit pę
nitentiam agere & à malo ceſſauit,at vero pœnitentia eius fuit ſine fortitudine].i.ineffi-
cax & infirma[propter operationes diſcipuli]hoc eſt propter peccata eius,qui didicit cõ-
ſuetudinem malam ab ipſo,à qua nõ ceſſat. Hoc nõ eſt intelligendũ, quaſi ille qui pœni-
tet non poſſit ſaluari & ſalubriter pœnitere niſi diſcipulus eius pœniteat, cũ hoc non ſit
in poteſtate ſua vt pœniteat ille,ſed pro tanto pœnitentia huius dicitur ſine fortitudine,
quia non ſufficit ei de culpis proprijs pœnitere,niſi pro poſſe laboret pro emendatione il-
lius quem male inſtruxit,ſcandalizauit,corrupit. Laboret inquã,orando, hortando, ex-
emplum bonum præbendo. Ecce quam periculoſum eſt aliũ verbo aut exemplo corrũ-
pere.[Multa aũt multa & difficulter comprehenſibilis eſt malignitas ſpirituum,].i.dæ-
monum [& perpaucis viſibilis]hoc eſt,valde paucis agnoſcibilis eſt,quibus diſcretio ſpi
rituum data eſt[Arbitror vero quia nec perpaucis vniuerſa]hoc eſt tota dæmonum ma
litia in ſpeciali eſt nota perpaucis, imo forſitan nemini in hac vita. [Quomodo autem
delitiantes].i.laute viuentes[& ſaturati vigilamus plerunq; alacrius]etiam in diuino ob E
ſequio [ieiunantes aũt, & miſeria]pœnæ[aut debilitate] corporali [affecti ſomno miſe-
rabiliter ſubmergimur]hoc interrogatiue legendum eſt,quaſi dicat. Mirum eſt qualiter
id contingat, iuxta quem ſenſum ſubiungit.[Fameſcentes & extenuati abſtinentia ten-
tamur in ſomnis]per diuerſa ſomniorum phantaſmata,per terrores & alias afflictiones,
[& repleti] per ſaturitatem[permanemus ſine tentatione]in ſomno[indigentia]refectio
nis[& penuria] neceſſariorum ad vitam[obſcuri].i.afflicti[efficimur indeuoti]& aridi.
[In potatione vero vini efficimur hilares & deuoti ac faciles ad cõpunctionem ad iſta.]
hoc eſt,ad intelligendum cauſas & modos,iſtorum euentuum[illuminet eos qui ſine lu
mine ſunt].i.ſine horum agnitione[qui id poteſt in domino.Nos enim in his talibus ſi-
ne lumine ſumus]hoc eſt,plenarie non cognoſcimus horum cauſas [verũ illud dicimus,
quia hæc talis commutatio eſt viciſſitudo].i.varietas & alternatio iſta[non ſit ex dæmo
nijs ſemper,ſed eſt quandoq; ex complexione colligata] hoc eſt, inſeparabiliter iuncta;
[& data mihi neſcio quomodo labenti ſordida & carnali groſſitie].i.mihi qui cado groſ
ſe ac viriliter & neſcio plenarie qualiter.De concidentia ſeu caſu prædictorum euenien-
ti ad diſcernendum difficili deprecemur dominũ humiliter & ſyncere] vt cauſas eius no-
bis reuelet,atq; vt auferat eum à nobis quantum ad id quod habet de culpa & ſi poſt tẽ-
pus]huiuſmodi orationis[inuenerimus tentationem præſertim eandem ſimiliter nobis
contingere & operari in nobis quod fiebat in nobis ante orationem prætactam, cogno-
ſcemus quod non omnino ex dæmonijs eſt ſed naturæ].i.ex naturali cauſa & diſpoſitio F
ne noſtræ complexionis contingit,& quantum ad hoc excuſatur à culpa. [Plerunq; au-
tem & diuina diſpenſatio tanquam ingratos præueniens ſua benignitate vult viſitare in
contrarijs] hoc eſt,per iſta contraria,ita quod delitiantibus,ſaturatis & vinum potanti-
bus dat quandam alacritatem deuotionum,compunctionumq; facilitatem, abſtinenti-
bus vero indigentibus & in operibus pœnitẽtiæ fatigatis permittit accidere ariditatem,
indeuotionem,torporem & tentationes in ſomnis[& per omnia hæc excludit à nobis e-
lationem & propriam reputationem]ita quod in exercitijs & laboribus noſtris inaniter
gloriari & confidere non valeamus. Durum quippe & crudele eſt,curioſe ſcrutati pro-
funditatem iudiciorum dei,curioſi etenim nauigant in naui elationis & arrogantiæ]hoc
eſt, in ſua præſumptione & audacia & ſuperbia ambulant ac vehuntur in fluctibus peri
culorum ſuorum, quaſi in naui, [Tamen propter multorum infirmitatem aliquid di-
cendum. Interrogauit quis quendam videre valentium] hoc eſt, Quidam interrogauit
virum contemplatiuum & illuminatum, [Quid nam eſt,] id eſt, cur contingit, [quod
dominus prænoſcens & præſciens lapſus quorundam, orauit hos quandoq;] videlicet,
ante ruinam eorum [chariſmatibus] gratiæ gratum facientis, [atque prodigijs. Qui
reſpondit, Ideo D O M I N V S fecit hoc, vt cæteros ſpirituales muniret cer-
titudine,] fidei per talia ſigna [& veritate firmaret] Catholica, [& liberum arbitrium
oſtenderet,] per hoc quod de bonis fiunt mali, ſicut econtra de malis boni, [& ca-
dentes faceret inexcuſabiles]in iudicio,eo quod poſt tanta SPIRITVS SANCTI
chari-



A chariſmata corruerunt[Etenim lex]Moyſi[tanquam imperfecta ait]in Deuteronomio Deuter. 4.
ſcilicet:[Attende tibiipſi. Dominus vero] C H R I S T V S I E S V S, [tan-
quam ſuperfectus mandauit nobis & fratribus directionem,]vt ſcilicet proximum pec-
cantem corripiamus,dicens:[Si peccauerit frater tuus,& quæ ſequuntur. Si correctio Matth. 18
tua]qua corripis fratrem peccantem, [eſt munda & humilis, magis vero ſi eſt reuocatio
eius,quod eſt domini]id eſt,diuini præcepti[ad memoriam tuam]vel ſi eſt reuocatio ad
memoriam,hoc eſt,commemoratio culpæ fratris,vt ipſe culpam ſuam attendat & vitet,
[quod eſt domini facere non deuitabis,] hoc eſt,nõ omittes implere C H R I S T I
preceptum de correptione fraterna, [& præſertim in his qui recipiunt,] hoc eſt, eos qui
gratanter accipiunt correptionem potiſſime increpabis. [Si vero nondum ad hoc per-
uenisti,]vt correptio tua ſit munda ac humilis & commemoratio fratris,[ſaltem ſeruitu-
tem exerce legalem,]id eſt,præceptum legis obſerua,attendendo tibiipſi,quę lex fuit lex
timoris & ſeruitutis. [Non mireris & tuos conſpiciens amicos inimicantes tibi ſuper
reprehenſionibus tuis,]id eſt,aduerſantes & indignantes tibi, eo quod reprehẽderis eos,
nempe magis vacui & leuiores]hoc eſt,homines magis vani,puſilli,paſſionibusq; ſubie-
cti[ſunt inſtrumenta operum dæmoniorum, & maxime inimicis eorum.] quia per ho-
mines tales dæmonia tentant ac tribulant homines alios,& maxime virtuoſos,qui ſunt
B dæmonũ inimici. [Super vno exiſtentium in nobis valde mihi aduenit admirari] id eſt,
grandis admiratio orta eſt mihi de vna re exiſtente in nobis,[quomodo ſcilicet nos,qui
habemus deum omnipõtentẽ,& angelos,& ſanctos]homines in cœlo & in terra exiſten
tes[ad cooperationem in virtutibus].i.in auxilium ad virtuoſe agendum, [ſolum vero
malignum diabolum habemus inſtigatorem in contrarijs] hoc eſt,in vitijs[velocius &
procliuius incuruamur ad vitia. De his ergo nec volo nec valeo dicere diligẽter ad inq-
ſitionem,].i.ad prætactam nunc quæſtionem nõ volo nec poſſum plenarie nũc reſpon-
dere:veruntamen author aliqualiter ſoluit hanc quæſtionẽ ſubdendo: [Si vniuerſa hñt
quę facta ſunt quemadmodũ facta ſunt naturã].i.in prima & naturali inſtitutione[qũo
imago ſum dei,& luto commaſſatus ſum ſicut ait magnus Gregorius,]vtpote Gregori-
us Nazianzenus, hoc eſt, ſi cuncta creata conſiſtunt in ea integritate & proprietate, in
qua originaliter ſunt plaſmata,qualiter anima mea eſt imago dei,& tñ coniuncta eſt car-
ni immundæ,fragili ac mortali. Q. d. Eo ipſo ꝙ anima rationalis,quę dei imago eſt,cõ-
iuncta eſt corpori tali,conſtat ꝙ homo nõ manſit in tali dignitate & conditione, in qua
primo creatus eſt.[Si vero alicui rei creatæ aliquid inexiſtit præter id quod factum eſt,]
quemadmodũ homini originale peccatum innaſcitur,& fomes manet in eo,ac quatuor
vulnera ex originali pctõ ſecuta,[vnumquodq; tale penitus inſatiabiliter appetit ſuam
C ipſius cognitionẽ]plenariã,qualiter ſc; primo creata ſit,& qualiter lapſum. In his verbis
tangitur prædictæ quæſtionis ſolutio. Natura eñi rationalis eo ipſo ꝙ ex nihilo facta eſt
de ſe tendit ad nihil,& ad defectũ ac culpam,niſi conſeruet à deo. Deniq; vltra hoc mul-
tiplicem pronitatẽ habet ad mala ex originali pctõ & fomite atq; vulneribus eius,& cor
pus ipſum corruptibile adgrauat animã. Mundus quoq; & obiecta ipſius nõ mediocri-
ter tentant ac trahunt ad vitia.[Vnuſquiſq; vti debet omni induſtria ac ſtudio(vt ſic lo-
quar)quatenus lutũ reducẽs ad thronũ dei inthronizet].i.vt carnẽ ſuam virtuoſe regen-
do reducat eam ad immortalitatem & ad thronum cœleſtem, vt cõſtituatur poſt diem
nouiſſimum in cœlo empyreo,ſicut in Apocal. aſſerit Chriſtus:Qui vicerit,dabo ei ſede- Apocal. 3
re in throno meo.[Igitur nemo occaſionẽ cauſet ad aſcenſum].i.nullus quærat occaſio-
nem excuſandi ſe ab aſcenſu ad thronum gloriæ dei[Via eñ & porta apta eſt]quoniam
Chriſtus per ſuam ſalutiferã paſſionem aperuit nobis aditum regni cœleſtis, in ſua ꝗq;
aſcenſione viam monſtrauit, fidem edocuit, ſpem firmauit, iam quoq; innumerabiles
ſancti nos præceſſerunt ad patriam illam.[Auditio quidem virtutum & directionũ,].i.
actuum virtuoſoꝝ[ſpiritualium patrum euigilat mentem & animã ad æmulationẽ,].i.
ad amorem ipſorum patrum [auditio autem doctrinæ eorum naturaliter habet æmulã-
tes]id eſt,amantes[deducere ad imitationem]patrum ſeu completionẽ doctrinæ ipſoꝝ
[Diſcretio eſt doctrina tenebraꝝ]qa expellit tenebras ignorantiaꝝ ac vitioꝝ, tenebro-
ſaſq; mentes illuſtrat, [reductio errantium à via,] eos nanq; qui recedunt à via ſalutis
reducit ad eam, [illuminatio palpantium cæcitate,] Illuminat enim eos, qui præ cordis
excæcatione ignorant quo eunt,[Diſcretus eſt ſanctitatis inuentor,]Inuenit quippe me-
 dium

dium,in quo ipſa virtus conſiſtit,& animam ab immoderantijs acdefectuoſitatibus cu- D
rat. Ideo ſubditur:[& infirmitatis emundator,] Purgat nanq; ab vtroque extremo vi-
tioſo,ne quid fiat maius aut minus.[Omnes qui dicuntur admiratores rerum paruarum
ſolent hoc naturaliter pati,] hoc eſt, inducuntur ad hoc, quod res ſeu actiones modice
virtuoſas mirantur,& laudant tanquam eximias,[aut vltimæ ignorantiæ gratia,] hoc
eſt, vel ex maxima ignorantia,quia tam imperiti ſunt, vt diſcernere nequeant inter ma-
gna & parua,[aut intentione humilitatis,quia quæ ſunt proximi]id eſt,opera proximo-
rum[magnificant & extollunt,]vt comparatione illorum ſeipſos amplius paruipendãt.
[Agonizemus] id eſt, ſtudeamus[non ſolum luctari cum dæmonijs, ſed etiam prælia-
ri.] Quamuis luctari ac præliari frequenter pro eodem accipiantur,nunc tamen diſtin-
ctim ſumuntur. Proprie enim contra ſeinuicem luctari dicuntur, qui immediate cum
manibus & brachijs ſe apprehendunt vel amplectuntur,vt vnus deijciat alterum. Præ-
liari vero,qui cum armis cædunt, aut vulnerant hoſtem. Iuxta ſimilitudinem hanc ad-
monet author, vt non ſolum contra dæmonem luctemur, bona agendo cum quadam
difficultate ac renitentia,aut exiſtendo in ſtatu incipientium ſeu profitentium,qui adhuc
dimicant contra paſſiones & vitia,& cætera ſuæ ſalutis obſtacula, ſed cum omni alacri-
tate,promptitudine ac feruore inſiſtamus exercitijs virtuoſis, & per ea proſternamus ac E
proſequamur hoſtes,contra quos etiam mittamus ſagittas verbi cœleſtis ac lapides fun-
Pſalm.17 dæ,vt dicere ex ſententia valeamus: Perſequar inimicos meos,& comprehendam eos.
[Ille enim]puta luctator[quandoq; impellit eum]luctando[quandoq; vero impellitur]
ab eodem[Iſti vero]qui præliantur[ſemper perſequuntur inimicum]grauando eum ali-
quo modo.[Qui vicit vitia,vulnerat dæmones]affligendo,contriſtando eos nõ parum,
[qui vero ſimulat vitia ſe habere,per hoc vtriq; inimicos ſuos ſeducit,& non impugnatur
ab eis]tam acriter vt impugnaretur ſi virtuoſus eſſe ſciretur. Iſta eſt ſimulatio bona,ſi ta-
men veræ exemplaritati non contrarietur,nec ſcandalizet puſillos. Deinde ponit exẽpla
iſtiuſmodi ſimulationis [Quidam frater affectus aliquando ignominia].i.iniuriam paſ-
ſus[& nihil omnino corde motus]per impatientiam, [gratias agens]deo & iniuriatori,
[occulte ſecundum mentem orauit]pro perſecutore,[deinde ſuper ignominijs lamẽtari
cœpit,]hoc eſt,plorare ſe finxit propter iniurias ſibi illatas[abſcondens ſuam impaſſibi-
litatem].i.plenariam patientiam manſuetudinemq; perfectam,per fictam impatientiæ
paſſionẽ.[Alter frater exiſtens penitus ſine appetitu præſidendi, ſimulauit ſe oppreſſum
hocipſo deſiderio].i.pro fruſtratione affectus ſui ficti.[Quomodo tibi exprimam caſti-
tatem illius,qui apparens ingreſſus in lupanari cauſa peccati]cum meretricula exercendi
[fornicationem ad virtutum ſtudium traxit. Iterum cuidam ſolitarie habitanti aliquis
portauit botrum valde diluculo, qui poſt adferentis receſſum celeri impetu deuorauit
eum abſq; omni appetitu,ſeipſum oſtendens quaſi guloſum dæmonijs. Inſuper alius, F
perdens folia parua palmarum,finxit ſe toto die dolentem, quaſi tam inordinate affice-
retur ad folia illa. [Vigilia multa eſt neceſſaria talibus,]hoc eſt,præcipua cuſtoditio,cir-
cumſpectio,humiliatio cordis opportuna eſt pijs ſimulatoribus iſtis, ne conantes illu-
dere]dæmonijs[ſubducant quandoq; ſeipſos in illuſiones,]corruendo in ſpiritalem ſu-
perbiam aut gloriam vanam ex tali confictione, quaſi ex actu profundiſſimæ humilita-
tis.[Iſti enim ſunt veri illi de quibus Apoſtolus Corinthijs ſcribens ait: Vt ſeductores &
2.Cor.6 veraces,Si quis vult CHRISTO caſtum exhibere corpus, & vltra hoc oſtende-
re ei cor mundum,ſeruet ſeipſum integre in iraſcibilitate &abſtinentia,omnis eñ labor
noſter eſt inutilis abſq; virtutibus his. Quemadmodum humana lumina ſunt in homi-
nibus differentia,ita quod vnum eſt clarius alio[ita multæ ac differentes ſunt obumbra-
tiones intelligibilis ſolis,]hoc eſt, illuminationes dei, quæ fiunt in anima cum quadam
vmbroſitate & obſcuritate,per quam proportionantur capacitati mẽtis humanæ. Quia
nunc videmus per ſpeculum in ænigmate,ideo obumbrationes dicuntur[Nam alia]ob-
umbratio[fit per lachrymas corporales].i.quandoq; homo ex diuina illuminatione cõ-
ſiderat grauitatem ſuorum exceſſuum, & ita in exteriorem reſoluitur fletum. [Alia fit
per lachrymas ſpirituales]Hoc fit dum homo ex diuina illuminatione conſiderat multi-
plicia beneficia Dei atque promiſſa ipſius, & ita ex pia deuotione & amore ad fletum
mouetur ſaltem ſpiritualem.[Alia fit per oculos corporis,] quando videlicet ex corpo-
rali



A rali intuitu creaturarum ad creatoris contemplationem erigimur, quemadmodũ Iſaias
hortatur: Leuate in excelſum oculos veſtros,& videte quis creauit hæc.[Alia fit per ocu-
los intellectuales, quando ex cognitione intellectualium creaturarum,vtpote angelorũ
ac propriæ animæ eleuamur ad dei contemplationem, & item quando per occultam &
anagogicam illuſtrationem contemplamur altiſſimum.[Alia ex auditu verbi,]quando
ex aliorum prædicatione ſeu informatione ad dei contemplationem,& eorum quę fidei
ſunt intelligentiam excitamur. Poteſt quoq; de interiori auditione verbi æterni intelli-
gi,iuxta illud: Audiam quid loquatur in me dominus deus. [Et alia eſt exultatio in ani- Pſalm.84
ma proprie à ſe mota,] hoc eſt, ſpirituale gaudium,quod concipit anima ex contempla-
tione fidei ac ſapientiæ exiſtentium in ſe. [Alia exultatio eſt ex remotione & quiete,]
Hæc eſt ſpiritualis iucunditas ſolitariorum, qui in pſallendo,orando,meditando,ac dili-
gendo exultant in domino.[Alia eſt ex[obedientia,] Hæc eſt lætitia ſpiritalis cœnobi-
tarum,qui exequendo ſibi iniuncta cordialiter delectantur in actibus obedientiæ ſanctę
[Vltra & ſuper hæc omnia eſt exultatio & illuminatio, quæ per extaſim exhibet mentẽ
Chriſto in lumine intellectuali ineffabiliter &archane,]hoc fit,quando mens immedia-
te per feruentiſſimæ charitatis ardorem à deo tangitur,illuminatur, imo lumine quodã
theorico copioſiſſime adimpletur,& tam clare ac proxime deo vnitur,quod prorſus de-
B ficit à ſeipſa,& tota fertur & abſorbetur in superſplendiſſimi luminis fontem,atq; in di-
uitias glorię rapitur,ſicq; ineffabiliter ac tranquilliſſime in creatore pacatur,quieſcit,ob-
dormit ac delectatur. In quo myſtica theologia & ſapientia flammigera, vnitiua conſi-
ſtit.[Sunt virtutes, & ſunt matres virtutum.] Omnes virtutes infuſæ à deo ſunt imme-
diate,quantum ad habitum atq; eſſentiam: ſed vna virtus dicitur mater alterius,inquã-
tum actio eius imperat,cauſat ſeu diſponit, vel excitat actum virtutis alterius. Sicq; vir-
tutes theologicæ dicuntur matres virtutum,potiſſime charitas,obedientia quoq; & hu-
militas,& virtutes cardinales. [Qui ergo habet prudentiam magis agonizet ſuper poſ-
ſeſſione matrum,hoc eſt,qui veraciter prudens eſt,præcipue ſtudeat poſſidere,augere &
perficere in ſe illas virtutes, quæ aliarum matres dicuntur, quia per hoc in alijs virtuti-
bus facilius copioſiusq; proficiet. [Deus autem eſt magiſter matrum in propria ope-
ratione,]hoc eſt, deo potiſſimum competit mentem inſtruere, qualiter debeat ſe habere
exercendo actus, & exequendo opera virtutum,quæ aliarum ſunt matres,[filiarum ve-
ro plurimi,]id eſt, multi poſſunt eſſe magiſtri, qualiter debeant exerceri virtutes, quæ
aliarum virtutum filiæ nuncupantur. Iſtud tamen per quandam appropriationem eſt
intelligendum,quia & deus eſt principalis magiſter in omnibus actibus harum virtutũ.
Homo quoque aliqualiter inſtruere poteſt alium in actibus virtutum, quæ matres vo-
C cantur, vtpote in actibus charitatatis, humilitatis, prudentiæ, &c. [Attendamus,ne
quando cibi indigentiam per multam ſomnolentiam reſtauremus]hoc eſt,ſolerter ma-
ximaq; cum diligentia cuſtodiamus noſmetipſos, ne vnquam demus nos ad ſomnum
diuturnum atq; ſuperfluum,ne ex ieiunio ſentiamus afflictionem, vel vt debiliationem
naturæ,quæ ex abſtinentia accidit,reparemus per ſomnum immoderatum. [Iſtud enim
eſt inſipientium opus,] videlicet indigentiam cibi reparare per ſomnolentiam multam,
nam plus damni homo incurrit per ſomnum huiuſmodi, quàm lucretur per indugentiã
cibi,[quemadmodum & contrarium eſt econuerſo]id eſt,ſicut & vice verſa contrarium
huius,vtpote indigentiam ſomni reſtaurare per abundantiam cibi, eſt inſipiẽtium opus.
[Vidi operarios ſecundum aliquam circunſtantiam parum condeſcendentes ventri]hoc
eſt, vidi quoſdam feruentes in dei obſequio, qui ſecundum habitudinem quandam ſa-
tis ſobrij erant in cibo & potu,[ocius vero viriles per totius noctis vigiliam & orationis
aſſiſtentiam,]hoc eſt, puram & prolixam orationem deo ſynceriter, cordeq; ſyncero
præſentatam,[miſeram carnem cruciauerunt,& ſatietatem decætero auertere cum gau-
dio correxerunt, ]hoc eſt, ſemetipſos ſic exercendo & affligendo didicerunt ſatietatem
refectionis ac ſomni cum iucunditate ſpiritali vitare, & talibus vigilijs atque orationi-
bus viriliter inhærere.[Dęmon auaritiæ luctatur acute cum profeſſoribus paupertatis,]
vt trahat eos ad habendum aut appetendum aliquid proprium, vel vt immoderate affi-
ciantur ad communia eorum vſui deputata.[Cum vero non præualuerit,].i.ſuccubue-
rit in tentatione[tunc inducit & allegat pauperes in occaſionem,] hoceſt,egenos rédu-
cit ad memoriam religioſorum [& immateriales].i.contemplatiuos pauperes profeſſo-
res

res,[perſuadet iterum fieri materiales,] inſtigando eos ad hoc, vt relictis exercitijs vitæ D
contemplatiuæ, monachi iterum occupent ſe corporalibus actibus miſericordiæ. [Con-
triſtati] hoc eſt, iniuriam paſſi, & ex hoc aliquo modo mœrentes, [non ceſſemus ad me-
moriam reuocare mandatũ Chriſti ad Petrum, vz; ſeptuagies ſepties dimittere peccãti.
Quod eñi in altero fieri mandauit, penitus & ipſe multo amplius faciet]. i. Chriſtus, qui
alijs iuſſit vt tam ſæpe, imo tam ſemper ignoſcant peccantibus in ſe, multo plus ignoſcet
his qui in ipſum peccant quotidie, dummodo ipſi propter Chriſtum ſemper indulgeãt
forefacientibus ſibi. [Elati vero]. i. dum motũ ſuperbiæ ſentimus in nobis de impatien-
tia in aduerſis, ſiue ex alia cauſa [rememoremur dicentis [Quicũq; totã legem ſpũalem]
& euangelicam [perfecerit, offenderit aũt in vno vitio,] puta in elatione, [factus eſt oĩm
reus. Sunt quædã ſeditiones ſpirituum immundoꝝ & malignoꝝ à ſanctis voluntarie di-
ſcedentes]. i. quidam diaboli ſponte ceſſant impugnare quandoq; viros perfectos [vt nõ
fiant moleſtatis conciliatores coronarũ ſuper inuictis prælijs]. i. ne viris illis tentatione
grauatis acquirant præmia glorioſiora pro hoc, ꝙ inuicte reſtiterũt ac præualuerũt ten-
tationibus dæmonum. [Beati quidẽ pacifici, & nemo eſt contradicens] huic authoritati
[ego vero vidi inimicitias facientes beatos]. i. quoſdã conſpexi viros virtuoſos, q ex in-
duſtria fecerunt diſcordiam inter quoſdã [Duo qdam affectionẽ amoris fornicarij poſſi E
debant inuicem]. i. ſenſualiter ac tpaliter amabant ſe mutuo, vel concordes erant in for-
nicandi affectu [Diaconus aũt quidam vir probatiſſimus ſcientia inter doctos, factus eſt
ſeminator diſcordię inter vtroſq;, illum quidẽ quaſi detrahentẽ huic, & maledicentẽ im
properijs accuſans, & ſimiliter accuſauit iſtum illi. Et pręualuit ſapientiſſimus] diaconus
[repulſare humana induſtria malitiam dæmonũ, & operari odium,] inter illos [ſoluens
(per hoc) vinculum (.i. vitium) fornicatiõis.] Circa iſtud poſſent multa vtiliter dici. Pri-
mo eñi non debemus aliquo modo mentiri, ſcdo non debemus facere mortale pctm̃, vt
eruamus alium à pctõ mortali: tertio, nõ debemus alium directe inducere ad minus pec
catum, vt per hoc abſtrahamus eum à peccato maiori, ꝗuis inter duo mala minus malũ
ſit eligendum. Iſtud itaq; factum non eſt ad imitationẽ trahendum, licet excuſetur, & ab
authore iſto laudetur, quia proceſſit ex bona radice, & factũ eſt pia intentione. Sunt aũt
aliæ viæ multo meliores ad extrahẽdum alios à praua concordia, & à carnali affectu ad
inuicem. Deniq; licet malam concordiã rumpere, & bonam diſcordiã inter male vnani-
Acto. 23 mes ſeminare, quemadmodũ fecit Paulus inter Phariſæos & Sadducæos: veruntñ nunꝗ
licet inter alios directe ſeminare odiũ charitati contrarium, nec licet aliquẽ mendaciter
accuſare. Hæc breuiter tetigiſſe ſufficiat, quæ ex dictis ſanctoꝝ copioſe atq; faciliter poſ-
ſent probari [Eſt q mandatum per mandatũ repulſat] Nunꝗ licet vnum mandatũ tranſ-
gredi, vt aliud obſeruetur: eſt igitur ſenſus horum verboꝝ, ꝙ quidam videntur per ſimi-
litudinem opis vnum mandatũ infringere ne violent aliud [Vidi eñi iuuenes inuicem li- F
gatos charitatis affectione ſcd̃m deum, tñ certificantes ſe mutuo de integritate charita-
tis mutuæ inuiolata elongauerunt ſe ab inuicem ad tempus propter alioꝝ læſionẽ] vitã-
dam [& conſcientiã ſuã] ſaluandam, ne per charitatẽ mutuo familiarẽ ponerẽt offendi-
culum alijs, q ferre nõ poterant hanc eoꝝ mutuam charitatẽ, ſicq; ſe ab inuicẽ elongan-
do videbantur quodammodo facere contra charitatẽ. Iſti fuerunt ſapientiſſimi iuuenes,
q in hoc ipſo ſunt imitandi in caſu conſimili, [Sicut contrariæ ſunt nuptiæ & mortuorũ
excubiæ, ita ſuperbia & deſperatio ſunt inconſonæ,]. i. diſconuenientes & improportio
natę adinuicem: qui eñi deſperat, reputat ſe grauem peccatorẽ, ſiue tam pronum ad mala
aut impotentem ad bona vt nõ poſſit ſaluari, quæ reputatio videtur eſſe elationi cõtra-
ria. [Eſt tamen ambas ſimul vnanimiter videre ex dæmonum ſeductione,]. i. quandoq;
ſunt vitia iſta pariter in eodẽ, ex eo ꝙ dæmones ad contraria vitia inſtigantes, ſimul ten-
tant & vincunt eundẽ, ita ꝙ dæmon deſperationis inducit hoĩem ad deſperationem, &
dæmon ſuperbiæ inducat eum ad elationem, ſic quod indurato corde extollat ſe, dãna-
tionem ſuam futuram penitus paruipendens, aut non aduertens. [Sunt quidam immun
dorum dęmonũ ſubimmittẽtes & narrantes nobis interpretationẽ ſcripturaꝝ diuinaꝝ
in prohemijs]. i. in principio dum tentare aut apparere incipiunt, [ſed libẽter hoc faciũt
in cordibus vane glorioſoꝝ, & præſertim in cordibus exercitatis in doctrina extrinſeca]
. i. ſeculari, ſcholaſtica, acquiſita, ſeu literali, [vt ſeducendo eos paulatim in hæreſes bla-
ſphemiaſq; inducant. Theologiam magis vero, machilogiam & vanilogiam dæmonũ]
id eſt,



A id eſt, notitiam diuinarum ſcripturarum nobis à dæmonibus inſpiratam, quę potius di-
cenda eſt notitia practicatiua mali atq; vaniloqua, quàm notitia vere affectiua, diuina,
ac theologica, hanc inquam, [cognoſcemus] id eſt, à vera theologica cognitione di-
ſcernemus [ex ſubinductione conturbationis gaudijq; pereffuſi ac irreuerẽtis in anima]
id eſt, per hoc quod ex tali notitia vaniloqua faciliter oriũtur in anima motus indigna-
tionum & aſpernationum contra alios, exhilarationes quoq; penitus diſſolutæ & irreue
rentiales. [Quidam habuerunt ordinem & principium, quidam vero finem factorum
à faciente,]. i. quidam receperunt à deo omnium bonoꝝ factore ordinatam incœptio-
nem actionum bonaꝝ, qui tamen non perſeuerauerunt vſq; in finem: alij aũt acceperũt
vltra hoc conſummationem perſeuerantiamq; bonoꝝ quæ incœperũt. [Virtus vero fi-
nem poſſidet infinitũ,] hoc intelligi poteſt, vel qa deus immenſus eſt finis virtutum: vel
qa æterna felicitas dr̃ finis oĩs virtuoſæ actionis: vel qa durante hac vita, debemus ſem-
per creſcere in virtute, [Ait eñi hymniſator canticoꝝ (.i. Pſalmiſta) Oĩs conſummatiõis Pſalm. 118
vidi finem, latum vero & infinitũ mandatũ nimis.] Author iſte conſuetudinẽ habet, ꝙ
allegando ſcripturas aliqd addit & interponit, ſicut & nunc. Dicitur aũt mandatũ dei la-
tum nimis, qa ad oẽs extenditur, & quia charitatis pręceptũ extendit ſe etiã ad inimicos.
Porro idem mandatũ dicitur infinitũ, vel qa durat vſq; ad finem mundi, vel qa charita-
B tis præceptum in patria perfecte ętternaliterq; impletur [Quidam boni operatores ibant
ex virtute actiua in virtutẽ contemplationis,] proficiendo ex actibus virtutũ moralium
ad actus virtutum theologicaꝝ atq; donoꝝ intellectualium, præſertim ad actus ſapien
tiæ vnitiuæ ac myſticæ theologiæ & ardentiſſimæ charitatis, [& ſi charitas nunꝗ deſinit]
qa non excidit, imo nunc inchoatur, & in futuro perficietur, & continuabit ſine fine, [&
dñs cuſtodiet introitũ timoris tui,]. i. principiũ tuæ emendationis, quæ incipit à timore
[& exitum]. i. proceſſum ſeu finem [tuæ charitatis: vere infinitũ eſt prædium finis eius]
. i. merces ſeu opulentia ſiue poſſeſſio charitatis eſt infinita in cœlo, vz; beatifica dei frui-
tio, ſeu ipſe deus oĩpotens, [in qua] charitate [proficientes nunꝗ deſinemus aliquo fine,
neq; ſecundum præſens, neq; ſecundum futuꝝ]. i. nec in præſenti vita, nec in futura, [aſ-
ſumentes & addentes lumini lumen, & ſcientiam ſcientiæ.] In his verbis videt author
ſentire, ꝙ ſancti in patria proficiunt & creſcunt in lumine atq; ſcientia, qd quibuſdã tpẽ
ſuo nõ placuit, ideo ſubdit [licet quod dictum eſt videatur multis quodãmodo peregri-
num]. i. alienũ à veritate, [tamen ò beate abbas] cui hæc ſcribo, [dicetur]. i. dicendũ eſt
[iuxta determinationem à nobis præfatã: neq; eñi intellectuales ſubſtantias]. i. angelos
[vtiq; dixerim abſq; profectu, magis vero determino eas ſempiterne addentes gloriam
gloriæ, aſſumentes cognitionẽ ſcientiæ ſuper ſcientiam] Circa hæc aduertendũ, ꝙ iuxta
C doctrinã D. Dionyſij & ſanctorum eum ſequentiũ, angeli ſancti vſq; ad diem finalis
iudicij proficiunt in cognitione quorundã effectuũ dei, & de talibus ſupremi illuminant
à deo, imo & à Chriſto ſcd̃m naturam aſſumptã, ſuperiores qꝗ; angeli inferiores purgant
illuminant, atq; perficiunt. Inſuper in præmio accidentali proficere pñt vſq; ad diem iu-
dicij, ſed in præmio eſſentiali (quod eſt beatifica & fruitiua viſio dei) ſeu in deitatis co-
gnitione clara per ſpeciem, nullus beatoꝝ proficit nunc ante iudiciũ, neq; poſt illud. Beati
eñi non ſunt in ſtatu merendi aut demerendi. Poſt diem aũt iudicij ceſſabunt oẽs pro-
fectus in cognitione effectuum dei, atq; in præmio & gloria accidentali, mutua qꝗ; ange
lorum purgatio, illuminatio & perfectio, imo oĩa erunt tunc pleniſſime in termino con
ſummato, nec vllum meritum erit, ſed pręmium purum, & oĩs potentialitas erit in beatis
pleniſſime reducta ad actum, ſicut ex dictis ſanctoꝝ & doctoꝝ ſcholaſticorum poſſet
copioſe probari. Idcirco opinio prætacta authoris non cenſetur poſſe ſaluari, imo mul-
ta continentur in ea quæ paterent calumniæ. Nam inter cætera ſequitur ex ea, quod in
angelis eſſet capacitas infinita reſpectu diuinorum chariſmatum. [Si tamen dæmones
plerunq; ſubimmitunt & ingerunt nobis bonos ſenſus] hoc eſt, veras ſentẽtias [& in his
intellectualiter contradicunt] id eſt, occulte inſtigant & ſuggerunt nos ad non credendũ
ſententijs illis [ne mireris] de hoc. [Intentio enim eſt inimicis noſtris] dæmonibus [per
hoc nos ſuadere] ad talia [vt cognoſcant intentiones & cogitationes in corde noſtro la-
tentes,] quatenus illis cognitis & exploratis certius ſciant qualiter acrius nos impug-
nent. [Noli eſſe auarus] id eſt, cupidus & diſtrictus s[iudex & exquiſitor eorum, qui ſer-
mone magnifice docent, videns eos circa practicam aliquantulum pigrius perſiſtentes.]
hoc

hoc eſt,aliqualiter tardos,[vtilitas eñi verbi adimpleuit plerſq; defectum opis].i.meri- D
tum informationis alioꝝ ſuppleuit frequenter imperfectionẽ conuerſationis[Non poſ-
ſidemus oẽs penitus æqualia dona. In aliquibus enim ſermo magis abundat, q̃ opus.In
alijs vero opus abundat magis q̃ ſermo.] Per hæc verba reprimitur quorundam te-
meraria audacia, qui quum ſint maliuoli, indociles & peruerſi, ſemper acuti ſunt &
procliues reprobare informationem eorum, à quibus ſalubriter edocentur aut corri-
piuntur,dicendo:Medice,cura teipſum,aut aliquid tale, [Malum]culpæ [deus non fecit
nec condidit],ſed ſeducti ſunt quidam, dicentes quædam vitia eſſe naturalia in anima,
ignorantes ꝙ ſuppoſitiuas & ſubſtantiuas proprietates naturæ,]hoc eſt,vires & inclina
tiones innatas fundamentales & firmiter inhærentes naturæ rationali [noſipſi tranſtu-
limus in vitia]abutendo eiſdem.[Quale ait].i.quale eſt quod quidam dicit,vc; iſtud[ge
neratiuum ſemen eſt in nobis propter filiorum propagationẽ, nos autem tranſportaui-
mus]id eſt,conuertimus[illud in fornicationem & libidinoſam concupiſcẽtiam.Furor
iraſcibilis natura] hoc eſt, ex naturali conditione & inſtitutione creatoris [eſt in nobis
contra ſerpentem & vitia] id eſt,vt iraſcamur contra diabolum & peccata[vtimur autẽ
furore ſeu ira contra proximum. In nobis eſt zelus]id eſt,naturalis dilectio[vt æmule-
mur]id eſt,diligamus[virtutes,nos vero zelum & æmulationem habemus ſuper malo] E
id eſt,ad vana & vitioſa afficimur. [Naturaliter ineſt animæ concupiſcere gloriam]non
inanem[ſed ſupernam.Naturale eſt animæ ſuperbire,ſed contra dæmones,]vt eis con-
ſentire ac ſubijci dedignaremur,[Similiter & gaudium]naturaliter competit animæ,ſed
gaudium[in domino & propter dominum]id eſt,ad dei honorem[& propter bona opa
proximorum. Suſcepimus naturaliter memoriam malitiæ,]hoc eſt,iniuriæ nobis factæ,
ſed contra animæ inimicos.Accepimus naturaliter deſiderium alimenti,non aũt comeſ-
ſationis & impudicitiæ. Anima quæ eſt ſine pigritia excitauit dæmones contra ſeipſam]
Quo enim quis extat feruentior, eo plus incitatur diabolus impedire profectum ipſius.
[Multiplicatis enim prælijs tentationum,multiplicatę ſunt & coronæ]id eſt,præmia tri-
umphorum his qui viriliter pugnauerunt. [Qui non eſt plagatus ab impugnatoribus,]
hoc eſt,qui à dæmonibus non eſt impugnatus & moleſtatus [penitus non coronabitur,
qui vero non fatigatur aut anguſtiatur ſuper occurrentibus caſibus] id eſt,per impatien-
tiam non laſſatur,nec trepidat in tentationibus & aduerſitatibus aduenientibus ſibi[glo-
rificabitur ab angelis]tanq̃ pugnator idoneus. [Tres quidam quis noctes in terra fecit
in vniuerſo]Per quendam iſtum qui in vniuerſo fecit tres noctes in terra,poteſt intelligi
Chriſtus, qui per ſynecdochen tribus noctibus fuit in terra.i.ſepultus in terra,ſicut præ-
Matth. 1 dixit: Sicut Ionas fuit in ventre ceti,ita filius hominis tribus noctibus erit in ventre ter-
ræ.Inſuper nox dicitur tempus dormitionis, quo anima communiter ceſſat per ſomnũ
ab exercitijs rationis, quæ in dormiente ligatur.Quoniam ergo anima Chriſti nunquã F
ceſſauit ab actibus rationis per ſomnum in vita hac, ſed in triduo ſepulturæ corpus eius
dormiuit in monumento,idcirco dicitur tres noctes fuiſſe in terra.Rurſus per noctem in-
telligi poteſt aduerſitatis & tribulationis tempus.Quoniam ergo tota vita ſaluatoris in
mundo hoc perſequutionibus & tribulationibus plena fuit,poſſunt per tres noctes intel
ligi tria tempora ætatis,videlicet infantię,pueritiæ ac iuuentutis,quibus tribulationes &
perſequutiones perpeſſus eſt[Qui vero tres horas vincit,non morietur]hoc eſt,qui præ-
ualuerit in hora qua tentatur à carne, & in hora qua tentatur à mundo, & item in hora
qua à dæmonibus impugnatur, non morietur morte culpæ, nec morte damnationis
æternæ. Vel tres horæ ſunt tempus quo tentamur per proſpera,tempus quoq; quo tenta
mur per aduerſa,& tempus periculoſiſſimæ tentationis in morte. Rurſus tres horæ ſunt
principium bonæ actionis,& medium ſeu proſequutio eius,& finis ipſius,in quibus qui
præualuerit ſaluus erit. [Si ſecundum diſpenſatiuam correctionem poſt ortum ſuum in
nobis ſol cognouit diluculo occaſum ſuum in nobis,]Per ſolem intelligi poteſt ſol ma-
terialis,& etiam ſol intelligentiæ qui eſt Chriſtus.Itaq; ſi ſol poſt ortum ſuum in nobis,
id eſt,mox poſtq̃ lucem ſuam ſuper nos fudit,aut mentibus noſtris lumẽ infudit,cogno-
uit diluculo,hoc eſt,mane ſeu cito nos cognoſcere fecit occaſum ſuum,i.receſſum ſuum
à nobis ſecundum diſpenſatiuam correctionem,qua interdum ad tempus relinquit nos
diſpenſatiue, & tentari,tribulari ac contriſtari permittit, corrigens per hoc ingratitudi-
nem,præſumptionem,& cætera vitia animæ noſtræ,ita quod recognoſcimus iſtud,ſicq;
ad deum



A ad deum rurſus confugimus[penitus poſuit tenebras in latibulo ſuo].i.afflictiões,mœ-
rores,& animi obſcurationes produxit in nobis eo tempore, quo ita abſcondit gratio-
ſam ac dulcem præſentiam ſuam à cordibus noſtris[& facta eſt nox].i.ariditas & excę-
catio quædam in anima noſtra interdum tam grauis, vt cœlum videatur nobis æneum,
terraq; ferrum,& paſſionum caligine inuoluamur cogitationum ſtrepitu confundamur,
& ſuſpicemur nos prorſus deſtitutos à gratia.[In ipſa ergo nocte pertranſibunt ad nos,
mane recedentes catuli leonum ſylueſtres, & omnes beſtiæ ſyluæ ſpinoſorum vitiorum
rugientes,]hoc eſt,durante tali caligine mentis,ſtatim oriuntur in nobis & inuadunt ac
impugnant motus leoninæ animoſitatis ac ferocitatis,& amariſſimæ punctionis iræ,im
patientiæ,indignationis,inuidiæ,intra nos tumultuantes[vt rapiant ſpem]perſeuerandi
in nobis [& quærentes à deo,]id eſt,ipſo domino permittente [eſcam vitiorum ſibi]hoc
eſt,fomentum & incrementum ſuæ malitiæ,vt ſcilicet eas foueamus in nobis[aut per in
tentionem peruerſam & meditationẽ].i.per cogitationem & conſiderationẽ reꝝ,ex qui-
bus hæ peſſimæ motiones & affectiones paſſionũ generantur,continuantur, renouãtur
& inualeſcunt[aut per actionem] vtpote opere exequendo ea,ad quæ incitant ſeu incli-
nant. [Iterum vero ortus eſt in nobis ſol per obſcuram humilitatem].i.Chriſtus ſol iu-
B ſtitiæ denuo viſitauit,exhilarauit & adimpleuit nos amoroſe ac gratioſe per hoc, ꝙ hu-
militer recognouimus proprias calamitates,defectuoſitates,præſumptiones & miſera-
biles pronitates ad omne malum[& ad ſeipſas iterum beſtiæ congregatæ ſunt].i.præfa-
ti motus beſtiales ſimul de cordibus noſtris expulſi ſunt ex luminoſa & conſolatoria vi-
ſitatione altiſſimi[& collocabuntur in cubilibus ſuis]vc; amatoꝝ concupiſcentiaꝝ,& nõ
in nobis.[Tunc dicent inter dæmones].i.immundiſſimi dæmones inuicem dicent[Ma-
gnificauit dñs iterum facere miſericordiã ſuam cum eis.Nos vero dicemus ad eos: Ma-
gnificauit dñs facere nobiſcum,facti ſumus lætãtes,vos vero perſecuti].i.vos ò dæmo-
nes eſtis nos perſecuti tentando,& nos ſumus vos perſecuti, reſiſtendo ac præualendo.
Ecce dñs ſedebit ſuper nubem leuem,vc; animam ab vniuerſa concupiſcentia exaltatã]
hoc eſt,in anima à pondere vitiorum & terreſtreitate ſeu corpulentia paſſionum purga-
tam, rurſumq; eleuata reſidebit[& venit in Aegyptiacum cor,& primo tenebroſum,]qa
per hoc ꝙ ita ingreditur,efficit animam eam illuminatã ac ſpiritalem,quæ ante erat im-
munda ac obſcurata, [& commouebuntur manufacta idola,& cogitationes mentis,]id
eſt,vana phantaſmata & fœdæ imaginationes cogitationeſq; illicitæ abijcientur de cor-
de,quod Chriſtus inhabitat.Myſtica iſta locutio ſumpta eſt ex Iſaia,quemadmodũ præ Iſaiæ 19
inducta ex Pſalmo.[Si Chriſtus ab Herode corporaliter fugit,cum eſſet oĩpotens,]pro- Pſalm. 103
pter quod non fugit ex infirmitate,ſed pro nr̃a ædificatione, [corrigantur audaces præ-
ſumptuoſi non ſeipſos in tentationes proijcere].i.Chriſti exemplo ſe corrigant,ita vt de
C cætero non præſumant tentationibus ſe ingerere,ſed fragilitatẽ ſuam aduertant. [Non
det in commotionẽ pedem tuum]ait Pſalmiſta[& non dormitabit qui cuſtodit te ange Pſalm. 120
lus]ex quibus verbis oſtenditur,quantum indigeamus auxilio dei & angeli ſancti[Com
plecticur fortitudini tumor,] hoc eſt,elatio ſæpe adiungit & circumuoluit ſe fortitudini
corporali ac ſpiritali[quemadmodum rubus q̄dam dictus ſimilax ſe coniũgit cypreſſo.
Opus perpetuum nobis ſit].i.indefinenter prouideamus & obſeruemus[vt neq; exili in-
tentione recogitemus nos poſſidere qualecunq; bonum].i.nullum bonum gr̃æ & vir-
tutum quantumcunq; exiguum arbitremur nos habere quaſi ex nobis, nec proprijs id
viribus aſſcribamus[ſed & diligenter intendentes & quærentes,inſpiciamus proprieta-
tem ipſius boni,ſi in nobis ſit, & intelligemus nos penitus eſſe deficientes ab ipſo bono]
itaꝙ nec bonum naturæ, nec bonitas gratiæ ac virtutum in nobis ſyncere, perfecte ac
pure,ſed prorſus defectuoſe,permixte & obnubilate,propter quod dixit ſaluator:Nemo Lucæ 18
bonus,niſi ſolus deus. Nempe tot mala nobis admixta ſunt, vt etiam vniuerſæ iuſtitiæ
noſtræ comparentur panno menſtruatæ,q̃ vix aliq̄d turpius extat.Proprietas aũt boni,
eſt appetibile eſſe:proprietas vero virtutis,eſt habentẽ facere bonum.[Quære inceſſan-
ter in te argumenta,].i.ſigna & effectus[vitiorum,& tunc intelliges multa ex vitijs in te
eſſe.Quare bona poſſibilia homini agere,aut noſipſos cognoſcere nõ valemus exiſten-
tes in infirmitatibus vniuerſis].i.cur nos exiſtentes in defectuoſitatibus cunctis,nõ poſ-
ſumus noſipſos rite cognoſcere,neq; ad quę extendat nos poſſibilitas noſtra?Et reſpon
det:[Aut propter infirmitatem,aut propter relictionem profundam,]quaſi dicat:Excu-

 ſationem

ſationem non habemus, de hoc ꝙ non valemus iſta, quia contingit ex nimia noſtra pu- D
ſillanimitate, tarditate & infectione, [aut quia vehementer relicti ſumus à deo,] iuſto iu-
ditio propter peruerſitates & ingratitudines noſtras, ita ꝙ excæcatio atq; acedia poſſi-
dent nos [propoſitum autem iudicat deus.] qui ſcrutatur corda & intentiones, & iuxta
interiora iudicat hominẽ, quem ſi viderit eſſe boni propoſiti, & facere quod in ſe eſt, im-
pendit auxilium, & mentem illuminat. [In his aũt quæ ſunt ſecundum virtutem] id eſt,
in his quæ poſſibilia nobis ſunt [ipſe deus benignus exquirit & operationem] vt talia fa-
ciamus ſecundum quod exigit vocatio noſtra [Magnus eſt, qui nihil eorum quæ ſunt ſe-
cundum virtutẽ ſuam minuit vel relinquit]. i. perfecte obſeruat quæ poſſibilia ſibi ſunt,
non faciens opus dei fraudulenter, aut negligendo. [Maior vero eſt, qui in humilitate
admittitur in his quæ ſunt ſuper virtutem,] hoc eſt, qui merito ſuæ profundæ humilita-
tis eleuatur ad ſupernaturalia, & quanto minus de votis ſuis præſumit, tanto plus deſu-
per adiuuatur, atq; ad contemplationes ſublimes, & ad transformationem in [illegible] ad
raptum extaſimq; perducitur [plerunq; dæmones prohibent] id eſt, diſſuadẽt & [illegible]
ſe ſuo, ſeu potius quantum admittuntur impediunt [nos agere leuiora & præſertim con-
uenientia, & exhortantur nos proſequi grauiora & inutilia,] vt ſic efficiamur dupliciter
rei, vz bona agenda omittendo, & inutilia faciendo. [Inuenio illum Ioſeph patriarchã
eximium beatificumq; propter auerſionem à peccato,] qui renuit facere ſtuprum, [non E
propter oſtenſionem impaſſibilitatis,] .i. non ob hoc ꝙ penitus caruit omni tentatione
& motu, ſed quia his glorioſe præualuit. [Quærentium nobis in quibus & quot pecca-
tis auerſio]. i. à malo recedere [poſſidet coronam] Ad quod author nõ reſpondet, ſed bre
uiter dici poteſt, ꝙ in omnibus auerſio iſta meretur vitam ęternam, in quibus homo ten
tatur aut incitatur ad malum, & tñ ex charitate reſiſtit, repugnat ac pręualet. Auerſio aũt
quæ eſt pura priuatio, aut ceſſatio, ſeu vacatio ab actu illicito non meret coronã. [Aliud
eſt auertere & deuitare malitiam] q̊d eſt recedere à malo [& aliud atq; ſublimius occur-
rere ſoli iuſtitiæ] .i. bona aggredi ſolo intuitu & amore iuſtitiæ. [Obſcurari eſt cauſa of-
fendendi]. i. excęcatio ſeu ignorantia mentis, eſt occaſio illicitæ appetitionis interioris &
culpæ [offendere vero eſt cauſa cadendi]. i. praua & libidinoſa affectio eſt cauſa exterio-
ris peccati & actus obſcæni [cadere aũt eſt cauſa moriendi]. i. æternaliter pereundi, ſcd̃m
Iacobi 2 q̊d Iacobus ait: Peccatum cum conſummatum fuerit generat mortẽ. Quod nõ eſt intel-
ligendum, quaſi obſcuratio & offenſio nõ ſint cauſa moriendi, ſed ꝙ opus prauum addi-
tum illis vna cum eis magis ſit cauſa mortis æternæ. [Obtenebrati ex vino ſobrie euigi-
larunt aqua]. i. poſt ſomnũ lauando faciem & os aqua ſobrij fiunt [obtenebrati vero vi-
tijs euigilant lachrymis]. i. peccata ſua deflendo ſobrij corde effecti ſunt. [Aliud eſt con-
turbatio, aliud diffuſio, & aliud cæcitas,] difficile eſſet hoc intelligere, niſi ſubiungeretur:
F [Nam priorem] vtpote conturbationẽ [ſanat abſtinentia humilis: ſecundã] puta diffuſio
nem [ſanat quieta remotio & oratio: tertiam vero] vz cæcitatẽ [curat obediẽtia & deus,
incarnatus, factus obediens pro nobis vſq; ad mortẽ.] Ex quibus verbis elicitur, ꝙ per
conturbationem intelligat concupiſcentiam gulæ & fornicationis, quæ humili abſtinen
tia ſuperatur. Per diffuſionẽ vero intelligit diſperſionem mentis circa terrena & curioſa,
quæ ſolitaria manſione & oratione extinguuntur. Per cæcitatem demum intelligit, pro-
priæ voluntatis immanſionem ac rebellionem, quæ ſanatur per obedientiam, & præſer-
tim per conſiderationẽ obedientiæ Chriſti vſq; ad crucis patibulum. [Et nos exiſtima-
uimus duas egregias purgationes eſſe eoꝝ, q ſuperna ſapiunt, exemplo duoꝝ purgantiũ
ea quæ ſunt deorſum]. i. iuxta ſimilitudinem locoꝝ ſeu remedioꝝ quæ corpora purgãt.
Deinde ſubiungit quæ ſint iſtæ egregiæ purgationes ſpiritalium hoĩm [& dealbatorium
ablutionis quaſi in ænigmate,] .i. metaphorice [dicimus eſſe cœnobium quod eſt ſcd̃m
deum]. i. cœnobium in quo eſt obſeruãtia regularis [quod eſt expurgans & remouẽs ſor
des hebetudinẽ craſſitiæ]. i. carnalitatẽ [doformitatẽq; aĩæ. Tinctorium aũt] q̊d eſt ſcd̃a
purgatio egregia, ſeu remedium ſpiritaliter purgatiuũ [ſit receſſus]. i. habitatio & obſer-
uantia ſolitariæ vitæ [his q in cœnobio & congregatione depoſuerũt luxum, gulam me-
moriamq; iniuriæ & furorẽ] imo & cæteras paſſionum immoderationes & culpas, [& à
cœnobio fratrũ tranſierunt decætero ad quietem ſolitudinis,] Interea cum vita ſolitaria
Anachoritarũ perfectior ſit conuerſatione cœnobitaꝝ, hinc Anachoritica vita recte vo
catur tinctoriũ, vita aũt ſotialis clauſtralium dicitur dealbatoriũ ablutionis. In tinctorio
nanq;



A nanq; res pulchrius coloratur q̃ in dealbatorio [Quod eueniat aliquem corruerere eiſdẽ
lapſibus] id eſt, recidiuare, ſeu eadem peccata etiam poſt pœnitentiam iterare, [quidam
dicunt eſſe ex defectu conſonæ & conuenientis pænitentiæ,] .i. ex hoc ꝙ peccator non
egit pœnitentiam dignam, nec habuit contritionem multitudini ac magnitudini vitioꝝ
ſuorum proportionatam: vel quia non habuit ſpecialem & condignam contritionẽ de
peccato, in quo relabitur, [& ex defectu diminutionis,] .i. minorationis & euacuationis
reliquiarum peccati præteriti [diminutionis, inquam, reſiſtentes] veræ emendationi [&
non ſinentis exquirere directionem]. i. reformationem & ſatisfactionem, [de præteritis
malis] Reſiſtit autem diminutio iſta huic emendationi & ſatisfactioni, non inquantũ di-
minutio reliquiarum peccati, imo ſic confert ad eas, ſed inquantum eſt defectuoſa. Quę-
rendum quoq; eſt, an omnis qui non corruit eadem ſpecie lapſus] .i. qui non iterat poſt
pœnitentiam idem peccatum, quod commiſit aut incidit ante pœnitentiam illam, [iam
digne pœnituit.] Ad hoc author non reſpondet. Sed dici poteſt, ꝙ condigne pœnituit, ſi
vitauit poſt pœnitentiam non ſolum illud peccatum, ſed alia quoq;, quantum permittit
humana fragilitas: quia condigne pœnitere, eſt præterita mala deflere, & deflenda non
iterare. [Ceciderunt quidam in eiſdem aut prioribus lapſibus,] hoc eſt, poſt pœnitentiã
B recidiuauerunt peccata confeſſa & ante habita ſeu commiſſa iterando, [ſepulti in pro-
fundo obliuionis]. i. demerſi graui atq; damnanda obliuione, qua obliti ſunt attendere,
q̃ grauiter ante peccauerunt, q̃ miſericorditer deus fecerit cum eis, q̃ ingrati ſint de priori
bus miſericordijs ſuis, tam viliter recidiuando [vel ex dilectione concupiſcentiæ ſuæ ſu-
ſpicantes deum benignũ,]. i. ita miſericordem & pium, ꝙ eos nequaq̃ relinquet finaliter
ſed eoꝝ recidiuationi ignoſcet [aut propriam ſalutẽ perdendo excuſantes] propriam per
uerſitatem [& renuentes] ea quæ neceſſaria ſunt ſaluti. [Si aũt nullus futurus eſſet mihi
quærelam]. i. reprehenſionem [imponere, dicerem vtiq;, ꝙ de cętero non valent inimicũ
iſtum ligare] hoc eſt, recidiuationẽ præfatam frenare ac euitare [tyrannide cõſuetudinis
præualente, & vim eis pariter inferente] hoc eſt, conſuetudine praua inſtar tyranni tra-
hente & quaſi violentante ad vitia. Veruntamen conſuetudo iſta non cogit ſimpliciter,
nec facit abſolutam impoſſibilitatem ad bona agenda. [Scrutandum q̃uo incorporea
ſit anima] rationalis [quæ non habet naturam videre peregrinantes,]. i. angelos bonos
ac malos viciſſim accedentes ad ipſam [conſubſtantiales]. i. eiuſdẽ naturæ ſecum exiſten-
tes, ſaltem in genere, vtpote intellectualis: videre inquam illos [ſecundum naturã quam
habent]. i. in propria eorum eſſentia, ſeu ſecundum ſpecificam rationem ipſoꝝ. [Igitur
nequando ſit]. i. ne anima ita videat & agnoſcat ſpiritus illos incorporales [propter con-
iugationem quam ſolus ligans nouit] .i. hoc contingit ex coniunctione animæ cũ carne
mortali ac graui, cui ſic infiſcatur, vt cognitio eius à ſenſibilibus ſumat exordium, atq;
C intelligẽtem oporteat phantaſma ſpeculari. Quam vnionem intellectualis animæ cum
corpore iſto pingui ac ſordido, nouit plenarie ſolus deus, qui animã ſic ligauit cum car-
ne. [Quidam volens diſcere interrogauit me aliquando ediſſere aliquid intelligẽtium]
hoc eſt, ad hoc interrogauit me, vt exponerem ſibi aliquid quod ſcire eſt ſapiẽtium. Itaq;
interrogauit [Qui ſpiritũ humiliant, & qui habent naturam extollere mentem ſuper pec
catis] hoc eſt, qui dæmones extollunt peccantem de ſuis peccatis, & qui humiliant eum
de ſuis exceſſibus. [Me quoq; ad propoſitam quæſtionem hæſitante, & ignorantiã meã
firmante cum iuramento,] interrogator [ille iterũ diſcere volens cum paucis verbis me
docuit, dicens: Fermentum]. i. doctrinam, robur & ſaporem [diſcretionis] qua poſſis in-
ter ſpiritus iſtos diſcernere [tibi dans] Fermentum quippe quandoq; in bonum accipitur
ſicut in euangelio: Simile eſt regnum cœloꝝ fermento, &c. [derelinquo quęrere de alijs] Matth. 13
rebus. [Spiritus fornicationis carnalis, & iræ, & gulæ, acediæ quoq; & ſomni, non ſunt
vſquequaq;]. i. multũ ſeu exceſſiue [extollentes cornu mentis,] hoc eſt, libertatem & ex-
tollentiam cordis, quia hæc vitia continent in ſe euidentem vilitatem & defectuoſitatẽ.
Quidam tamen adoleſcentes, in quibus nihil prudentiæ eſt, ſolent de ſua effrenata lu-
xuria ſuperbire. [Spiritus autem auaritiæ & ambitionis & vanitatis ac loquacitatis, &
alij plures] ſpiritus maligni [conſueuerunt malum malo coaptare,] id eſt, vitijs iam præ-
fatis ad quæ inclinant, ſuperbiam applicare & copulare. [Quocirca & ſpiritus iudicij]
id eſt, dæmon inſtigans ad iudicandũ temerarie de alijs [id eſt iſtis prauis ſpiritibus pro-
ximus] quia iudicio ſtulto addit ſuperbam ſuijpſius reputationem, aliorumq; aſperna-

 tionem

tionem. [Qui ad mundanos acceſſit]hoc eſt,qui ſeculares hoĩes viſitauit,aut eos recepit D venientes ad ſe [& de eoꝝ receſſu concepit ſagittam].i.punctionẽ triſtitiæ [poſt horam vel diem] qua abierunt à ſe[& non potius gaudium tanq̃ liberatus ab impedimẽto]ſpiritalis profectus[& laqueo] tentationis[illuditur à dæmonis vanæ gloriæ vel malignitatis].i.carnalis amoris,qui eſt malus &peſſimus ignis.[Quæramus ante oĩa vnde ventus perflat].i.ex qua radice motus deſiderij oritur, aut ex qua cauſa inſpiratio ſeu cogitatio venit[nequando inueniamur extendentes vela contrarie,].i.peruerſe conſentientes malo,aut inordinate diſſentientes reſiſtẽteſq; bono, atq; per hoc periculoſe nauigemus per mare ſeculi huius.[Exora ſenes actiuos ex charitate,qui contriuerunt corpora ſua in exercitatione ſancta]hos inquam exora vt orent pro te,teq; informent, vel vt rigorem abſtinentiæ temperent[modicam requiem exhibens eis]quouſq; te inſtruant.[Euge].i.inſtanter hortare, vel ſi prælatus es compelle per rigorem diſciplinæ iuxta cenſuram prudentiæ[iuuenes abſtinere,qui contriuerunt].i.ſpiritaliter deſtruxerunt,[animas ſuas in peccatis,narrans eis memoriam pœnæ æternæ. Non eſt vſquequaq; contingentium vel poſſibilium]hoc eſt,de numero rerum faciliter euenientiũ, aut paſſim euenientium,[vt perfecte & ex toto expurgemus gulam & vanam gloriam in exordio noſtræ conuerſionis,ſicut & alibi].i.ſupra in alio capitulo[diximus. Attamen non velimus vanam gloriã E expugnare per delitias atq; conuiuia]vtpote laute & abundanter edendo, ne per abſtinentiam videamur quærere gloriam propriã [nam talis victoria,].i.repulſio vanæ gloriæ[vanam gloriam parit]dum de tali repulſione ipſius inaniter gloriantur.[Dico autẽ incipientibus].i.de ipſis intelligo iſta potiſſime[qui ſunt magis erudiendi]tanq̃ inexercitati ac rudes nouitij[magis vero interpellemus dominum (interceſſione deuota) aduerſus gloriam vanam per indigentiam atq; penuriam].i.abſtinendo,& paupertatẽ æquanimiter ſuſtinendo.[Veniet enĩ hora & nunc eſt,quando eandem(vanam gloriã)ſubijciat dñs ſub pedibus noſtris]ſi modo iam tacto inuocauerimus dei auxilium per orationes,abſtinentias,& paupertates.[Non eiſdem vitijs impugnatur iuuenes & ſeneſcentes] id eſt,non ſemper & adæquate ſeu præciſe incitantur ad eadem vitia,q̃uis frequenter ſenes ac iuuenes tententur & ſuperentur acedia,elatione,loquacitate, ſuſpitione,gula,ira, contentione,ac alijs multis,[ſed plerũq; poſſident infirmitates]ſpiritales,imo & corporales[ex toto contrarias]vt Ipocras ait[Quapropter beata eſt vera humilitas,qua pœnitentia ſit munita,certa,vera & firma in iuuenibus ac ſeneſcentibus,] quia amboꝝ infirmitates poteſt curare humilitas vna cum pœnitentia per ipſam munita &ſtabilita.[Raræ quidem ſunt animæ rectæ, & abſq; malignitate & liberæ à malignitate hypocriſi & verſipellitate].i.pauci valde ſunt homines iuſti,atq; immunes omnino à vitijs iſtis[q́bus apponitur,]hoc eſt,conueniẽs eſt & incumbit cum hominibus conuerſari,quæ]animæ [poſſunt cum dirigente].i.cum homine eas regente[cœlum intrare quaſi ex quodã F portu ſolitariæ quietis,& non indigent ſupportare turbationes cœnobiticoꝝ tumultuũ ac ſcandalorum]quæ in congregationibus ſolent quandoq; oriri[quinimo indigent potius permanere expertes]id eſt, non participes talium, ita q́ magis expedit vnicuiq; homini tali habitare cum vno patre ſpiritali,& experto,& ei in omnibus obedire,q̃ in cœnobio,vbi inquietudines & tentationes diuerſas incurret. Iſte autem modus habitandi ſeorſum cum vno aut paucis,fuit communis tempore huius authoris.[Luxurioſos quidem homines,malignos vero angeli,ſuperbos aũt deus ſanare poteſt,].i.homines boni poſſunt curare luxurioſos,angeli autem malignos,& deus ſuperbos. Quod cur dicatur difficile reor,cum ſcriptum ſit:Quis poteſt facere mundum de immundo conceptum ſe-
Iob 14 mine,nonne tu qui ſolus es?Deniq; ſicut homo bonus interdum conuertit luxurioſum, ita & ſuperbum. Quos autem vocet malignos,obſcurum eſt. Itaq; per appropriationẽ quandam intelligendum eſt iſtud,vt homo dicatur poſſe ſanare luxurioſum miniſterialiter & diſpoſitiue, loquendo ei feruenter de pœnis futuris, & fœditate fornicationis,& conſimilibus,quæ ſpecialiter valent ad deteſtationem luxuriæ. Angelus vero poteſt miniſtraliter ſanare malignum,id eſt,malo igne cupiditatis ignitum, puta auarum,illuminando cor eius ad contemplationem ſpiritualium. Deus autem directe & effectiue purgat ſuperbum,imo & omnem veraciter pœnitentem. Sed cur homo dicitur ſic poſſe ſanare luxurioſum potius quàm malignum aut ſuperbum; & angelus malignum magis quàm luxurioſum aut alatum, Deus quoq; elatũ magis q̃ luxurioſum ſiue malignum?

Forte



A Forte hoc eſt ad inſinuandum ordinem grauitatis inter hæc vitia, ordinem quoq; difficultatis in curatione ipſorum. Nam & ſpiritalia vitia loquendo in generali ſunt grauiora quàm carnalia. Iſta fuit plerunq; quaſi ſpecies charitatis proximo ad nos venienti,derelinquere poteſtatem faciendi in vniuerſis quæ vellet, oſtendentibus nobis ſuper hoc omnem hilaritatem.] De hoc habetur exemplum in Vitaſpatrum,q́ ſenior quidam audiens duos fratres pariter habitantes eſſe præcipua humilitate & patientia decoratos, venit probare eos. Cumq́; fuiſſet ab eis charitatiue ſuſceptus atq; refectus,arrepto baculo deſtruxit omnia holera hortuli,quem habebant: quod fratres illi cum omni patiẽtia & humilitate intuebantur,dixeruntq́; ſeni: Vis abba vt ſimul guſtemus eum qui remanſit caulem? Quo audito ſenex glorificauit deum in humilitate & patientia fratrum duorum. [Quærendum eſt quomodo & vſquequo & quando & vtrum pœnitentia ſit reſolutiua bonorum ſicut malorum?]Hanc quæſtionem author non ſoluit, ad quam arbitror reſpondẽdum, quod pœnitentia ex priora natura reſoluit ſeu tollit & diſſipat vitia: non eſt autem reſolutiua ſeu deſtructiua bonorum,vtpote actuum virtuoſorum directe ſed incidentaliter,inquantum remiſſio,tepor, ſeu incuſtodia cordis ei annectitur, & ita recidiuatio eam comitatur, per quod peccata dimiſſa quodammodo redeunt,& bona
B commiſſa mortificantur, ingratitudo quoq; augetur, vel inquantum magnis & arduis pœnitentiæ actibus ſpiritualis ſuperbia & vana gloria ſe admiſcent. [Multa diſcretione vtamur,vt ſciamus quando debeamus ſtare in prælio,]contra aciem vitiorum,[& in quibus,& vſq; ad qualia debeamus certare cum materijs vitiorum,quando vero diſcedere,]hoc eſt,fugere prælium. Quocirca ſciendum,quod quædam ſunt vitia in ſeipſis pœnalia & amara,aut afflictionem multiplicem ſibi annexam habentia, vt ſunt ira, furor, impatientia,indignatio,amaritudo,contentio,triſtitia,pigritia,inuidia & multa ſimilia. Quando ergo tangimur aut tentamur de talibus vitijs,debemus ſtare,& contra eorum materias concertare,ac vitiorum iſtorum naturas diligenter attendere, quouſq; penitus ſuperentur. Quo enim diligentius attenduntur,eo plus diſplicent. Alia autem vitia in ſeipſis delectabilia ſunt, ſicut præſertim venerea,deinde opera gulæ,ludi quoq;,ioci,confabulationes & repauſationes carnales: quæ quanto plus conſiderantur, tanto amplius attractiua & oblectatiua conſiſtunt. Ideo quando de eis tentamur,debemus nos ab eorum conſideratione,memoria,occaſione, materijs ſeu obiectis auertere, quod vocatur fugere ſeu diſcedere: ſic enim compendioſius ſuperantur. Porro auerſio illa fit per hoc, quod ſtrenue damus nos ad conſiderationem eorum,quæ compunctionem & timorem incutiant, vt ſunt paſſio Chriſti,memoria mortis,rigor iudicij, acerbitas pœnarum purgatorij & inferni. [Eſt enim & fugam prædiſcernere propter infirmitatẽ ne moriamur] id eſt, quãdoq; contingit & expedit,vt homo ex cõſideratione propriæ fragilitatis pro-
C ponat etiam ante bellum fugere tentationẽ,quantum rationabiliter poteſt, ne vincatur in ea. Quod præſertim agendum eſt in impugnatione, quæ fit à vitijs in ſe delectabilibus. [Videamus & cuſtodeamus in quo tempore, & qualiter poſſumus euacuare fel per amaritudinem]hoc eſt,quando & qualiter valeamus animas noſtras expurgare à vitijs in ſe amaris,afflictiuis & pungitiuis per bonam amaritudinẽ contritionis fletus,& operum ſatisfactoriorum laborioſorum. [Conſideremus item,q dæmones axaltant, & qui humiliant]hoc eſt,qui inſtigant ad vitia, quibus annectitur ſuijpſius extollentia, & qui inſtigant ad peccata, quorum expletioni ſolet coniungi ſuijpſius quædam deiectio, de quibus in iſto articulo dictum eſt [& qui indurant,qui autem exhortantur & conſolantur,]Quidam etenim dæmones incitant ad manifeſta mala,quidam vero quaſi in angelos lucis ſe transformantes ſuggerunt quædam bona, quamuis intentione peruerſa,vnde ſubiungitur: [qui quoq; obtenebrant, qui vero iterum illuminationem ſimulant,] Aliqua nanq; dæmonia multitudine perſtrepentium cogitationum tumultuantiũq; deſideriorum & immundorum phantaſmatum mentem conturbant atq; obtenebrant. Porro quod additur iterum,poteſt referri ad eoſdem dæmones,vt ſit ſenſus, quod eadẽ dæmonia nunc obſcurant,nunc quaſi illuminant,vt ſaltem altero horum modorũ præualeant,vel ad verbum illud,conſideremus,vt ſit ſenſus,quod vtrunq; horum penſandũ eſt. Conſideremus etiam[qui]dæmones[ſegnes ſunt]ita quod tarde impugnare incipiant,vt minus præcaueantur,& improuiſius lædant, [q autem verſipelles]id eſt,ſingula-



riter

riter callidi,qui ſub colore & ſpecie optimorum bonorum trahunt paulatim ad periculo D
ſiſſima mala,quæ tanto difficilius curantur,quanto meliora putantur[qui etiam faciunt
nos triſtes, & qui iterum efficiunt nos hilares,]quia dum nequeunt præualere incitando
ad inordinatam triſtitiam, nituntur decipere per inanem lætitiam. [Quum viderimus
noſipſos vitioſos]id eſt, magis tentatos ad vitia[in prohemijs]noſtræ conuerſionis,[q̄
eramus in conuerſatione noſtra mundana,non ſtupeamus]hoc eſt,non admiremur ſu=
perflue inde.[Oportet enim omnes cauſas moueri]id eſt,omnia quæ virtuti &gratię ad=
uerſantur, inſurgere contra ipſas virtutes in conuerſionis primordio, quando reliquiæ
priſtinorum vitiorum adhuc manent in anima, tunc quoq; dæmones magis inſaniunt
contra conuerſos,& ipſa nouitas vitæ grauat,cum non ſit facile conſuetudinem permu=
tare[& ita demum]oportet [ſanitatem nobis aduenire,]per expulſionem videlicet reli=
quiarum peccati,& dæmonum conculcationem,conſuetudinumq́; alterationem[Nam
& beſtiæ tunc vſq; quaſi abſconditæ non videbantur,] hoc eſt,motus paſſionum beſtia=
les,qui ante conuerſionem regnabant in homine,non attendebantur ab eo tunc, quàm
ſcilicet deteſtabiles eſſent,ſed poſt conuerſionem mente aliqualiter illuminata, incipiũt
magis ponderari ac inſpici,ita quod conuerſus videtur ſibi tunc peior quàm erat in ſecu=
lo,eo quod adhuc ſentiat in ſe huiuſmodi motus,quos ante paruipendebat.[Qui decæ=
tero perfectioni approximant, ſi aliquando à dæmonijs vincuntur ſecundum aliquam E
contingentiam in aliquo exili,]id eſt,paruo peccato,hoc eſt,ſi contingat ipſos proficien
tes ſuperari aliqua tentatione diaboli,[omni vtantur induſtria hoc confeſtim ex eis rur=
ſus diripere centuplum,]id eſt,cum omni diligentia ſtudeamus,vt centies plus proficia=
mus,quàm per tentationem illam defeceramus,& tanto humilius atq; feruentius, imo
& cautius inhæreamus ſpiritali profectui, quanto inuidioſius impugnamur à dæmone.
Quod & vtiq; agẽdum eſt,ſi(quod abſit)victi fuerimus à diabolo in aliquo magno pec
cato.[Quemadmodum venti habent naturam quãdoq; perflare ſuperficiei tranquillũ]
id eſt,leuiter ipſam aquam in ſuperficie ſua[interdum vero conturbare profundum ma
ris propter vehementem importationem]id eſt,impulſum[ita & mihi videtur de obſcu=
ris & tenebroſis ventis] .i.dæmonibus[malignitatis]qui intellectu & volũtate ſunt ob=
tenebrati & omni malignitate repleti. [Nam quidam ipſorum habent naturam].i.pro=
prietatem ſiue officium[facere fluctuare & hyemare,] .i.tempeſtatibus paſſionum ac ri=
gore[vitiorum]inquietare[ſenſum]hoc eſt,intellectum & cognitionem[cordis,]homi=
num vitioſorum[ſed turbant].i.aliqualiter inquietant[ſuperficiem mentis eorum, qui
iam profecerunt]veruntamen quandoq; turbant & vincunt profundum cordis etiã per=
fectorum,vt patet in Dauid & Ezechia,q̃uis raro id accidat.[Propterea iſti]qui iam pro
fecerunt[propriam tranquillitatem permanentem protinus ſentiunt inquinatam,]hoc F
eſt,dum aliqualiter corruunt & vincuntur, lapſum proprium mox aduertunt,quoniam
mente manent tranquilli & virtuoſi,nec ordo & iudicium rationis obruuntur in eis,q̃=
diu nõ peccant mortaliter.[Perfectoꝝ eſt cognoſcere ſemper in aĩa propria quę ſunt cõ=
ſcientiæ,& quæ dei,] hoc eſt,qualiter coram deo diſpoſita ſit conſcientia propria,& quæ
deo ſint placita[quæ etiam]exiſtat[intentio dæmonum. Dæmones eñ non ſupponunt
nec ingerunt ex prohæmijs vniuerſa contraria,] .i.à principio ſuæ tentationis, ſeu con=
uerſionis noſtræ, non immittunt nec ſuadent cordibus noſtris cuncta veræ ſaluti cõtra=
ria,imo paulatim ad deteriora alliciunt.[Propterea propoſitio].i.præſens inquiſitio &
doctrina[vere eſt tenebroſa]vtpote non clara aut euidens,ſed ad intuendum difficilis.

¶Recapitulatio prædictorum ſub compendio. Articulus XXXV.

FIdes firma mater abrenunciationis,]Qui enim firma formataq́; fide conſiderat bo=
na futura,æternalia & diuina,faciliter poteſt abrenunciare præſentibus & terrenis,
imo & ſeipm̃ relinquere[contrariũ vero eſt manifeſtũ]vtpote ꝙ infidelitas mater ſit pro
prietatis & cupiditatis ſolicitudiniſq; mundanæ [indeclinabilis ſpes]futurorũ bonoꝝ.
[eſt porta impaſſibilitatis.i. cauſa non habendi affectionem ad aliq̄d vitioſe, contrariũ
vero eſt manifeſtum,] vc; ꝙ diffidentia prouidentiæ dei ſit cauſa inordinatæ affectionis
ad iſta terrena.[Charitas dei eſt ſuppoſitio peregrinationis].i.radix & cauſa derelictio=
nis irreconuerſibilis omnium tranſitorioꝝ, inceſſabiliſq; tendentiæ ad paradiſum cœle=
ſtem: qui eñ feruide amat deum,cætera paruipendit, atq; ad ipſum affectuoſe ſuſpirat.

[contra=



A [contrarium vero eſt manifeſtum]puta quod improbus amor ſuijpſius eſt cauſa aman
di viam pro patria,exilium pro regno,creaturarum pro creatore. [Abnegatio & conde=
mnatio].i.humilis accuſatio ſuijpus[& appetitus ſanitatis]hoc eſt,deſiderium interioris
puritatis ac reformationis[pariunt obedientiã & ſubiectionem.Intenta meditatio mor=
tis & fixa memoria fellis & aceti regis noſtri,Ieſu Chriſti]vtpote dominicæ paſſionis &
præſertim felleæ portationis Chriſti[eſt mater abſtinentiæ]nempe qui iſta viuaciter & ꝓ
funde reuoluit in animo,libenter abſtinet ac ieiunat.[Tranquillitas mentis oratio & re
motio].i.ſolitudo[eſt auxiliatrix continentię.Humile ieiunium eſt inflammationis car=
nis vulnerator.]Nam minuit ſanguinem,auget virtutẽ,& ſtimulos carnis debilitat[Cõ=
tritio vero mentis eſt expurgatrix turpium cogitationum reſiſtens]eis.[Fides & peregri
natio]ad patriam cœleſtem[eſt mors auaritiæ.Compaſſio vero & charitas tradunt cor=
pus exponere morti ꝓ veritate fidei,ſalutis proximi.[Oratio deuota eſt exterminatio in
teritus acediæ.Memoria autem iudicij eſt cõciliatrix].i.cauſa & introductrix[prompti=
tudinis]ad opera bona.[Medicina furoris eſt amor ignominiæ.]Qui eñ inſpicit & ve=
retur diuini rigorem iudicij,abijcit omnem torporẽ,& propriũ placat furorem,appetitq́;
iniurias pati,vt euadat diſtrictionẽ tanti iudicij,amor quoq; ignominiæ ſeu patiendi ad=
B uerſa eſt medicina contra furorem ac iram.[Canticũ hymnoꝝ].i.pſalmodia,[Compaſ
ſio & paupertas eſt ſuffocatio iræ atq; triſtitiæ]inordinatæ, Propter quod Iacobus:Tri=
ſtatur,inquit,aliquis veſtrum,oret æquo animo & pſallat. [Impropaſſio vero ſenſuum]
.i.refrenatio, exteriorum interiorumq́; ſenſuũ ab inordinatis occupationibus circa ſua
obiecta[eſt contemplatio intelligibilium]quia valde ad eam diſponit.[Silentiũ & reges
eſt expugnatio vanæ gloriæ.Si vero in medio exiſtis].i.inter alios cõuerſaris[ignominiã
adinueni] hoc eſt exquire & excogita qualiter eam ſuſtineas[& perſequere].i.ꝑfecte ſe=
quere eã.[Seditiones contriſtantes cõtrarijſq; euentus medẽtur viſibilem].i.carnalẽ ru=
dem & euidentẽ[ſupbiam]taliter eñ ſuperbus videns alias cõtra ſe motos & multa ſibi
aduerſa accidere incipit cor ſuum deprimere[inuiſibilẽ vero].i.interiorem ſuperbiã[me
detur deus ante ſecula inuiſibilis.Ceruus eſt interemptor beſtiaꝝ venenataꝝ,humilitas
vero eſt interemptrix omniũ intelligibilium beſtiaꝝ].i.irrationabilium vitioꝝ, [vnum
exiſtentium per ea qui habet ſecundum naturam,efficaciter & manifeſte nos inſtruit in=
telligibilia]forte per vnum hoc intelligit orbẽ cœleſtẽ,ex cuius cõſideratione,motu,vir=
tute,influentia philoſophi multa cognorunt de deo,& ſubſtantijs ſeparatis.Vel per vnũ
hoc intelligitur homo qui eſt minor mundus,ſeu aĩa rationalis, ex cuius conſideratione
valde multa cognoſcuntur de deo & angelis ſeu intelligentijs,cũ & Auerrois dicat,quod
ſi natura intellectus poſſibilis eſſet nobis ignota,nõ poſſimus diſtinctionem & differen
tias aſſignare inter ſubſtantias ſeparatas.Nam inter omnia ſenſibilia iſta ſolus homo ad
C dei imaginem & ſimilitudinemq́; creatus eſt.Atq; vt aſſerit Auguſtinus in libro de ciui=
tate dei:Maius miraculũ quod per hoĩem fieri põt eſt ipſe homo.[Quẽadmodũ impoſ=
ſibile eſt ſerpentẽ ſe exuere ſuam antiquitatẽ].i.pellem vetuſtã[niſi intrãdo ꝑ anguſtum
foramen,ita & nos non abijciemus antiquas præaſſumptiones].i.conſuetudines[inuete
rationemq́; aĩæ]in peccatis[& veteris hominis tunicã].i.conuerſationẽ carnalẽ[niſi per
gamus per anguſtã & arctam viã ieiunij & mortificationis ſenſuũ,ac ꝓpriæ voluntatis,
& iniuriaꝝ atq; improprioꝝ.Sicut impoſſibile eſt quædã volatilia graue corpus haben
tia volare in cœlum]ſicut eſt ſtructio[ita & ſuã carnẽ nutriẽtes in delitijs impoſſibile eſt
in cœlum aſcendere]quia nec modo ingrediuntur illud per contẽplationem & ſanctã di
lectonem,nec poſtea per beatitudinis cõſequutionẽ[Porcus amplius nõ curat cœnũ ſic=
catum,& dæmones nõ inquietabunt vlterius cariens mortificatã.Quemadmodũ humi
dorum lignoꝝ multitudo faciẽs magnum fumũ plerunq; ſuffocat & extinguit flãmam
ignis,ita triſtitia immoderata & exceſſiua multoties efficit animã fumo plenã & tenebro
ſam].i.puſillanimẽ deſolatam acedioſam.Nam ſicut vermis ligno ita triſtitia nocet cor=
di[& aquã lachrymarum ſalubrium ſiccat. Quãadmodũ cæcus ſagittator eſt reprobus] Proue. 25.
.i.errans & vituperabilis ac fatue agens[ita diſcipulus]hoc eſt,ſubditus[cõtradicens & li
tigans].i.inobediens & murmurans & contendens[perdetur.Sicut ferrum probatũ va=
let acuere ferrũ molle]vtpote emollitum in igne[ita frater promptus,ad ea quę dei ſunt
ſaluauit frequentẽ negligentẽ]ædificando eũ ſuo feruore,vel hortãdo,corripiẽdo,orãdo.

Quemadmodum oua gallinarum in fimo tota viuificantur, ita & cogitationes non ma- D
nifeſtatæ procedunt & prorumpunt in opus ] quod intelligi poteſt in bono & in malo.
Cogitationes enim turpes & vitioſæ, quæ non producuntur in confeſſione nec ſpiritali-
bus viris aperiuntur, frequenter procedunt in opera deteſtanda, ſimiliter cogitatiões bo
næ quæ non manifeſtantur inaniter & iactanter ſæpe erũpunt in actus virtutum. [Quē-
admodum equi currentes ſe mutuo cohortantur] hoc eſt, ſuo curſu ſe inuicē prouocant
ad currendum velociter [ita congregatio & ſocietas bona ſeipſam excitat & exercet ad
cuncta bona. Quemadmodum nubes ſolem abſcondunt à noſtro intuitu, ita malignę in
tentiones mentē obſcurãt & perdunt. Quēadmodũ qui ſemtētiam mortis accepit & pgit
ad locum ſupplitij non loquit̃ de ſpectaculis, ita qui luget in veritate, non curabit de ven
tre aliquando] ſolicitudine immoderata aut voluptuoſa. Quemadmodum videntes the
ſauros regios peramplius ſuam paupertatem cognoſcunt, ita & anima legens aut audiēs
magnas patrum virtutes, humilius ſapit de ſeipſa. Quemadmodum ferrum] naturali in-
clinatiõe [per ſe pergit ad calamitam & obedit ei] hoc eſt, in fluxu calamitę ſubditur. Ca-
lamita aũt eſt quidam lapis attrahens ferrum [tractum vi ſecretæ naturæ, ita & qualifica
ti voluntatum ſuarum præaſſumptionibus]. i. vſibus prauis [tyrannizantur] hoc eſt, vio
lenter quodãmodo vicuntur ab eis. [Sicut oleum manſueſcere facit mare nolens]. i. qua
ſi reſiſtens [ita ieiunium extinguit inflammationes corporis non ſpontaneas. Sicut aqua E
anguſtata currit in altum ſicut fit in cannalibus, ſic anima ſæpe ſub periculis anguſtata]
per pœnitentiam [aſcendit ad deum & ſaluatur. Sicut qui portat aromata etiam nolens
redarguitur] hoc eſt, oſtenditur ab odore [ita ſpiritum domini habens ex ſuis verbis &
humilitate fit notus. Quemadmodum ſpiritus]. i. venti aut etiam aliquando dæmones,
[conturbant abyſſum, ita & furor plus omnibus] hoc eſt, præ cæteris paſſionibus [pertur
bat deliberationem & mentem. Sicut homo minime cupit guſtare quæ nec oculis ſuis vi-
dit neq; ex auditu cognouit, ita caſti & corpore illibati poſſident ex hoc releuamina mul
ta tentationum. Quemadmodũ fures videntes arma regia in aliquo ſita non ingrediun-
tur ibidem & cõtingit] hoc eſt, vſitato ingreſſu [ita qui cordi ſuo orationē coaptat & iun
git]. i. qui cordialiter & aſſidue orat [non patitur prædationem ab intellectualibus latro
nibus] puta dæmonibus [vt contingit]. i. prout cõmuniter alijs accidit. [Sicut ignis nõ pa
rit niuem, ita qui in præſenti quærit honorē nõ fruetur iucunditate honoris futuri. Sicut
vna ſcintilla] quæ excreuit in ignem [frequenter cõbuſſit multam materiam ſyluæ, ita &
vnum inuenitur bonum valens delere magnam multitudinem offenſionum] hoc bonũ
1 Petri 4. eſt ardor charitatis, quæ operit multitudinem peccatorum. [Sicut non eſt poſſibile ſine ar-
matura perdere]. i. capere & necare [beſtiam fortem] iuxta communem curſum, quãuis
Iudicũ 14. Sampſon nihil in manibus habens occiderit catulum leonis ſæuiſſimum [ita nõ contin-
git inuraſcibilitatem] hoc eſt perfectam manſuetudinem [poſſidere ſine humilitate. Sicut F
naturaliter non eſt poſſibile viuere diu ſine eſca, ita volenti ſaluari non conuenit etiam
per momentum vſq; ad mortem eſſe negligentem. Quemadmodum radius ſolis ingre-
diens domum per foramen] id eſt, feneſtram aut ianuam [illuminat omnia] hoc eſt, viſi-
bilia facit contenta in domo [ita quod tunc poſſibile eſt videre tenuiſſimum puluerē vo-
lantem in aere, ſic timor dei ad cor veniens oſtendit ei omnia ſua dilicta atque peccata.
Quemadmodum cancri nequeunt velociter progredi, quia quandoq; ante quandoq; re-
tro gradiuntur, & ideo faciliter capiuntur, ſic anima aliquando ridens, aliquando vero lu
gens, quandoq; delitijs vtens, quandoque pœnitentia ſe affligens, nihil proficere poteſt.
Quemadmodum dormientes ſolent leuiter damna tentationis portare] quia non ſenti-
unt ea [ita qui exequuntur virtutes & vitam religioſam iuxta mundum] hoc eſt, inter ho
mines ſeculares vel iuxta eos [ſimilia patiuntur] hoc eſt, detrimenta ſpiritualis profectus
ſæpe incurrunt excommunione ſecularium hominum, nec tamen aduertunt aut deflent
ſed leuiter ferunt. [Quemadmodum qui cum leone pugnat protinus perditur] id eſt, à
leone occiditur [ſi alibi reflexerit oculum] hoc eſt, ſi viſum à leone parum auerterit, [ita
qui contra carnem ſuam præliatur] à paſſionibus & deſiderijs cito perimitur [ſi eandem
carnem fouens voluerit quietare]. i. ad eius libitum ſatiare & repauſare. [Quemadmo-
dum periclitantur qui aſcendunt in ſcalam teredine putrentem & vetuſtate corruptam,
ita ſub honoribus & gloria & fama periclitantur & prælationibus, qui diligunt ea quæ
amata ſunt & e hũilitati cõtraria, & habentē ea deijciũt. Sicut impoſſibile eſt eſurientē nõ
habere



A habere memoriam panis, ſic eum qui feſtinat ſaluari impoſſibile eſt non memorari mor
tis iudicijq; æterni. Quemadmodum literas delet, ſic gratia lachrymarum delere poteſt
offenſiones & culpas. Sicut ſunt quædã literę quæ non poſſunt aqua deleri, ſed modis a-
lijs eas delent, ita ſunt animæ quæ lachrymari & lugere non valent, ſed per triſtitiam &
mœrorem contritionemq; magnam atq; ſuſpiria diluunt & abſtergunt peccata. Quem-
admodum multitudo ſtercoris multitudinem vermium facit, ſic multitudo eſcarum mul-
titudinem lapſuum & malignarum cogitationum ac ſomniorum producit. Quēadmo-
dum vinctus pedibus ambulare opportune non poteſt, ſic qui pecunias theſaurizant cœ
lum intrare non valent. Sicut plaga recens & calida faciliter medicabilis ſanabiliſq; con
ſiſtit] ſi tamen aliunde incurabilitatem non habeat [ita vetuſta & diuturna animæ vulne
ra patiuntur contrarium, & difficulter curabuntur etiam cum curam medicamenti habu
erint.] Nam reliquiæ talium vitiorum manent fortiter inhærentes etiam vitijs ipſis, quan-
tum ad culpam dimiſſis. Interdum tamen deus dat gratiam tantam quod totũ inopina-
ta facilitate curatur, prout in libro confeſſionũ ſanctus Auguſtinus in ſe factum teſtat̃.
[Sicut non eſt poſſibile morientē ambulare] proprijs viribus [ita & deſperantem impoſ-
ſibile eſt ſaluari. Nam qui rectum fidem habet & peccat, ſimilis eſt vultui oculos non ha
B benti.] Sed cum fides ipſa ſit oculus animæ, quomodo talis comparatur vultui non ha-
bēti oculos cũ habeat fidem rectam? Et reſpondendũ quod fides ſine charitate & bona
conuerſatione eſt ſimilis oculo excæcato. [Qui aũt fidē non habet & nihilominus ope-
ratur aliqua bona] ex genere quæ nõ ſunt vere virtuoſa ac meritoria in infideli aut mor-
taliter vitioſo [ſimilis eſt hauriēti aquam & mittenti eam in lagenam perforatã. Quem
admodum nauis habens bonũ gubernatorem ingreditur portũ deo cooperante, ſine pe-
riculo, ita & anima habens bonũ paſtorē, etiã ſi plurima mala peregerit cœlũ faciliter in
trat] ſi tñ exemplis & verbis ſui paſtoris vere pœniteat, alioquin dupliciter erit dãnabi-
lis. Aliqui enĩ tam duri & incorrigibiles extant, quod ſub optimis paſtoribus pereunt, ſi-
cut & Iudas ſub Chriſto, & multi ſub regimine apoſtolorum. [Quemadmodũ nõ habens
ductorē licet ſit valde prudens, in via leuiter errat, ita qui præſumunt viã monaſticã per-
gere per ſua voluntate, proprioq; arbitrio, leuiter perditur, q̃uis oēm mundi ſapientiã no-
uerit.] Quod potiſſime verum eſt de eo, q viuit ſub patre ſpũali. In ſolitarijs quoq; multo-
ties accidit niſi ſpeciali gratia de ſuper dirigantur ac præſeruentur. [Quando quis fuerit
corpore infirmus & culpas crudeles perpetrauit, viam humilitatis & eius itinera pergat]
. i. ſuos exceſſus humiliter recognoſcat, confiteatur & ſatisfaciat pro eiſdem, hoc dicit nõ
quod actus iſte ſint differendi vſq; ad infirmitatē, ſed ne quis in infirmitate deſperet [ali-
ter ſalutem nõ conſequet̃. Sicut non contingit de longa infirmitate iti vno ictu ſanitatē
acquirere, ita paſſionibus infirmum non contingit repente vitijs ſupereſſe]. i. præualere,
C [& ſuperare peccata. Omnis vitij & oĩis virtutis ſignum quantitatem eius habeto] hoc
eſt, quam bonus & malus ſis perpende ex quãtitate virtutum aut vitiorum, q̃ quantitatem
habeas pro ſignum ad cognoſcendum an in te ſit virtus an vitium. Porro quantitatem
virtutis ac vitij potiſſime penſa & accipe ex interioribus actibus ipſius vitij aut virtutis,
[& tuijpſius profectum aut defectum intelliges & cognoſces. Sicut damnum incurrunt
qui aurum pro cœno cõmutant, ſic damnificantur qui ſpiritualia dona & opera ſua nar-
rant & manifeſtant gratia corporaliũ] hoc eſt, propter commoda honores & laudes vitæ
præſentis. [Multi etenim confeſtim incurrunt remiſſionem]. i. teporem & cordis diſſolu
tionem. Vel ſenſus eſt, quod multi confeſtim obtinent remiſſionem culparum ſuarum, vel
ſtatim quando veraciter pœnitent. [Nemo vero repente poſſedit impaſſibilitatē]. i. paſſi
onum plenariam reformationem [quia hæc indiget tempore multo, & dei cooperatio-
ne atq; auxilio gratiæ.] Veruntamen qñ omnipotens deus aliquem gratioſius præuenit,
tanto celerius citiuſq; acquirit reformationem hanc ipſam. [Quæramus quæ beſtiæ ſeu
volucres inſidiantur vobis in ſemine, quæ vero in herba, quæ vero in meſſe] hoc eſt, pru-
denter examinemus noſipſos, & inquiramus ab exptis & eruditis, quæ irrationabiles af-
fectiones & motus carnalitatis, aut qui motus elationis & vanitatis aduerſentur nobis,
atq; impugnent nos in ipſo bono propoſito, ſeu conceptu exordio operis boni, & quæ
in proſequutione, quæ item in fine ipſius. Vel per ſemen intelligitur ſtatus incipientium,
per herbã ſtatus pficientiũ, p meſſem ſtatus perfectorum. [q̃tenus ſtatuamus cõgruētes la-
queos venatiõis] hoc eſt, vt p apta remedia ac ſpũalia arma reſiſtamus vitioſis motib. &
tenta

tentationibus illis,& tanto feruentius exerceamus nos in certis virtutibus,quanto acrius D
inpugnamur vitijs eis oppoſitis. [Quemadmodum non eſt iuſtũ vt febricitans ſeipſum
occidat ita non conuenit aliquem deſperare vſq; ad mortem. Quemadmodũ inuerecun-
dum & irreuerentiale eſt,eum qui patrem proprium ſepeliuit atq; à ſepultura reuertitur
ad nuptias pergere,ita indecens & inexpediens extat lugentibus & deflentibus ſua in p̄-
ſenti ſeculo,ab hoībus quærere honorem, requiem aut præſidentiam ſeu fratrum duca-
tum. Quemadmodum alia ſunt habitacula ciuium & alia damnatoꝝ].i.morti adiudica
torum qui in carceribus recluduntur[ita debita ſtatio].i.manſio & inſtitutio lugentium
ad pœnam obligatorum]hoc eſt monachorum,qui exceſſerunt & recludi meruerunt de
bet eſſe penitus aliena & commutata ab innoxijs & non obligatis.i. à manſione loco &
inſtitutione ſeu conuerſatione monachoꝝ,qui ita non exceſſerunt neq; incarcerari ꝓme
ruerunt. Quemadmodũ rex non vult militē qui in ſua præſentia recipit plagas crudeles
ac duras expelli à militia, ſed magis promoueri in ea, ſic ſupercœleſtis coronabit mona-
chum multa tentamenta à dæmonibus ſuſtinentem. Senſus aīæ proprietas eius] Senſus
animæ dici poteſt intellectus aut cognitio intellectualis, iuxta illud ſancti Iohannis: Fili-
us dei venit & dedit nobis ſenſum,vt cognoſcamus verum deum, hic ſenſus & proprie-
1.Iohan. 5 tas.i.naturalis vis animæ,ſumendo intellectum pro intellectiua potentia. Si vero ſuma-
tur pro intellectuali notitia,tunc eſt proprietas animæ.i. propria actio vel etiam ꝓprius E
habitus animæ,ſumendo ſenſum pro ſapientia habituali.[Peccatum vero eſt colaphus]
hoc eſt,colaphizatio ſeu illuſio [huius ſenſus]om̄is eñ peccans eſt errans atq; illuditur,
prout Salomon loquitur: Stultis illudit peccatum,[Senſificatio generat mali ceſſationē,
Prouc.14 ſeu diminutionem] hoc eſt,ſpiritalis viuificatio ſiue illuminatio aīæ facit ceſſari à vitijs,
aut ea diminuit. Facit eñ omnino ceſſare à culpa mortali q̃diu manet in aīa[Ipſa vero eſt
genimen conſcientię].i.ſenſificatio vel certe ceſſatio à peccato,eſt effectus & fructus cō-
ſcientiæ. Quamuis eñ principaliter fit à deo,conſcientia tñ cooperatur ad eũ,deteſtando
ac reprobando peccatum. Propter quod aſſerit Auguſtinus. Qui creauit te ſine te,vtpote
ſine tua cooperatione,non iuſtificabit te ſine te. [Conſcientia aũt eſt verbũ,ratio, ſermo
& redargutio noſtri cuſtodis nobis ex baptiſmate traditi. [Per cuſtodem iſtum intelligi
tur ſanctus angelus vnicuiq; ad cuſtodiam deputatus,conſcientia ergo dicitur verbũ hu
ius cuſtodis,quia ex interna alloquutione & inſpiratione angeli ſancti,bonitas conſcien
tiæ in nobis communiter generatur. Dicitur quoq; ratio.i.rōnabile dictamen ex illumi-
natione angelica ortũ,& ſermo quia interius dictat ſeu loquitur quid ſit agendũ aut eui-
tandũ,& redargutio,quia redarguit mala culpæ. Veruntñ agnoſcendum quod angeli de
putantur hoībus ad cuſtodiam non ſolum ab hora baptiſmatis,cum & infideles habeāt
angelos,nec ſolum ab hora natiuitatis ex vtero,ſed & ab hora cōceptionis natiuitatis in
vtero,vt ſanctus Thomas & alij multi affirmant. Nã & infanti in vtero poſſunt aduerſa F
accidere,à quibus indiget ab angelo præſeruari [hinc eſt quod nō tm̄ exiſtentes ſine illu-
minatione baptiſmatis inuenimus in aīabus ſuis percuſſos & verberatos ſuꝑ actibus ma
lis,ſed multo magis obſcurius,] hoc eſt, infideles & inbaptizatos inuenimus remorſu
conſcientiæ intus cæſos de eoꝝ peccatis nō tm̄, ſed multo imperfectius q̃ baptizati fide
les repercutiuntur à cōſcientia ſua. Fdeles eñ repercutiuntur à conſcientia ſua tanto am
1.Cor.8 plius & clarius,q̃to ſpecialius diriguntur ac inſtigantur ab angelis. De hac percuſſione ait
Apoſtolus: Peccantes in fratres & percutientes cōſcientiam eoꝝ infirmam in Chriſtum
peccatis. [Nam & diminutio mali].i.peccati[parit abdicationē mali.] Peccatum enim
paulatim eradicatur,& cōſuetudo praua ſucceſſiue euacuat.[Abdicatio ꝟo mali eſt initi
um pœnitentiæ]ad pœnitentiã eñ in exordio ꝑtinet habere ꝓpoſitum abſtinendi à cul-
pa exequutionem quoq; huius propoſiti inchoare.[Initium vero pœnitentiæ eſt initiũ ſa
lutis. Initium aũt ſalutis eſt bonũ propoſitum]ſicut iam tactum eſt. [Bonum quoq; pro
poſitum eſt generator laborũ & doloꝝ]bonum nanq; propoſitum, ſi vere & imperatiue
bonum propoſitum eſt,procedit in actum laudabilem mox dum congrue poteſt, & ita
bonum propoſitum inducit ad laborandum pro extirpatione vitioꝝ & pro adeptione
ſeu incremento virtutum,& ad dolendum ſalubriter de dei offenſiōe & propria defectu-
oſitate.[Principium aũt laborum & doloꝝ]iſtorum[eſt initium ad virtutes]quia diſpo-
nit ad eas.[Principium autem virtutum eſt flos]ſpiritualis.[Flos autem virtutis eſt prin
cipium operationis. Pullulatio] id eſt, fructificatio,[virtutis eſt attentio,] id eſt, dili-
gentia



A gentia[& continuatio]operis boni[habitus aũt eſt germen & fructus attentionis,& con
tinuatæ meditationis.]Ex multis etenim actibus gignitus habitus[habitus vero partus]
hoc eſt habitus iam natus in anima,Vel partus.i.actus & fructus ipſius habitus[eſt qua-
lificatio boni] hoc eſt,prompta aſſuefactio animæ ad actus virtutũ, ita quod anima eſt
iam quaſi conuerſa ſeu transformata in affectum boni honeſti.[Qualificatio autem bo-
ni eſt genitrix timoris] illius perfecti de quo Salomon loquitur Eccleſiaſt. ſeptimo: Qui
timet deum nihil negligit. Ideo ſubditur [Timor autem paret obſeruantiam mandato-
rum dei cœleſtium & terrenorũ] Per mandata cœleſtia poſſunt intelligi tria,prima præ- Ecci 7
cepta decalogi,quia verſantur circa deum. Alia ſeptem dicuntur terrena,quoniam circa
proximum immediate verſantur: Rurſus præcepta dei cœleſtia accipi poſſunt decē præ-
cepta à deo per angelos data de cœlo. Præcepta vero vicariorum dei à prælatis ſtatuta
dici poſſunt terrena.[Mandatorum cuſtodia eſt charitatis augmentum,charitatis vero
initium eſt humilitatis multitudo.] Antequam enim peccatori charitas infundatur, ne-
ceſſe eſt vt ſe ex intimo cordis accuſet & valde coram deo humiliet. [Multitudo autem
humilitatis eſt pululatio impaſſibilitatis] quia per magnam humilitatem ad plenam re-
formationem pertingitur,ex plena quoq; reformatione profundiſſima ſuipſius humili-
B atio originatur.[Huius vero]impaſſibilitatis, [poſſeſſio charitatis, videlicet plenitudo
eſt perfecta dei inhabitatio in his qui per impaſſibilitatem,] qua immunes ſunt à moti-
bus illicitis paſſionum, [ſunt mundi corde, quoniam ipſi deum patrem videbunt. Cui
gloria & honor & latria] id eſt, adoratio omniſque veneratio debita D E O, [cum filio
eius vnigenito, & ſancto & viuificante paracleto ſpiritu, & nunc & ſemper & in ſecula
ſeculorum, Amen.

¶De ſancta quiete corporis & animæ, ſc; de gradu XXVII. Articulus XXXVI.

NOs tanquam perpetue exiſtentes emptitij ſerui ſpirituum immundorum, & quaſi
ſub fœdere eorundem,ex hoc iam particulariter ſcimus dolos fraudes,modos at-
que iuſſiōes, aſtutias horum ſpirituum dominantium miſeræ animę noſtræ]hoc author
ait ex præcipua humilitate,quaſi dicat. Sicut ſerui empiticij hominum ſciunt quales ſint
domini ſui ex dominatione ipſorum ſuper ſe, ita & nos ſcimus dæmonum proprietates,
ac prauitates,quia experimur eas in nobis. [Alij eñ deſuper illuminati cognouerunt ma-
chinationes & induſtrias dæmonum per operationem ſpiritus ſancti, & libertatem ab
eis]id eſt, per hoc quod liberi ac liberati ſunt à iugo ipſorum. [Alius conijciens arbitra-
tur]hoc eſt,cognoſcat & iudicat ſaltem coniecturaliter[requiem ſanitatis ex dolore qui
eſt in infirmitate]id eſt, ex tribulatione quam patitur ex dæmonum impugnatione con
ijcit,quid ſit eſſe ſanum,quietum ac liberum à talibus.[Alius ex bono animo & bona di
ſpoſitione ſanitatis] id eſt,ſuæ interioris quietis ac integritatis, [comprehendit & conij-
C cit affectionem triſtitiæ inordinatæ & anxietatem exiſtentem in infirmitate] id eſt, ten-
tatione & defectuoſitate aliorum.[Nos ergo tanquam infirmi expauimus vobis philo-
ſophari in ſermone huius doctrinæ de portu quietis, ſcientes quædam canem in menſa
bonæ conuentionis aſtare.] Canis iſte eſt ſpiritualis elatio ſeu vana gloria, qui aſtat in
menſa bonæ conuentionis,hoc eſt, in propoſitione ſalubris doctrinæ,qua fratres refici-
untur[qui & panem]videlicet animam [ex eadam] menſa[rapere probat] id eſt, animã
inſtruentis conatur vanitate, loquacitate, oſtentatione, corrumpere & ſibi incorporare.
Ideo ſubditur, [vt & hunc panem ori ſuo illatum de reliquo abiens currendo in quiete
manducet]loquitur autē metaphorice de vitio iſto iuxta morem canum,qui aſtant men
ſæ & rapto fruſto panis curſim recedunt,ac panem quieſcendo manducant.[Propterea
ne per noſtrum ſermonem demus locum huic cani, & occaſionem obloquēdi nobis his
qui quærunt occaſionem, non ęſtimauimus fas nunc diſputare de pace his agonizanti-
bus] id eſt,laboratoribus ac pugnatoribus[Chriſti regis noſtri,qui cum bono animo in
prelio ſunt]contra hoſtes diuini honoris atq; humanæ ſalutis. [Porro hoc ſolum dici-
mus,quia coronæ pacis & tranquillitatis ſunt potenter preliantibus circumplexę]hoc eſt
diadema ſeu præmium tranquilliſſimæ ſalutis æternæ omnino paratum eſt omni legiti-
me decertanti.[Nunc vero dicimus pauca quædam,ſi videtur, quaſi in typo & forma di-
ſcretionis,] id eſt, velut in vmbra ſimilitudine quadam iuxta diſcretionis cenſuram, vt
quaſi non loquendo de iſta materia, aliquid inde loquamur, & loquendo ſimus quaſi
non loquentes. [Itaque] id eſt, ob hoc ne forte contingat aliquos contriſtari, ſi inex-
ercita-

ercitatum inmundum ſermonẽ,de hoc] id eſt, de iſta materia[relinquamus in medio] D
hoc eſt,ſi omiſerimus in hoc loco vbi ordo graduum ſcalæ requirit tractari de hac ſan-
cta quiete.[Quies nanq; corporis eſt conſiſtentia ac ſcientia moꝝ ac ſenſuum].i.conde-
cens habitudo ac diſciplina exterioris apparatus,& operationis & ſenſuum[corporis]vt
homo in his facete ac ordinate ſe habeat.[Quies aũt animæ eſt ſcientia cogitationũ,im-
predabiliſq; intentio]hoc eſt,practica & idonea notitia habendi ſe virtuoſe & cuſtodite
in cogitationibus affectionibuſq; internis, atq; intentio inuiolabiliter ſyncera & recta.
[Amicus].i.cuſtos & conſeruator[quietis iſtius eſt cogitatio aliqua virilis,fortis, & du-
ra].i.rigoroſa[& inflexibiliter iuſta ſemper ſtans vigil in porta cordis]puta in intellectu
[nõ dormitãs ſed repellẽs & occidẽs cogitatiões aduenietes]vanas,illicitas.Deniq; cogi-
3.Reg.17 tatio iſta põt eſſe conſideratio diuinæ p̃ſentiæ cuius intuitu erubeſcit, quis indecenter ſe
habere ſeu peccare in dei aſpectu dicens cum Helia.Venit dominus in cuius cõſpectu ſto
Prouer. 4 hodie:Vel conſideratio nouiſſimorum,aut meditatio paſſionis dominicæ cum ſcriptum
ſit.Memorare nouiſſima tua,& inæternum nõ peccabis.[Qui in ſenſu cordis quieſcit].i.
internam exercitationem expertus eſt,& ea quæ dei ſunt ſapit,atq; in vera ſapientia con
quieſcit[cognoſcit quod dictum eſt]expermentalẽ enim habet inde notitiam.[Qui ve-
ro adhuc paruulus].i. imperfectus & inexercitatus [eſt, ſine guſtu & abſq; notitia eſt de
hoc]hoc eſt,veritatem huius dicti nõ ſapit nec affectiue cognoſcit.[Quieſcens intellectu E
alis].i.homo internus in deo ſapienter exercens ſe[non indigebit ſermonibus,]hoc eſt,
multa aliorum inſtructione[etenĩ ſermones operibus illuminat].i.conuerſatione oſten-
1.Iohan.2 dit quod alij docent,& ſua exercitatione meretur illuminationem intelligentiam verbo
rum ſalubrium,ita ꝙ vnctio docet eum de oĩbus.[Nempe initium quietis internæ eſt,ef
ficaciter[ſcire amouere atq; repellere ſtrepitus & fragores tanq̃ perturbantes ꝓfundum
mẽtis]hoc eſt,exteriores ſonos,clamores,pulſus & tumultuationes nõ aduertere,ſed diſ-
ſimulare eo quod inquietent intima cordis.[Finis vero eiuſdem quietis eſt nõ timere ta-
les tumultus:ſed in his eſſe ſine ſenſu].i.non plus curare q̃ ſi omnino nõ fieret,quẽadmo-
dum abbas Theodorus dixit.*Si cœlum terræ adhæreat:Theodorus non formidet.*Bea
tiſſimus quoq; abbas Macharius ſuper caluariã dormiens & dæmonem ex caluaria loq
audiens non expauit:ſed cum capite ſuo tundens caluariam dixit diabolo:Si aliquid po
tes fac.[Amator quietis extra progrediens].i.cellam corporaliter exiens[non eſt verbo
progrediens]hoc eſt,per internam allocutionem intus manet,mentaliter deum contem
plando,laudando,orando[totus verbo manſuetus,domus charitatis]quæ manet in cor-
de ipſius[difficulter ad verbum inuitabilis].i.difficilis ad loquendum, [immutabilis ad
furorem habens naturaliter eſſe]hoc eſt,per gratiam ita mitis effectus eſt:vt ꝓuocari ad
iram non queat.[Contrarium vero eſt manifeſtum.]Cõtrarium huius amatoris quietis
eſt homo adhuc quietis impatiens,paſſionibus nondum prædominans, qui & ſi corpo- F
re quieſcat in cella:mente tñ vagatur per multa,pronus ad iram & confabulationẽ.[Qui
eſcens incorporeum in corporali domo circumterminare contendit]hoc eſt,vitam quie
tam & cõtemplatiuam ducens conatur incircumſcriptibilem deum iugiter ſic ſecum ha
bere & mente complecti,quaſi alibi nõ eſſet.Vel ſenſus eſt,ꝙ conatur proprium ſpiritum
rationalem ab euagationibus per mũdum reprimere,& ſoli deo præſenti infigere[quod
eſt ſupergloriofum].i.valde præclarum[venatrix & captrix]vc; muriceps[obſaruat mu
rem vel talpam,vt cum viderit eam ſtatim inuadit.Intentio vero quieſcentis].i. diligen-
tiam cõtemplatiui[obſeruat intelligibilem murem]puta diabolũ ne lędatur ab eo.[Ex-
emplum iſtud non ſit tibi deiectum].i.vile ſiue ineptum[ſi quo minus] hoc eſt, ſi exem-
plum hoc deſpicis[necdum cognouiſti quietem] internam & vitam cõtemplatiuam per
experientiam.[Non ſic quippe erit monachus].i.monachus profeſſione & habitu non
erit monachus ſic,hoc eſt, cõuerſatione, ſi iuxta prætactam ſimilitudinem non obſeruat
diabolum [ſicut monachus contendens].i.efficaciter certans[coaſtans & cõiunctus mo-
nacho]hoc eſt,vero religioſo per ſanctam conuerſationem cõmunicans & cõlaborans,
ſpiritualiterq; vnitus.Vnde per monachum vltimo expreſſum,poteſt intelligi quicunq;
perfectus monachus,qui eſt alijs vitæ exemplar.[Monachus vero indiget vigilia] men-
tis & corporis[& multa ſobrietate & mente irrecurua]hoc eſt,non reflexa ad propria cõ
moda aut honores:ſed in deo ſimplificata ac recte erecta [ſine omni elatione. Equidem
priori plerunq; auxiliatus eſt alter] .i.monachus virtuoſus & feruens frequenter ſubue-
nit ne-



A nit negligenti,oratione,exemplo & verbo[angelus vero cooperatur ſecundo]vc;,mona
cho vero religioſo quem multipliciter adiuuat ac tuetur. [Intellectuales virtutes ſimul
miniſtrant & cohabitare amant in ſpirituali quieſcente.]Per intellectuales virtutes poſ-
ſunt intelligi angeli ſancti, qui monacho ſpirituali & contemplatiuo pijſſima dignatio-
ne deſeruiunt,atq; cum ipſo libenter morantur.Habitus quoq; virtuoſi quieſcunt in eo
[Contrarium vero tacebo tibi]quia ſatis elici poteſt ex iſto,vc; ꝙ dæmones libenter co
habitant in monacho negligenti & paſſionato,cui & vitioꝝ fomenta miniſtrant.[Alti-
tudo dogmatum eſt profundiſſimum pelagus] per ſimilitudinem [mẽs vero quieſcentis
non exiliet in ea abſq; piculo]quia periculoſum eſt ei,dogmata talia curioſe ſcrutari quẽ
admodum ſcriptum eſt.Altiora te ne quæſieris,& fortiora te ne ſcrutatus fueris.[Nõ eſt Ecci 3
tutum cum veſte natare in pelago,neq; vitium habentem tangere theologiam] hoc eſt,
periculoſum eſt,vt homo vitioſus occupet ſe in theologia ſpeculatiua & alta,in qua poſ-
ſet multipliciter deuiare.[Cella quieſcentis circũſcriptio corporis]hoc eſt, cella exterior
manu facta circumſcribit & continet in ſe corpus cellitæ.Vel circumſcriptio corporis.i.
corpus monachi circumſcriptum eſt cella animæ eius, in qua cella debet deo iugiter va-
care ſiue ſit ſola ſiue inter alios[intrinſecus habens donum ſcientiæ] quæ eſt in mẽte per
quam poteſt deo intendere.[Qui adhuc infirmus eſt ſpiritualibus vitijs, & cœnobium]
B .i.fratrum congregationem[relinquens conatur ad quietẽ]hoc eſt,ad ſolitariã ire vitam,
ſimilis eſt ei qui ex naui ſaliens in pelagus ſe immergit, & putant cum tabula ad terram
pertingere ſine periculo.]Quemadmodũ enĩ plura pericula ſunt in mari q̃ naui, ſic mo-
nachus nondum purgatus inuenit prauiores tentationes in ſolitudine q̃ in clauſtro ſeu
congregatione.[Quicunq; voluntates proprias vincunt & cum luto].i. contra propriã
carnem[fortiter præliantur,iſtis in tempore proprio quies adueniet]hoc eſt,tempore op
portuno pertingant ad mentis tranquillitatem contemplationiſq; gratiam, imo ad ſoli-
tarioꝝ perfectionem[ſi tñ poſſident ducem dirigentẽ].i.ſi idoneum habent paſtorẽ.[Et
enĩ deſolatum eſſe]hoc eſt,paſtore carere, [& tñ ita proficere,indiget angelica fortitudi-
ne].i.cœleſti mentis ſtabilitate,aſſiſtentiaq; & directione angeloꝝ ſanctoꝝ p̃cipua.[Mi
hi vero ſermo eſt de quieſcentibus corpore & ſpũ.Quieſcens].i.monachus ſeu ſolitarius
negligens loquetur mendaciũ,exhortãs hoĩes vacare quieti per enigmata indicat].i.ob
ſcure ſeu implicite inſinuat ſe deo vacare & fructuoſe quieſcere, ſicq; mentitur iniquitas
ſibi:q̃uis verbo nõ mentiatur formaliter. [Derelinquẽs cellam inculpabit dæmones] .i.
dęmonibus imputabit ꝙ cellam ſuam inordinate reliquit ſiue apoſtatat[latet vero eum
ſeip̃m eſſe factum dæmonem ſibijpſi,] hoc eſt,non conſiderat ꝙ ex proprijs peruerſitati-
bus victus ſit & de cella eiectus. [Vidi quieſcentes per multam quietem inſatiabiliter re-
C plentes concupiſcentiã ſuam]ſpiritualẽ[feruentem ac ſuſpirantem ad dñm,gignentes &
augentes ignem igni,amorẽ amori,deſiderium deſiderio.]Iſtud ſuperius habitum eſt at-
que expoſitum.Omnes qñq; veraciter monachi faciunt iſtud proficiẽdo quotidie in die
ac proximi charitate:in deſiderijs ſanctis,in ſuſpirijs amoroſis,qui per exercitia interna in
ſatiabiliter replent affectum ſuum ad deum:qm̃ quanto plus guſtant dulcedinẽ dei & in
donis eius proficiunt:tanto plus guſtare & proficere cupiunt, iuxta illud: Qui edunt me
adhuc eſurient.[Quieſcens eſt typus terreſtris angelis].i. contemplatiuus & vere ſolita- Eccl 24
rius eſt ſimilis angelo,& quædam figura ipſius:qm̃ conuerſationẽ habet in cœlis & bea-
torum exercitijs pro poſſe intentus eſt,vtpote cõtemplationi,dilectioni ac laudibus crea
toris[orationem ſuã laborans à puſillanimitate & negligentia, cartha deſiderij & literis
feſtinantiæ].i.per hoc ꝙ affectuoſe ſuſpirat ad deum & ardenter proficere cupit, per q̊d
oratio ſua expers eſt puſillanimitatis atq; ignauiæ,imo cum omni intentione fiducia ac
magnanimitate inuocat deum. [Quieſcens eſt qui per opera virtuoſa] non per verba Pſalm.107
nuda [manifeſte & efficaciter clamat.Paratum cor meum deus,paratum cor meum] ad Cantico.5
omnia tibi placentia.[Quieſcens eſt ille qui dicit.Ego dormio & cor meum vigilat.]Ta
lis enĩ quieſcens etiam in ſomno ſolet deo vacare per ſomnia pura, & orationes ac con-
templationes,imo frequenter illuminatur in ſomno ſublimiter,quemadmodũ ſcriptum
eſt.Quando ſopor irruit ſuper homines, & dormiunt in lectulo:tunc deus aperit aures
vitiorum,& erudiens inſtruit diſciplina.[Claude portam].i.ianuam [cellæ corpori,] vt Iob 33
non exeas cellam ſine cauſa rationabili multum[portam vero linguæ]vc;,os [claude e-
loquio]ſilentium obſeruando:& omne verbum illicitum euitando, [& oſtium intrinſe-
V V cum

cum ſpiritibus].i.aditum cordis præclude dæmonibus : iuxta quod ſcriptum eſt, Nolite D
Ephe.4 locum dare diabolo.[Tranquillitas maris & ſol meridianus arguit]hoc eſt demonſtrat
[patientiam nautæ]qui non contriſtatur immoderate de carentia venti quo poſſet iuua-
ri,neq; de ſolis ardore,quo æſtuat[& penuria neceſſariorum] ad vitam [oſtendit ſufferen-
tiam quieſcentis]qui in tanta paupertate non inquietatur per impatientiam.[Ille quidē
triſtitia anxius natat in aquis].i.nauta cum mœrore natat dū nequit procedere [iſte vero
triſtitia agitatus confunditur,atq; multitudinibus cōmiſcetur] hoc eſt,quieſcens quādo
impatiens eſt,inordinato agitatus mœrore in ſeipſo deordinatur, nec ſolitudinem æqua-
nimiter ferre poteſt,ſed quærit humana ſolacia.[Ne timeas ſtrepitum & ludos tumultu-
um ſiue fragorum. Luctus enī]qui virtuoſe & ſalubriter luget[non cōturbatur neq; for-
midinem nouit]eſt enī ad aduerſa cuncta paratus,nec putat ſe in vita præſenti poſſe ſuffi-
cienter affligi pro ſuis peccatis.[Quorum mens vere orare didicit]per formatā & effica-
cem ſcientiam[hi ante dn̄m facti].i.deo ſe præſentantes [coram ipſo loquūtur ſicut qui
ad aurem regis]hoc eſt,cum omni attentione ac reuerentia inuocant ipſum. [Quorum os
orat].i.qui ore non mente dn̄m deprecantur[iſti comparantur his qui coram omni con-
uocatione].i.toto populo[procedunt ei]vz,regi. Nam ſicut iſti honorant regem forin-
ſecus,ita & illi qui deum ore exorant.[Quicunq; in mundo degunt,iſti in medio tumul- E
tus omnis populi regem exorant].i. ſimilis ſunt his qui terrenū regem exorāt in medio
totius plebis tumultuantis: Quemadmodum iſti rogant regem animo inquieto, ita ho-
mines ſeculares corde varijs modis diſtracto deum precantur.[Si artem]orandi & ſpiri-
taliter conuerſandi[ſcienter & regulariter didiciſti: nō ignorabis quod dictum eſt,]imo
prædictorum veritatem agnoſces p ea quæ in teipſo expertus es. [Sedens ſuper altitudi-
nem].i.in conſiſtorio ac ſolio rationis[obſerua teipſum ſi noſti]hoc eſt,vniuerſa quæ ti-
bi eueniunt intuere prò poſſe[& tunc apparebit]tibi[& videbis : quomodo & qn̄ & vn-
de & quod fures veniunt intrare,& quales botros furari intendūt.]Fures iſti ſunt dæmo-
nes,qui diuerſis modis quærunt botros abſcindere,vtpote vineam animæ conculcare,&
eam ſuis fructibus ſpoliare. Interdum quoq; veniunt plures fures ſimul,ſicut dum homo
pariter impugnatur ſpū elationis: ſpiritu iracundiæ,ſpirituq; acediæ. [Cum mens & in-
tentio fuerit fatigata]ex occupatione exteriori[ſurgens orabit,& ſedens]oratione com-
pleta[rurſus reſumet viriliter operationem priorē]ita q nunc ſpiritualia,nunc corpora-
lia exercitia exequetur ordine condecenti,vt dictum eſt plenius. [Quidam iſta expertus
voluit de his inquiens diligenter atq; ſubtiliter loqui : ſed timuit ne forte faceret fratres
hæc audientes ſiue legentes negligere ſuas operationes,& ſtrepitu ac fragore verborum
deijceret eos qui eligerunt hæc deſtinatione].i.ex cordis propoſito cum efficacia operum
decreuerunt apprehendere ac proſequi iſta. Sæpe enim contigit,vt mens vehementer oc-
cupata circa intelligētiam difficilium ſenſuum,ſubtiliumq; verborum,impediatur à pro- F
fectu ſanctæ affectionis & virtuoſæ exercitationis.[Qui narrat de quiete ſubtiliter,& cū
ſcientia exponens notificatiue] .i. multum doctrinaliter & affectiue tractat de ea [facit
dæmones inſurgere contra ſe]quoniam multum irritat & prouocat eos. Deniq; eo ipſo
quo quis de virtutibus & vitijs: de ſpiritali profectu,de alta perfectione præſumit profun-
de tractare, iuſtum eſt vt permittatur tentari, ſicq; appareat an facta verbis cōcordent in
eo: perſonaliterq; obſeruet quod edocet alios.[Nullus enim ita poteſt propalare inhone-
ſtates deformitateſq; dæmonum ſicut iſte]qui de quiete taliter narrat[Qui quietem ap-
prehendit].i.vitam internam,tranquillam, contemplatiuā ſtabiliter obtinet & exercet,
cognouit myſteriorum abyſſum]hoc eſt, multa diuina ſecreta,quia incerta & occulta ſa-
pientiæ ſuæ deus ei reuelat. [Non enī peruenit ad iſtud,niſi qui prius vidit & audiuit ven-
tos fluctuum ac tumultus ſpirituum] hoc eſt, turbulentias & inquietudines aduerſitatū,
laborum,pugnarum,& tentationum diabolicarum, [& æque aſperſus fuerit].i.etiā hæc
ipſa æquanimiter tulerit,imo & vicerit.[Magnus apoſtolus Paulus ratum fecit].i.exem-
2 Cor. 12 plo confirmauit,quod dictum eſt.[Niſi enī raptus fuiſſet in paradiſum]quaſi in requiem
[non vtique potuiſſet audire verba archana. Auris quietis]hoc eſt,auditus interior ani-
mæ quieſentis[ſuſcipiet magna à deo & excedentia ſenſum] vtpote reuelationem & con-
templationem diuinorum & ſupernaturalium veritatum.[Qua ex re & ipſa] auris quie-
tis præfata[dixit ſapientiſſima verba in Iob.] Vel ipſa auris ſapientiſſima vtpote illumi-
natiſſima dixit in Iob.[Quando aūt non ſuſcepit auris mea ab eo magna & excellentiſſi-





A ma?]hoc in noſtra tranſlatione non cōtinetur ſecundum formā verborum: ſed quantum
ad ſenſum.[Quieſcens eſt,qui ita fugit omnes homines ſine odio]eorūdem imo vt deo
perfectius vacet[ſicut alius qui negligēs eſt prompte occurit]hominibus deſiderio fabu-
landi aut propter cōmoda ſua.[Tu qui vis recipere excißionē dulcedinis dei] hoc eſt,co-
pioſe acquirere diuina chariſmata atq; in ipſis guſtare q̄ dulcis eſt deus[vade,diſperge ce-
leriter vniuerſa quæ habes & vende & da ea pauperibus,infirmis & indigentibus mona-
chis: vt per orationem tibi ad quietē concurrant]hoc eſt,ſuis orationibus tibi cooperen-
tur ad obtinendum à dn̄o gratiam vitæ internæ ac quieſcentis [& tolle crucem tuā, por-
tans eam per obedientiam,& fortiter ſuſtine pondus deciſionis tuæ voluntatis] hoc eſt,
propriæ voluntatis abdicationem,quæ ſolet aliquibus grauis eſſe[& veni de reliquo ſe-
quere me,ad coaptationem beatiſſimæ quietis].i.ad hoc vt applices te ſaluberrimæ huic
quieti[& docebo te viſibilem operationem & conuerſationem intellectualium virtutū]
hoc eſt,qualiter virtutes mentis etiam foris euidenter exhibeas, exemplariterq; oſtēdas.
Vel qualiter angelorum vitam imiteris in carne,& per exteriora exercitia quædam,vz: deū
laudando,adorando,& honorando forinſecus.[Non ſatiabuntur iſtæ].i.intellectuales
virtutes ſeu angelicæ mentis non replebuntur [faſtidio in ſecula ſeculorum laudantes in
ſempiternum deum factorem: Neq; qui venis in cœlum quietis] .i.ad præfatam cœlifor-
B mem ſeu angelicam quietem ac pectoris pacem pertingit, [ceſſabit laudare creatorem]
quoniam in præſenti & in futuro appetit cum ſine fine laudare. [Immateriales nō erunt
ſoliciti de materialibus,] quod intelligi poteſt de angelis,qui de materialibus.i. terrenis
diuitijs non ſolicitantur,quamuis de hominibus ſibi commiſſis habeant curam[neq; de
alimento materiali immateriales].i.homines ſpirituales,contemplatiui,quieſcentes,an-
gelici,non erunt immoderate ſoliciti de refectione corporali. [Non edent priores cibū]
.i.angeli non manducabunt cibum corporeum quantum ad cibi digeſtionem [neq; ſe-
cundi]vz,homines quieſcentes angelici[indigebunt requiſitione cuiuſq̄ hominū,] quia
non indigebunt ab hominibus cibum requirere,vel quia neceſſaria laborando acquirūt
vel in deſertis ea inueniunt,aut ſi opus fuerit deſuper prouidentur.[Illi]vz,angeli [non
erunt ſoliciti de poſſeſſionibus atq; pecunijs,neq; iſti de afflictione ſpirituum].i.ſpirita-
les & quieſcentes non formidabunt dæmonum tentamenta, & afflictiones temporales
pati parati ſunt.[Non eſt in ſupernis].i.ciuibus cœli[deſiderium & concupiſcentia viſi-
bilis creaturæ]hoc eſt,ſenſualis vlla affectio ad terrena,veruntamen Chriſti humanitatē
virginem glorioſam corpore glorificatam intellectualiter cupiunt & ardentiſſime dili-
gunt. Inſuper animæ beatæ cupiunt ſuis reuniri corporibus glorificandis,[neq; in inferi-
oribus].i.quieſcentibus iam præfatis manet[denuo concupiſcentia ſenſibilis affectionis
& ſpeciei]hoc eſt pulchritudinis corporalis.[Illi]ſc; angeli[proficientes nunq̄ ceſſabunt
C à charitate.]Qualiter de angelorum profectu ſit ſentiendum,& quid inde ſenſerit author ſu-
pra inductum eſt[neq; iſti]quieſcentes[ceſſabunt ſe illis quotidie cohortari].i.indeſinen-
ter ſe admonēt ad hoc vt ad angelorum ſocietatem ſtudeant peruenire, atq; vt nūc illorum
actibus ſe propoſſe ſatagant confirmare.[Apud illos]vtpote angelos[diuitiæ profectus
& incrementi]ſpiritalis[non ſunt ignotæ,neq; amor aſcenſionis] .i. affectio ſpiritalis a-
ſcenſionis,deſideriumq; pertingendi ad regnum cœleſte[ignotus eſt his] quieſcentibus,
quoniam experiuntur ea quotidie in ſeipſis. [Neq; ſtabunt quieſcentes quouſq; pertin-
gant ad ſeraphin.]Quidam homines tantum proficiunt in hac vita,q ad ordines primæ
ac ſummæ hierarhiæ angelicæ perducuntur,quod præfatis quieſcentibus videtur potiſ-
ſime conuenire,cum ſint viri heroici, non tn̄ oportet aſſerere q oēs pertingunt ad ſum-
mum hierarhiæ illius chorum: cū inter viros hieroicos perfectos & ſanctos ſit multiplex
gradus[neq; laborare ceſſabunt donec angeli fiant].i.à bonis operibus non deſiſtent q̄-
uſq; morte interueniente ad angelorum perducantur cōſortia. [Beatus qui ſperat,ter bea-
tus qui ſatagit].i.qui toto conatu & ſummo affectu ſibi poſſibili nititur ad patriam bea-
torum[angelus qui apprehēdit].i.qui deum beatifice videt. Talis enim aut angelus eſt aut
angelis ſimilis ſeu æqualis. Et ſumitur angelus nunc,prout commune nomen eſt ad vni-
uerſos ſpiritus illos immateriales iugiter ſeparatos.

¶De differentia & diſcretione quietum. Articulus XXXVII.

NVnc in cōſiſtentijs oīm ſcientiarum quod & omnibus notum eſt modorum,opinionū,
deliberationū & conſiliorum differentiæ].i.quēadmodum omnibus cōſtat,diſtin-

D ctiones ſeu differentiæ ſunt in ipſis ſcientijs,ita ꝙ vna ſcientia eſt altior, certior ac gene-
ralior alia[ſimiliter diſtinctio eſt in modis,menſuris & opinionibus ac deliberationibus
atq; conſilijs.Non omnium omnia ſunt perfecta]hoc eſt,opera bona ſinguloꝝ nõ ſunt
perfecte bona & virtuoſa[propter indigentiam ſolicitudinis & feſtinantiæ].i.ob hoc ꝙ
non fiunt cum tanta ſolicitudine ſpiritali & tãta alacritate ſeu agilitate vt decet [& pro-
pter penuriam & imbecillitatem virtutis]hoc eſt,propter imperfectionẽ habitus virtuo-
ſi exquo actus elicitur & procedit.Itaq; ex duobus contingit imperfectio actus boni.V-
no modo ex parte agentis , qui &ſi notabiliter virtuoſus exiſtat:aliquos tñ actus bonos
exercet nõ tã timorate & diligẽter ac expedite,vt poſſet & expedit. Alio modo ex parte
virtutis,quæ cum adhuc ſit imperfecta,non parit actus perfectos.[Sunt ergo qui in por
tum hunc:magis vero in pelagus vel profundum ingrediuntur]hoc eſt,quidam arripiũt
vitam hanc quieſcentẽ,ſolitariã,contemplatiuam,quæ recte portus vocatur & eſt, ſed i-
pſis de quibus nunc ſermo potius eſt pelagus & profundum,quia in ea merguntur & pe-
reunt, quia arripiunt eã ex mala radice, nec ad eam ſunt apti.Ideo ſubditur [propter in-
firmitatem oris coꝝ] .i.linguæ irrefrenationem,quã inter fratres compeſcere nequeunt
& tantum excedunt in ea,ꝙ ſolitariam vitam aggrediuntur quaſi in ea minus caſuri [&
E præaſſumptiones corporis]hoc eſt,ideo quoq; vitam illam accedunt,vt cõmoda corpo-
ris ſolita aut optata ſiue præſumpta liberius expleant,comedendo,dormiendo,ſurgẽdo,
laborando ad placitum.[Alij quia incontinentiam ad furorem habent].i.proni ſunt ad
magnos iracundię motus[& ipſi miſerabiles nequeunt cum multitudine]fratrum viuen
do[hunc continere]hoc eſt,furorẽ reprimere, ideo pergunt ad heremum aut ſolitudinis
manſionem,quaſi non perturbandi ibidem.[Alij ex cõplacentia & regulatione propriæ
voluntatis,atq; ex confidentia ſui,magis vero proprio ducatu]hoc eſt,iuxta propriũ ma
giſterium & dictamen[præuidẽt nauigare].i.præordinant aut diſponunt per ſolitariam
vitam quaſi per nauim ad beatitudinem proficiſci,& mare ſeculi transfretare.[Alij]ideo
vitam quieſcentem aggrediuntur[quia non valent in medio materiæ à materijs abſtine-
re]hoc eſt,affectum ſuũ nequeunt refrenare ab obiectis,quæ habent præ oculis,ſed exce-
dunt in illis.[Alij vt ex ſingulari & remota vita] .i.conuerſatione ſolitaria & abſtracta,
[fiant feſtiui & ſoliciti ad ſeipſos]hoc eſt,agiles ac diligentes circa ſuam ſalutem.[Alij vt
ſeipſos incognite] .i.occulte,[afficiant flagellis,contumelijs & plagis pro debitis pœna-
rum]hoc eſt,pro culpis ſuis per quas meruerunt puniri:vel pro debitis pœnis ad quas co
ram deo ſunt obligati pro ſuis peccatis.[Quidam vero vt adipiſcãtur ſibijpſis gloriam]
temporalem humanam[per eandem]ſolitariam vitam.[Sunt vero & alij, ſi forte filius
hominis veniens tales inueniat ſuper terram, qui cõiuncti & coaptati ſunt huic].i.ſeipſos
mancipauerunt ſolitariæ vitæ[propter delitias]ſpiritales [& ſitim charitatis atq; dulce-
F dinis ſanctæ[hoc eſt,ex puro deſiderio proficiendi in ſynceriſſima dilectione, & guſtan-
di in creatam creatoris ſuauitatem:ſcientes ſcriptũ eſſe de guſtãtibus multitudinem dul-
cedinis dei.Abſcondes eos in abſcondito faciei tuæ,à conturbatione hominũ,&c̃.[Nec
Pſalm.30 prius hoc facientes q̃ om̃i acediæ dent libellum repudij] .i.vitam ſolitariam aggredi nõ
præſumentes,niſi ante deuicerint omnem acediam.[Nam huius contractus].i. ſola pul
ſatio ſeu minima particula aut cõſenſus acediæ[reputatur fornicatio apud primam] hoc
eſt,apud quietem,ita ꝙ vere ſolitarius & quieſcens reputat,abhorret & vita ſolum con-
tactum acediæ tanquam crimen mortiferꝝ. [Secundum imperfectã & exilem ſcientiam
mihi datam,vt architectus non ſapiens].i.minus perfecte ſapiens, quod eſt verbum hu-
militatis [fabricaui ſcalam aſcenſionis] hoc eſt, gradus & cauſas aſcenſionum deſcripſi,
[vnuſquiſq; ergo conſpiciat in quo gradu ſtet]hoc eſt,ex qua cauſa ſolitariam vitam ag
greſſus ſit,aut aggredi velit,aut quid moueat eum ad operandum[an]ſcilicet,moueatur
aut incepit[ex complacentia propriæ voluntatis & ſufficientiæ:an propter gloriam]ho-
minum acquirendam[an propter infirmitatem linguæ]iuxta expoſitionem prætactam,
[an propter incontinentiã furoris,an propter multitudinem propaſſionis].i.affectionis
[iunctæ ad aliquid vitioſe] ita quod in medio materiæ nequit à materijs abſtinere , ſicut
expoſitum eſt.Deinde ad pluralem numerum author ſe vertit [vt de ſeipſis exigant vin-
dictas & exoluant]hoc eſt,an ideo ſolitariam vitam aggreſſi ſint,vt in ea libere ſe flagel-
lent & proprias iniquitates vindicent in ſeipſis . [An ideo vt fiant feſtiui & ſatagentes,]
hoc eſt, alacres,expediti & efficaces. [An] ideo [vt ignem aſſumant,] id eſt,in charitate





A plenius inardeſcant.[Erunt nouiſſimi primi] hoc eſt,qui idcirco ſolitariam vitã aggreſ-
ſi ſunt,vt in deo plus ardeant,qui vltimo loco expreſſi ſunt erunt primi & ſummi in glo
ria[& primi]qui ſcilicet,propter linguæ irrefrenationem, &c̃. quieſcentem aggreſſi ſunt
vitam,qui primo loco expreſſi ſunt[erunt nouiſſimi]Vel primi ſunt qui propter propriã
gloriam faciunt iſtud q expſſi ſunt ĩmediate añ nouiſſimos iſtos vltimo nominatos:qui
primi merentur ſpecialiter deprimi propter hanc vanitatem.[Septem ergo ſunt operati-
ones ſeptimanæ ſeculi nunc præſentis]hoc eſt,ſeptem ſunt actiones iuxta numerum die
rum hebdomadæ temporis nunc currentis, quæ actiones diuerſos diuerſimode mouent
ad vitam ſolitariam, quieſcentem. [Quædam quidem acceptæ,quædam vero non acce-
ptæ].i.harum actionum aliquæ placent deo:aliquæ vero non.Qui enĩ aggrediuntur hãc
vitam vt fiant ſoliciti & expediti ad ea quæ ſunt,ſuæ ſalutis,& qui vt pro ſuis peccatis di-
ſtrictius ſe affligant: bene mouentur. Alij mouentur vel praua intentione,vel ex mala
radice,vt elici poteſt ex dictis.[Octaua vero operatio quia ſignificatiua exiſtit futuri ſe-
culi].i.beatitudinis electorum in patria[manifeſtum eſt.]Octaua quippe & cæteris me-
lior operatio,eſt actio horum qui ſolitariam vitam arripiunt vt fiant ardentiores,& deo
ſuauius,familiarius atq; vicinius vniantur,quod eſt inchoatio,prælibatio ac figura felici
tatis futuræ.Itaq; ſi bene cõputemus author expreſſit octo operationes, quæ mouẽt ad
B ſolitariam vitam:quarum ſeptem pertinent ad curſum & exercitium ſeculi huius,octaua
eſt typus vitæ cœleſtis.[O monache deſolate].i.humano ſolatio deſtitute,ſicut eſt ſolita
rius[obſerua horas beſtiarum]hoc eſt,irrationabilium motuum,paſſionum & diabo-
licarum tentationum,conſiderando quando & qualiter impugneris ab eis [alioquin nõ
valebis ſtatuere congruos laqueos].i.intueri non poteris per quæ exercitia poteris beſti
as illas conuenientius capere,extirpare,ac vincere.[Si perfecte receſſit & abeſt quæ libel-
lum accepit repudij].i.acedia ſeu alia quæcunq; culpa, aut paſſio quã deteſtatus es & cui
renunciaſti[ſuperfluum eſt opus]contra eam ſtatuere laqueos ſeu pugnare.[Si vero ad-
huc præſumptuoſe audet] inuadere & tentare, [non cognoſco quomodo quieſcas ] hoc
eſt,non intelligo ꝙ ducas vitam vere quieſcentem, ſolitariam, contemplatiuam. [Quid
ergo?] Quaſi dicat,quid ſequitur ex his.[Niſi quia tot & tanta apud ſanctos Tabenſio-
nitas luminaria,quot apud Scytiotas fuerunt.]Tabenſionitæ dicebantur monachi ordi
nis ſancti Pachomij,præſertim qui habitauerunt in primo cœnobio quod ipſe fundauit
Scytiotæ autem erant ſolitarij,qui habitauerunt in ſolitudine Scythi,quę erat ardiſſimus
locus omni humano ſolatio deſtitutus,in quo ſanctiſſimi patres habitauerunt. Videtur
itaque author inſinuare ꝙ inter monachos cœnobitas ordinis ſancti Pachomij fuerunt
tot & tanti viri perfecti,quot & quanti fuerũt inter ſolitarios Scythi,niſi forte fiat vis in
C eo quod ait(quia niſi tot,&c. )& non dicit,niſi quia tot:ſicq; paſſus iſte legatur interroga
tiue non aſſertiue.Veruntamen nullum eſt dubium quin per ſpecialem gratiam dei aliq
poſſint in cœnobio,imo & in ſeculo pertingere ad omnem perfectionem ad quam per-
fectiſſimi anachoritæ perducti ſunt,vt patet de beatiſſimis dei electis,Seruatio,Martino
Bernardo,Franciſco.[Qui intelligit intelligat]quaſi dicat,deus omnipotens atq; liberri
mus diuerſimode agit in ſuis electis[ego enim loqui non valeo: magis vero nolo,]tanq̃
dicat,Ego non volo nec expediens reor omnia proſequi . Ac ſi dicat. Quamuis per gra-
tiam ſpecialem quidam in congregatione æquales facti ſint ſanctis anachoritis, regula-
riter tamen communiterque loquendo,vita ſolitaria anachoritica præfertur vitæ cœno-
bitali,quamuis non velim illud exprimere propter puſillos , ne forte inconſulte ſe inge-
rant ad ſolitariam vitam. Hinc ſubditur. [ Nempe alij vitia dirimunt] vtpote incipien-
tes qui à vitijs quotidie ſe expurgant [iſti vero] videlicet, Tabenſionitæ [pſallunt,& in
pſalmodia plurimum perſeuerant,hi autem] puta Scytiotę ſolitarij & anachoritæ [con-
templationi intendunt,] quod præclarius eſt, [qui degunt in iſto profundo,] hoc eſt, in
comtemplationis ſublimitate,vel in iſto profundo, id eſt , ſecretiori & remotiori eremi
parte quæ Scythi vocatur.[Secundum ſcalæ modum quæratur propoſitio] id eſt,intelle-
ctus horum verborum inueſtigetur & accipiatur ſecundum quod quiſq; proficere obli
gatur iuxta exigentiam ſuæ vocationis aut profeſſionis . [ Qui capit in domino capiat,]
hoc eſt,veraciter iſta intelligat. [Sunt negligentes animæ] id eſt,monachi ſumentes par
tem principalẽ pro toto[in cœnobijs commorantes,& in eiſdem faciliter habere valen-
tes materias negligentiæ ſuæ]vtpote occupationes infructuoſas aut leues,aut negligen

tium fratrum ſocietates[qui ex hoc incurrerunt in perditionem perfectam].i. inexcuſa- D
biliter peccauerunt ac perierunt.[Et ſunt iterum alij qui deponentes exuerunt negligen
tiam ſuam propter aliorum conuerſationem].i.exemplo fratrum feruentium ac diligen
tium ſe emendauerunt,& facti ſunt feruidi.[Hoc autem non ſolum in negligentioribus,
ſed etiam in feſtiuis plerunq; & ſolicitis actum eſt] i.non ſolum fratres multũ negligen
tes emendauerunt ſe meliorum exemplo:ſed & agiles atq; ſoliciti fratres frequenter pro
fecerunt in ſublimiora accenſi perfectorum exemplis.[Eadem regula vtimur ſuper quie-
te].i.circa quieſcentes & ſolitarios,dicentes: quod etiam in ſolitaria vita quidam negli-
genter ſe habent.[Nempe probos multos ſuſcipiens reprobauit]hoc eſt,quidam ad ſoli
tudinem venientes in principio probi fuerunt,& tamen paulatim defecerunt & reprobi
facti ſunt in ea,propter complacentiam propriæ voluntatis & reputationem ſufficientię
ſuæ,ita q; ſolitudo fuit[arguens eos amatores concupiſcentiarum : quoniam vani facti
ſunt]& ad propriorum commodorum atq; honorum deſideria ſunt prolapſi.[Alios ve
Heb. 10 ro ſumens]ſolitudo[feſtinantes].i.feſtinanter tendentes ad incrementa virtutum[ex ti
more & ſolicitudine portationis ſententiæ ſui iudicij]quia penſabũt quod ſcriptum eſt.
Horrendum eſt incidere in manus dei viuentis[fecit eos feruentes] ita q; à timore & ſo-
licitudine iſta profecerunt ad ſpiritalem,libertatem ac feruentiſſimam charitatem. [Ne- E
mo ſtimulatus à furore,ira,propria reputatione & elatione,hypocriſi, memoria iniuriæ,
ſeu liuore vindictæ præſumat aliquando arripere principium quietis]hoc eſt,ſolitariæ vi
tæ[nequando vexationem & amentiam inde lucretur] hoc eſt, ne per id incurrat maio-
rem tentationum moleſtiam & cordis inſaniam[ſi vero emundatus eſt à vitijs iſtis, ipſe
cognoſcet de cætero expediens].i.quid ſibi vere expediat, vtpote ſolitudinem introire,
an in congregatione manere.[Arbitror autem quia neq; ipſe]hoc eſt, potius reor quod
ipſe nondũ pro certo cognoſcet,quid inter hęc magis expediat ſibi,ſed ſecurius ſibi eſt cre
dere ſapientiorum & maiorum ſuorum conſilio:niſi forte adhuc altius creuerit, & exer-
citatior fuerit factus. [Iſta ſunt ſigna,ſtudia & argumenta eorum qui ratione exequun
tur quietem] id eſt, ſolitariam vitam ſapienter ac diſcrete proſequuntur atque continu-
ant. [Intellectus non elatus,mens non dormitans] per torporem[nec arrogans,de pro-
prijs meritis, ſanctificata intentio] qua omnia ad dei honorem & gloriam puriſſime re-
ferunt[raptus ad dominum] quo mens à ſenſuum vſu alienata abſorbetur in D E V M
[pœnarum prælium] id eſt,afflictio caſtigatiua propriæ culpæ[oſtenſio mortis]hoc eſt,
ſalubris mortificationis ſuijpſius [oratio inceſſabilis : cuſtodia imprædabilis] id eſt, in-
auferibilis cuſtoditio proprij cordis [mortificatio fornicationis] non ſolum corporalis,
ſed etiam ſpiritalis,quæ eſt auerſio mentis à D E O [ignorantia habendi affectio-
nem ad aliquid paſſibiliter : mors mundi]hoc eſt,omnium mundanorum affectionum.
[Priuatio auiditatis gulæ & appetitionis omnium guloſorum]id eſt, lautorum alimen- F
torum [ſuppoſito theologiæ,]hoc eſt, non perſcrutari, ſed præſupponere tanquam ve-
riſſima ea quæ fidei ſunt[fons diſcretionis, lachrymarum libamen : multiloquij extin-
ctio, interitus quæſtionum: omniſque contentionis & litis.] Veruntamen de pertinen-
tibus & neceſſarijs ad ſalutem facere quæſtionem congruit ſolitario,[ & ſi qua talium
ſunt quibus multitudines amant apponi & reſiſtere ] hoc eſt, quibus communes homi-
num turbæ libenter opponunt ſe ac reſiſtunt, vt ſunt detractio, ſuſurratio, & cæte. Ho-
rum inquam interitus ſeu plena vitatio, ſignum eſt ſolitarij ſapientis.[Eorum vero qui
eandem ratione non exequuntur,] hoc eſt, ſigna ſtudia & argumenta eorum qui in ſoli-
tudine non viuunt rationabiliter & condigne[ſunt ipſa ſpiritualium diuitiarum penu-
ria incrementum iræ, depoſitum vltionis ] id eſt, reſeruatio vindictæ vſque ad tempus
opportunum, [apotheca memoriæ iniuriæ, ] hoc eſt, tenax recordatio illatæ iniuriæ,
[Diminutio charitatis : aſſumptio timoris]inordinati ac puerilis,[ & quod exinde ſe-
quitur tacebo.] Ex his equidem ſequitur tedium profeſſionis, reditus in AE G Y-
P T V M : & apoſtaſia ab ordine. [Quoniam ſermo iſte ſubſequenter occurrit,]
id eſt, congruenter ſe offert, [neceſſarium duxi interponere aliqua de his, qui ſub obe-
dientia viuunt & præſentim quia vt plurimum ſermo maxime extenditur diuulgatur ac
defertur ad ipſos, ] id eſt, ſcripta doctrinalia magis deueniunt ad eos eiſque ſe mani-
feſtant quam ad ſolitarios. [ Iſta autem ſunt,& à deiferis patribus determinantur ac di-
cuntur eſſe argumẽta].i.ſigna & opera[illorũ qui legitime & abſq; adulteratiõe & inqui-
natione



A natione ſe coniungunt & coaptant huic ornatui & decori] .i.pulchræ ac ſplendidæ con-
uerſationi monaſticæ ſub obedientia regulatæ, [quæ] argumenta ſeu opa [tpe ſuo per-
acta,ſed & quotidie ſuperextenſa,] .i.ſæpius iterata[aſſumunt additamentũ atq; profe-
ctum,] ita q; ſucceſſiue perfectius exercentur,quæ ſunt[augmentũ humilitatis inſtituti-
uæ]Humilitas nanq; ad omne bonum inſtituit ac diſponit[furoris diminutio]Iram fre-
quenter nominat & deſignat per furorem,cũm ira ſit quędam mentis inſania,& vt eam
amplius deteſtemur. [Quomodo enim non fiet eclypſis tenebręfactionũ].i.ſubtractio
aut minoratio vitiorum obtenebrãtium animam[felle euacuato].i.elatione quę men-
tem intoxicat expulſa per humilitatem,cum ſuperbia ſit origo & radix cęterarũ culparũ.
[Aſſumptio charitatis,alleuiatio vitiorum,redemptio odij ex arguitione,].i.præſerua-
tio cordis ab odio,q̃d concipi ſolet ex reprehenſione vnius ab alio[defectio luxus].i.la-
ſciuiæ[ignorantia acediæ].i.acediam non habere[additamentum feſtinantiæ].i.alacri-
tatis & agilitatis augmentũ[amor compaſſionis,peregrinatio].i.receſſus [à ſuperbia,&
directio vniuerſis optanda,& paucis aduenienſ,] per quam directionem diſcretio deſig-
natur, quæ eſt virtutum omnium directiua, quam pauci habent perfecte. [Aqua non
exiſtente in fonte, impropriũ erit nomen,]id eſt,non amplius dicitur proprie fons,dum
aquam non habet, [& quod inde conſequens eſt, notum èſt habentibus intellectum.]
B Inde eñ mox ſequitur,q; ſimili ratione dicitur cœnobita improprie,aut monachus obe-
dientiarius,in quo non ſunt argumenta ſeu ſigna & opera iam præfata. Sequitur quoq;
inde,quod improprie monachus appellatur, in quo non eſt aqua lachymarũ piarum,qa
vt dictum eſt ſupra:Monachus eſt mœrens & lugens anima,indeſinenti mortis memo-
ria [Adoleſcentula non cuſtodiens thorum,] .i.fidem coniugalem marito ſuo non ſer-
uans[inquinat corpus ſuum,anima vero non cuſtodiens profeſſionẽ & pactum compo-
ſitionis]factæ cum deo,vt cæteris cunctis renunciãs ei ſoli pure inhæreat[inqnat ſpiri-
tum].i.ſeipſam,quantum ad vires ſuas ſuperiores [& illam] vc; adoleſcentulã adulterã
[ſequuntur vituperiũ,odium,flagella & ſeparationes,q̃d mirabilius omnibus eſt]Quo-
niam non obſtante q; matrimonium ſit inſolubile vinculum,tñ propter adulterium ſe-
parantur coniugati ab inuicem[Iſtam vero]ſc; animam violantẽ ſuam profeſſionẽ, [ſe-
quuntur inquinationes]ſequentes,quæ ſunt [obliuio mortis,inſatiabilitas ventris,apo-
theca].i.conſeruatio[inutilium cogitationum[depoſitum tumultuantium ratiocinatio
num].i.tenax repoſitio ac abundantia perturbantium argumentationum, diſcurſuũq;
vanorum[additamentum conſenſuum illicitorũ]quibus dęmonibus conſentitur[capti-
uitas].i.diſtrictio[cordis]ſeu ſubiectio eius ſub iugo diaboli, & conſtrictio per vincula
vitiorum,iuxta quod ſcriptum eſt:Iniquitates ſuæ capient impium [operatio conturba- Prouer. 5
C tionis,contradictio, infrenabilitas,inobedientia,infidelitas certificatione eorum.] hoc
eſt,violatio fidelitatis cum aſſertione facta inter animam talem & ſponſum cœleſtem.
Anima enim cum ſolenni promiſſione proteſtata eſt deo, ſe totam ei in holocauſtũ per
monaſticam conuerſationem offerre,quod nõ implet fideliter [priuatum multiloquiũ,
propaſſio]hoc eſt,vitioſe ad aliquid ligari per affectionem[confidentia ſuijpſius,& pro-
pria reputatio omnium crudelior].i.præfatis vitijs ſæuior [& quod omnibus miſerabi-
lius eſt,habere cor ſine cõpunctione & contritione]ad q̃d ſequitur[ſalubris doloris pri-
uatio,præſertim]in non attendentibus].i.in his q nõ conſiderant ea,q̃ ſalutarem dolorẽ,
compunctionẽ,deuotionẽ,cuſtodiamq; incutiũt cordi,vt ſunt pericula qbus ſumus ex-
poſiti,& laquei nobis extenſi:& qm̃ ignoramus an ſimus amore digni an odio,& qd fina
liter fiet de nobis.Quatuor q̃q; nouiſſima,paſſio Chriſti,quotidiana peccata,dei benefi-
cia ac promiſſa, bonitas & excellentia creatoris.[Nam doloris huius carentia eſt mater
ſpirituũ].i.indignationũ ſeu elationũ[& ruinarũ ac caſuum.[Contra quieſcẽtes quinq;,
contra ſubiectos tres ex octo concertãt] Senſus huius verbi mihi eſſe videt,q; quinq; ex
octo principalibus vitijs impugnant ſolitarios, tria ṽo ſeu tres exceſſus aut tres ſpũs cæ-
terorum trium principaliũ vitiorũ impugnãt eos,q ſub obediẽtia viuũt:q̃d totũ per ap-
propriationẽ quandã intelligi certũ eſt,cũ cõſtet tã ſolitarios q̃ ſubiectos frequẽter tẽtari
de vnoq̃q; vitio principali.Porro quinq; vitia qbus ſpecialius & appropriatius ſolitarij
impugnari eſſe vident,ſupbia,vana gloria,acedia,auaritia,gula. Tria aũt qbus ſpeciali-
ter impugnantur ſubiecti in congregatione viuẽtes,ſunt ira,inuidia,luxuria. Habent eñ

 maiorem

maiorem occaſionẽ ad iſta ex his quæ ſibi occurrunt quotidie, quandoq; tñ alioꝝ præ- D
ſentia magis incitat ad gloriam vanam,q̃ ſolitaria vitatquę nihilominus ratione eminẽ-
tiæ ſuæ ad inanem prouocat gloriam. Qualiter etiam auaritia quædã tentet & vincat ſo
litarios, in ſecundo Collationũ habetur. [Quieſcens & contra acediam pugnans multo-
ties damnum incurrit] qa deberet altioribus actibus occupari. Propter quod ſubditur:
[tempus eñ orationis & contemplationis]. i. quo orationibus contẽplationibusq; vaca
ret [conſumet in ſtudijs & precibus contra acediam. Cum aliqñ in cella negligenter reſi-
derem, & hanc fere relinquere cogitarem, viri qdam ſuperuenientes cœperunt me ſuffici
enter beatificare vt quieſcentẽ]. i. tanq̃ ſolitarium & contemplatiuum [& protinus cogi
tatio negligentiæ receſſit depulſa à gloria vana. Et admiratus ſum qũo hic tribulus dæ-
mon]. i. moleſtiſſima vana gloria ſeu ſpiritus eius [aduerſatur cunctis ſpiritibus,] id eſt,
cunctis animabus deuotis, vel omnibus ſpiritibus malis, puta dæmonibus, inquantum
homo amore vanæ laudis & gloriæ vitat peccata, ad quæ alij dæmones incitãt, & aliqua
ex gñe bona facit, imo & quaſi feruens agiliſq; efficitur. [Intuere ſingulis horis ſurreptio
nes & præreptiones, inflictiones & viciſſitudinum alterationes coniugis tuæ.] Per con-
iugem intelligitur caro, quæ ſocialiter atq; inſeparabiliter durante hac vita coniuncta eſt
animæ, quemadmodum vxor marito: imo ad hoc caro coniuncta eſt animæ, vt pariter E
per opera bona fructificent. Huius carnis ſurreptiones ſunt motus primi, qui ex aliqua
imaginatione procedunt, & dicuntur motus ſecundo primi: præreptiones vero carnis,
ſunt motus primo primi, vtpote penitus naturales, & ex ſola naturali cauſa exorti, qui in
ſeipſis non extant culpabiles: ſed niſi adhibeatur diligentia, culpa ſe miſcet. Porro infli-
ctiones ſunt graues, & intenſæ impulſiones carnalium motuum ad peccandum, quibus
quis immoratur. Alterationes vero viciſſitudinum, ſunt motus paſſionum contrarij in-
ter ſe, quibus quis vna hora triſtatur, alia iucundatur: vna hora appetit alimẽta, quæ alia
hora deteſtatur: nunc laſſatus cupit dormire, nunc ſomno recreatus appetit vigilare. In-
tuenda ergo ſunt omnia iſta, quomodo & vbi coniunx ſeu caro tua [inclinatur & aſſen-
ſum poſſidet] hoc eſt, qualiter appetit hoc aut illud, & qualiter inualeſcit contra ſpiritũ,
vt omnis illicita motio eius vitetur, & motus eius pure naturalis infra limites ſuos arcte-
tur, ne excedendo fiat culpabilis. [Solus qui per ſpiritum ſanctum obtinet tranquillita-
tem]. i. reformationem internam & pectoris pacem [nõ ignorat hoc dei verbum] id eſt,
talis perfecte duntaxat, & per experientiam in ſeipſo habitam intelligit verba iſta. [Qui
enim non poſſidet libertatem à ſolicitudine] hoc eſt, qui non eſt liber & expurgatus à ſo-
licitudine ſeculari atq; carnali [quomodo poteſt gerere curam orationis & cordialis ac-
ceſſionis?] Quaſi dicat, non poteſt. Quoniam ſolicitudo illa pœnalis, inordinata, diſtra-
ctiua & anxia impedit hominem à ſolicitudine ſpiritali intendendi ſynceriter, deuote &
quiete orationi, & item ab acceſſu cordiali ad deum. [Operatio quietis eſt priuatio ſoli- F
citudinis] id eſt, actio pertinens ad vitam quieſcentem & ſolitariam, excludit ſolicitudi-
nem ſecularem carnalem, de qua Salomon: Spes, inquit, ſolicitorum peribit [quæ] opera-
Proue. 11 tio quietis, [eſt præpoſita omnibus rebus atq; negotijs rationabilibus & irrationabili-
bus.] Hæc nanq; operatio eſt potiſſime cõtemplatio diuinorum, quam ſolitarius & qui-
Sapient. 7 eſcens præponit & præfert vniuerſis creatis. Vnde & Sapiens ait: Præpoſui illam regnis
& ſedibus, &c. [Qui enim prioribus aperit]. i. qui temporalibus & carnalibus per ſolici-
tudinem reſerat oſtium cordis ſui [omnino corruet in ſecundis] id eſt, deficiet à ſpirituali
cura orationis, & internæ acceſſionis ad deum, de qua fertur: Accedite ad eum & illumi-
Pſalm. 33 namini. Et: Accedamus cum fiducia ad thronum gratiæ. Inſuper tangit qualis debeat
Hebræ. 10 eſſe oratio iſta. [Oratio ſit non pigra, deuota, & ſine intermiſſione: & tertium eſt, opera-
ratio cordis imprædabilis,] hoc eſt, tertius actus ad ſolitarium quieſcentemq; pertinens,
eſt occupatio mentis in deo, per ardentiſſimæ charitatis amplexum, tam fortis & fixa, vt
nulla tentatione poſſit auferri. [Impoſſibile nanq; eſt eum, qui non didicit literas, natu-
raliter in libris meditari,] id eſt, legendo cogitare & intelligere ea quæ ſcripta ſunt. Idcir-
Iohan. 7 co Iudæi dixerunt de CHRISTO: Quomodo hic ſcit literas, cum nõ didicerit?
[impoſſibile vero eſt eos, qui primum non poſſiderunt] vtpote libertatẽ & expurgationẽ
à ſolicitudine illa mundana, [duo ſecundum rationem exequi,] hoc eſt, alios duos actus
ad ſolitariũ pertinentes ſapiẽtialiter exercere. Qui actus ſunt oratio pura & contẽplatio
fixa.



A fixa. [Exequens medium in medijs factus ſum]. i. orationi & contemplationi inſiſtens,
quæ oratio ſeu contemplatio eſt medium, per quod mens in via huius exilij coniũgitur.
Hoc itaq; medium exequens, factus ſum in medijs. i. ad angelicum chorum raptus per
mentis exceſſum, qui chorus eſt medium inter deum & viatores [& illuminauit me ſitien
tem] hoc eſt, deus illuſtrauit me ardentiſſime cupientem deſuper illuſtrari. [Et ecce iterũ
eram in illis,]. i. angelis ſanctis eram intentus. [Quid quidem erat in eo ante viſibilem
formam docere non poterat.] Locus iſte eſt maxime intricatus, & plura verba ſubintel
ligere hic oportet, vt ſit ſenſus: Eram in medijs illis, ſicut expoſitum eſt, & factus in ſpi-
ritu interrogaui angelum me ſpecialiter dirigentem, quid erat in eo, id eſt, quid aut qua-
liter verbum increatum æternum fuit ſubſiſtens ante viſibilem formam, hoc eſt, ante na
turæ humanæ aſſumptionem, & hoc angelus dicere mihi non potuit: non quia neſciuit,
ſed quoniam verbum dei patris non permiſit. Ideo ſubditur: [neq; enim ſinebat prin-
ceps. Interrogabam vero & obſecrabam mihi dici] ab angelo [quomodo nunc exiſtat,]
id eſt, qualiter verbum nunc incarnatum ſubſiſtit. [In proprijs quidem dixit, ſed non in
iſtis,] hoc eſt, angelus reſpondit mihi ad iſtud, quod verbum incarnatũ ſubſiſtit in pro-
prijs. Quod ſic intelligi poteſt, quod ſubſiſtit in vera diuinitatis natura, atq; in eſſe hy-
poſtatico, ſeu perſonali increato, eſtq; in ſinu, hoc eſt, in corde patris, & ſedet in throno
B gloriæ eius: ſed non in iſtis, id eſt, verbum incarnatum ſuper omnium angelicorum or-
dinum hierarchias, manſiones & altitudines exaltatum eſt, regnat ac reſidet, ideo non
eſt in iſtis ſecundis, neę eſt de numero purarum creaturarũ [Ego vero] interrogaui [quæ
eſt dextera ſtatio & cathedra in cauſa,]. Per cauſam intelligitur verbum æternum, per
quod facta ſunt omnia, quod in euãgelio ait: Ego principium. Atq; in Apocalypſi: Ego Iohan. 8 Apocal. 22
ſum alpha & o, principium & finis, primus & nouiſſimus. Interrogauit ergo quid ſit in
CHRISTO dextera, & ſtatio, & cathedra. [Ait: Impoſſibile eſt aure iſta doceri]
hoc eſt, de his plene edoceri non potes ad aurem, & quàm diu ſolo auditu exteriori aut
interiori de iſtis inſtrueris. [Ad hoc autem me deſiderium traxit,] id eſt, audita hac re-
ſponſione magis accenſus ſum deſiderio cognoſcendi quod interrogabam [& dixit: Ad-
duc me ad tempus illud] hoc eſt, fac vt vitam hanc corporalem nunc finiam, quatenus à
corpore diſſolutus perducar ad horam, in qua clare per ſpeciem contempler verbum dei
in ſemetipſo & ſicuti eſt [Qui effatus eſt] hoc eſt, angelus à me interrogatus mihi reſpon
dit [nondum veniſſe horam illam propter defectum ignis incorruptibilitatis,] hoc eſt,
nondum eſſe impletum tempus meum, vt pertingam ad tantam contemplationem, eo
quod ignis incorruptibilitatis, vtpote ſpiritus ſanctus, de quo in Deuteronomio ſcriptũ
eſt: Deus noſter ignis conſumens eſt, ſeu feruor diuini amoris nondum ſit in te ad hoc Deute. 4
vt nunc finias curſum tuum, quoniam nondum decreuit hoc: vel quia tu necdum ſatis
C purus & ſanctus es ad ſuſcipiendum illam tam præclaram ác beatificam viſionem. [Iſta
vero ſum cum puluere non noui, ſiue ſine eo dicere non audeo.] hoc eſt, ego ipſe aut iſta
ignoro cum ſum in corporali carne ſubſiſtens, aut in carne iſta conſiſtens nõ habeo iſta
exponere. Interea circa hęc introducta poſſent plura nunc dici, vtpote de verbo dei, quid
& qualiter erat ante incarnationẽ, & qualiter ſit incarnatione peracta, quid item ſit dex-
tera & ſtatio ac cathedra in hoc verbo æternaliter genito, prolato, ac ſubſiſtenti, quæ ali-
bi plenius dici habent. Modicum tamen tangendo, conſtat ꝙ verbum æternum ſit patri
conſubſtantiale, & prorſus inuariabile intellectualiterq; productum à patre ſe in ſe ple-
niſſime intelligente, & ſe intra ſe exprimente. Hoc verbum aſſumpſit humanam naturã
inuariabiliter perſeuerans, ſuppoſitando ipſam humanitatẽ in ſuo eſſe perſonali increa-
to æterno. Dextera huius verbi, eſt æqualitas ſua ad patrem. Statio eius, eſt ſempiterna
ipſius permanſio in corde patris, à quo inegreſſibiliter & immanenter emanat, profertur
ac gignitur. Cathedra quoq; verbi huius, eſt iudiciaria ſua poteſtas ac ſumma authori-
tas ſecundum ꝙ deus eſt. Porro inquantũ homo habet poteſtatẽ iudiciariã miniſterialẽ
& executiuã: & ſolium eius eſt in ſupremo cœli empyrei. Itaq; his ſublimibus breuiter
tactis, author ad moralia & humana reuertitur. [Durum]. i. laborioſum [eſt meridianũ
ſomnum excutere & repellere, præſertim in æſtiuis temporibus. Tunc eñ ſolum & ęque
nõ eſt abijciendũ opus manuũ cum oratione,] hoc eſt, quicqd tunc intermittat, tñ opus
manuale ſimul cum oratione eſt tunc præcipue exercendũ, vt per hoc ſomnus ille vincat
qui

qui ſoli ſpiritali exercitio non poſſet iam congrue ſuperari,niſi per gratiam valde inten- D
ſam præcipuumq; feruorem.[Noui acediæ dæmonem præfabricantem & facientẽ viam
dæmoni fornicationis,vt]dæmon acediæ[fortiter reſoluens ac ſomno immergens cor-
pus operetur quaſi manifeſtę inquinationes in quieſcentibus,] id eſt,ipſos dormientes
ſomnijs turpibus illudat & fragilitate commaculet[Si fortiter reſtiteris eis]contra hãc
carnalem repauſationem & illuſionem bellando oratione,ſobrietate,vigilia ac labore,
[pugnabunt contra te potenter,]hoc eſt,valide te tentabunt,quia ſuccumbere ſuperbiſ-
ſimi ac immundiſſimi erubeſcunt[vt faciant te ceſſare ab agonibus,].i.virtuoſis exerci-
tijs,pugnis atq; laboribus tuis tanq̃ nihil proficientem. [Nihil enĩ tam euidenter mani-
feſtare valet victoriam dæmonum]hoc eſt,deiectionem eorũ qua ſuperantur à nobis[ſi-
cut crudelis & dura pugna].i.tentatio[ab eis contra nos facta]quando præualemus in
ea.]Quo enim grauius nos impugnant,tanto apertior eſt eorum deiectio dum ſuccum-
bunt.[In progreſſibus congregata cuſtodi]hoc eſt,in omni ſpiritali profectu & q̃cunq;
progrederis ſiue extiteris,caue ne per vanam gloriam,hypocriſim,præſumptionẽ,iactã-
tiam,aut alio modo diſpergas & amittas ſpiritales diuitias,quas diu ac laborioſe congre
gaſti.[Nam aues quæ erant recluſæ euolant porta aperta.] Q. d. Simili modo pereunt
& mercede priuantur bona opera, quæ incaute inaniterq; panduntur[& tunc decætero E
nihil profectus inueniemus de tranquilla quiete]hoc eſt,de vita noſtra ſolitaria quieſcẽ-
te præterita.[Modicus & paruulus pilus oculum turbat]dum cadit in oculum[& parua
ſolicitudo] carnalis [quietem mentis exterminat].i.aliqualiter lædit & paulatim aufert
[niſi abijciatur. [Quies eſt depoſitio intelligentiarum & ſenſuum, & abnegatio curarũ
bene rationabilium,]Hoc intelligendum eſt de quiete interna ſeu ſolitaria vita ſecundũ
ſuum præmium,vt ſit ſenſus,quod quies,id eſt,exercitatio contemplatiua transformans
& abſorbens mentem in deum excludit operationes intellectus ac ſenſuum circa creatas
quia in tali contemplatione myſtica & ſublimi mens ſupergreditur & relinquit ſeipſam
creataq; omnia,deſerit quoq; curas bene rationabiles,quia nequaq̃ ſolicitatur de neceſſa
rijs vitæ præſentis. Ideo ſubditur:[Qui quietem veraciter]id eſt,perfecte[apprehendit]
vtpote in ſolo deo pure quieſcens[neq; de ſua carne curabit. Verax eſt enim qui euange-
lizauit & promiſit]vtpote Chriſtus,qui in euangelio ait:Quærite primum regnum dei,
Matth. 6 & hæc omnia adijcientur vobis. Itemq;:Scit pater veſter quia his omnibus indigetis.
[Qui mentem mundam vult deo exhibere,& curis ac ſolicitudinibus vitæ ſe tradit,ſimi-
lis erit ei,qui pedes ſuos fortiter ligat,& velociter currere tentat.] Quemadmodum enĩ
ligatio pedum impedit curſum,ſic ſolicitudo cordis munditiam. [Rari nanq; ſunt,q di-
ſciplinati didicerint mundanam].i.humanam [philoſophiam ad ſummum, ego aũt ra-
riores eſſe dico eos, qui vere ſciant philoſophiam quietis ſecundum deum]hoc eſt,q per
guſtum & experientiam noſcant quietem internam,perfectam ac deiformem,qua mens F
ſolitarij integre & pure & ſupernaturaliter conquieſcit & obdormit in deo[Qui nondũ
nouit deum]per fidem formatam ac ſapientiæ donum[erit improbus ad quietem]id eſt,
ineptus ad hanc tranquilliſſimam vitam[& multa pericula]tentationũ[ſuſtinebit,anteq̃
ad eam pertinget.Quies inexpertos & indoctos ſuffocat] Certum eſt,ꝙ quies iſta ſit ſa-
luberrima atq; ſaluificãs,ſed dicitur inexpertos & indoctos ſuffocare: qm̃ vſurpatio ſeu
aggreſſio,qua tales ſe ingerunt ad vitam hanc quieſcentem,opprimit eos,ita quod à pro
pria infirmitate, inexperientia & inſipientia ſuffocantur, quia ignorant qualiter contra
inuiſibiles hoſtes ac propriam carnem pugnandum ſit,nec vnctio dei docet eos de omni
bus. [Exiſtentes ſine guſtu dulcedinis dei,conſumunt tempus in captiuitatibus.]id eſt,
diſtractionibus cordis,quibus retrahuntur à deo,& à dæmonibus detinentur[& furtis]
hoc eſt,priuationibus,quibus occulte ſpoliantur donis gratiæ ſibi conceſſis. Dæmones
enim faciliter ac multipliciter fallunt atq; ſeducunt eos [& anxietatibus].i.pœnis ac tæ-
dijs,ſeruili & inordinato timore[& acedijs.] Homo enim piger eſt ad opera,in quibus
non delectatur. Quum igitur non guſtent dulcedinem dei,neq; in eius cultu ac honori-
ficentia delectentur,acedijs opprimuntur[& recuruationibus]id eſt,reflexionibus ad ſe-
ipſos. Non enim feruntur in deum pure atq; directe,nec in ipſo radicitus figũtur:ſed vn-
diq; euagantur & oblique,imo & in circuitu ambulant. [Qui enim orationis pulchritu-
dinem tetigit]id eſt,ad puram & perfectam orationẽ deuenit,& eam expertus eſt,in qua
mens



A mens orantis ita intenta eſt deo, vt neq; ſeipſam, neq; aliquid aliud creatum aduertat,
fugiet turbas vt onager]quia præſentia hominum impeditiua eſt talis orationis. [Quis
enim dimiſit hominem liberum ab omni coniunctione hominũ niſi oratio iſta?] id eſt,
deſiderium ſic orandi potiſſime abſtrahit hominem à præſentia hominũ aliorum.[Qui
circumuallatus eſt vitijs].i.vndiq; impugnatur ab eis[& in eremo commoratur, horũ
exercitationi attendit]hoc eſt, vigilanter conſiderat,qualiter vitijs iſtis reſiſtat,& quali-
ter exercitetur ab eis.[Iuxta quod & ſanctus ſenex dixit tale aliquid & docuit:Gergium
dico Arſelaitam,quem & tu honorande pater]cui hæc ſcribo[non ignoras.Iſte Gergius
aliquando ordinans & ad quietem adducens rudem animam].i.hominem inexercitatũ
& ſimplicem inſtruens,qualiter in vita eremitica ac ſolitaria ſe habere deberet [ait: No-
taui in matutinis diluculo peregrinari quaſi communiter dæmones vanæ gloriæ & con
cupiſcentiæ,]hoc eſt,obſeruaui ꝙ ſolitarij potiſſime inuadantur & oppugnentur de ma-
ne à dæmonibus vanæ gloriæ & carnalis concupiſcentiæ[in meridie vero à dæmonibus
acediæ & iræ atq; triſtitiæ,in veſperis autem] notaui[amatores & tyrannos ſtercorũ mi-
ſeri ventris] id eſt,dæmones gulæ & carnalitatis,qui inſtar tyranni tunc tentant crudeli
ter.Quod dictum eſt iuxta morem eorum, qui refectionem totius diei differebant vſq;
ad veſperam. [Melior eſt pauper ſubiectus ſuper occupatum quieſcentem,]hoc eſt,hu-
milis frater ſub obedientia viuens, virtuoſior eſt ſolitario exterioribus rebus aut curis
B intento.[Qui ratione quietem exequitur,] id eſt, ſolitariam vitam exercere ſe æſtimat
ſapienter[& non conſpicit lucrum eius quotidie,]hoc eſt,profectum eius omni die non
experitur [aut non rite quieuit,].i.non veraciter conuerſatus eſt iuxta exigentiam con-
templatiuæ ac ſolitariæ vitæ[aut ab elatione patitur luctum,] hoc eſt, propria elatione
occulte decipitur,& per hoc quotidiano profectu priuatur.[Quies eſt inceſſabilis latria
dei & aſſiſtentia]Latria proprie dicitur virtus, quæ deo cultum cæremoniamq; impen-
dit,nunc autem accipitur pro ipſo cultu & honorificentia creatoris. Quies igitur,hoc eſt
vita ſolitaria & quieta eſt inceſſabilis cultus dei,& aſſiſtentia mentis coram eo,quæ ſe in
dei conſpectu conſtituit ac præſentat,habens ſe pure & reuerenter,imo & irreprehenſibi
liter coram maieſtate tam infinita,[Ieſu memoria tuo flatui vniatur]id eſt,tam inceſſabi
liter recole Chriſtum & eius myſteria atq; virtutes,quàm indefinenter reſpiras[& tunc
cognoſces quietis vtilitatem] hoc eſt,ſolitariæ vitæ fructum experiẽdo, mirabiliter pro-
ficiendo quotidie.[Propria voluntas eſt lapſus obedienti]quoniam propriam volunta-
tem ſequendo ab obedientia cadit, [receſſus vero & deſiſtentia ab oratione eſt lapſus
quieſcenti,]intelligendo per orationem etiam meditationem & contemplationem. [Si
gaudes de aduentu fratrum ad cellam tuam,agnoſce teipſum ſoli acediæ,& non deo va-
care,]hoc intelligendum eſt,quando cellita lætatur de aduentu aliorũ ad ſe,inquantum
C viſitatio illa eſt ſibi repauſatio ſeu recreatio quædam,aut abſq; rationabili cauſa ſit.[Ex-
emplar perſeuerantiæ in oratione ſit tibi vidua illa ab aduerſario læſa] quæ ſcilicet iudi-
cem importune & inceſſabiliter interpellabat,prout in euangelica parabola plenius con Lucæ 18
tinetur. [Typus vero]id eſt,forma & figura, [quietis ſit tibi magnus & æqualis angelo
Arſenius, ] qui quàm ſingulariter ſolitudinem & quietem ſequutus ſit in Vitaſpatrum
continetur. Deniq; quod Arſenius ſit nunc in cœlis æqualis angelis, imo ad ſublimem
aliquem angelorũ ordinem eleuatus extat certiſſimum, ſed in hac vita adhuc ſubſiſtens,
non erat abſolute æqualis,ſed mulum ſimilis angelo. [Memento conuerſationis huius
angeli quieſcentis in ſolitaria manſione, & vide quomodo plerunq; quoſdam ad ſe ve-
nientes remiſerit,] eos ad colloquium ſuum non admittendo[ne quod maius erat amit-
teret.]hoc eſt,ne exercitia ſuæ altiſſimæ contemplationis,deuotiſſimæ orationis,ac ipſæ
pſalmodiæ,ardentiſſimæ quoq; dilectionis interrumpere cogeretur.[Nouerat quod dæ-
mones frequentius perſuadent irrationabilibus diſcurſibus gyrouagorum].i.ipſis gyro-
uagis irrationabiliter circumcurrentibus[accedere ad quieſcentes ſecundum rationem]
hoc eſt,ad ſolitarios fructuoſos,quatenus vel ad modicum poſſint impedimentum præ-
bere operatoribus,]vtpote ſolitarijs illis veraciter operarijs.[Et tu vt iſte]Arſenius[nõ
deuites pie contriſtare tales ſimiliter vagos & negligentes, ]non admittendo eos ad
colloquendum. [Forſitan enim ex triſtitia ceſſabunt circuire. Vide, neforte gratia
prædictæ intentionis ſine cauſa perturbes animam moleſteſq; venientem ad te haurire
ex ſiti,

ex ſiti,]hoc eſt, audire verba vitæ à te ex deſiderio ſui profectus,vt riuos doctrinæ acci- D
piat ex fonte ſapientiæ tibi conceſſæ.[In omni vero re lucerna tibi opus eſt, ] id eſt,diſ-
cretione,imo & directione ſpiritus ſancti in omnibus indiges,vt penſes quos recipere,&
quos remittere debeas.[Vita quieſcentium magis vero monachorum exiſtẽtium fiat ſe-
cundum conſciẽtiam & ſenſum]hoc eſt,ſolitarij & præſertim monachi in congregatio-
ne viuentes,conuerſationem ſuam in omnibus dirigant iuxa dictamen conſcientiæ , ac
ſenſum cordis internum,ſeu intimum guſtum virtutum.[Qui ratione currit].i.diſcrete
feſtinat ad patriam[adinueniens ſtudia]hoc eſt,conatus[cogitationes, locutiones,greſ-
ſus & motus,].i.profectus & opera,[ſecundum deum,].i.ſecundum quod deo placet,&
propter deum omnia,ſc; ordinando eius ad honorem & gloriam[exercet vniuerſa hæc
in ſenſu animæ,& in conſpectu altiſſimi] Omnia eñ agit cum ingenti reuerentia & gu-
ſtu interno.[Si vero patitur furtum]hoc eſt,ſi à dæmonibus aut proprijs motibus vani-
tatis decipitur,& ſuo profectu clam ſpoliatur[nondum ſecundum virtutẽ conuerſatur]
quoniã necdum perfectus eſt in exercitio virtuoſo.[Quidam ait]puta Pſalmiſta [Ape-
Pſalm. 48 riam in pſalterio propoſitionem meam & conſilium meum, propter defectibile adhuc
diſcretionis.]Conſilium namq; eſt inquiſitio de agendis,& ita in conſilio eſt adhuc de-
fectus diſcretionis, ſeu imperfectum iudicium de faciendis. Ad quod inſinuandum ita E
locutus eſt ipſe Pſalmographus[Ego vero aperiam voluntatem meam per orationem]
id eſt,anteq̃ dicam quid velim,dominum inuocabo,vt dirigat me in volẽdo,ne mea vo-
luntas à voluntate diuina diſcordet. Quod intelligendum eſt de ijs,in quibus ſumus in-
certi quid magis placitum ſit deo[& inde certificationem recipiam]hoc eſt,orando cer-
tificabor per inſpirationem internam quid placeat omnipotenti. [Fides eſt ala oratio-
nis,]quoniam leuat ac dirigit eum ante deum.[Si enim fidem non habuero,oratio mea
in ſinu meo interim conuertetur,].i.ad deum aſcendere non valebit,ſed deprimetur, ac
inefficax erit [Fides eſt ſtatio,].i.collocatio,fundatio,ſeu ſtabilitio [animæ, nõ hæſitãs
& ſecura,à nulla contrarietate turbata & fracta.] Iſtud intelligendum eſt de fide ſecun-
dum ſtatum ſuum perfectum,prout charitate formata eſt, & rationibus credendorum or-
nata, atq; purificatæ mentis intelligentia ſtabilita. Dicitur quoq; fides ſtatio animæ,quia
eſt prima virtus,per quam homo collocatur in eccleſia dei. [Fidelis eſt,nõ qui credit deũ
cuncta poſſe].i.non qui hoc ſolummodo credit,[ſed qui credit omnium particeps eſſe,]
hoc eſt, qui credit, ꝙ per charitatem fieri poſſit aut exiſtat particeps meritorum omniũ
in charitate exiſtentium. Talis quippe credit,ꝙ tota eccleſia ſit vnum myſticum corpus
charitate connexum, in quo omnia bona fiunt per charitatem communia,quod directe
cadit ſub fide,ſed deum eſſe omnipotentem ratione probatur. [Fides eſt inſperatorum
conciliatrix].i.procuratrix bonorum,quę quis vix ſperauit ſe poſſe impetrare,anteq̃ ha-
buit tantam fidem. Vnde ſaluator:Omnia,inquit poſſibilia ſunt credẽti.[Quod & latro F
monſtrauit]qui in cruce conſecutus eſt gratiam aliquando inſperatam.[Gratia eſt ma-
ter fidei,]Gratia gratum faciẽs dicitur pullulare & ramificare in virtutes & dona,& ita eſt
mater fidei quantum ad actum fidei.Gratia quoq; ſpiritualis eſt mater fidei.i. certitudo
ipſius fidei,quæ certitudo vocatur ab Apoſtolo fructus ſpiritus[fatigatio & cor contri-
tum[Hæc duo dicuntur fidei mater,quia diſponunt ac promerentur fidei certitudinem,
& perfectionem ipſius[&fatigatio fecit conſtantem,]Homo enim ſeipſum in virtutibus
aſſidue vſq; ad corporis fatigationem exercitando acquirit aſſuefactionem virtuoſam,
quæ efficit eum valde conſtantem & promptum.[Rectum vero cor eſt author eiuſdem]
vc; fatigationis,ſiue conſtantiæ. Iuſtitia nanq; mouet & incitat ad fortem atq; aſſiduã
exercitationem in bono.[Fides eſt mater quieſcentium,] id eſt, origo quietæ vitæ eorũ,
quia ex fide arripuerũt ſolitariam vitam.Ideo ſequitur:[Niſi enim crediderit quomodo
quieſcet?Vinctus in carcere formidat à timore punientis]hoc eſt,diſtrictionem & pœnã
iudicis ſeu tortoris veretur. [Timor autem dei parturiuit quieſcentem in cella,]quia in-
duxit eum ad vitam huiuſmodi, ſicq; peperit eum in illa vita. [Prior] videlicet vinctus
in carcere[non ſic tormenta timet iudicij ſecularis,ſicut ſecundus,] puta ſolitarius timet
iudicium iudicis ſummi. [O admirabilis].i.ò admirande ſolitarie & cellita, [magnus ti-
mor dei neceſſarius tibi eſt in quiete]hoc eſt,in vita abſtracta[quia nihil ita perſequi ace-
diam poteſt]vt timor.[Qui damnatus eſt]vtpote reus incarceratus[intuetur ſemper quan-
do iudex ad carcerem veniet.Qui aũt vere operarius eſt,intuetur quãdo veniat Chriſtus
educens



A educens eum de cuſtodia corporis huius.]ita quod cupit diſſolui,& eſſe cum iudice.
[Pondus triſtitiæ colligatum eſt primo,] puta incarcerato, [fons autem lachrymarum
adeſt ſecundo,]vtpote quieſcenti in cella. [Si poſſidens tenueris patientiæ virgam]hoc
eſt, ſi omnem tribulationem, quæ inſtar virgæ corrigit culpam, patientiamq; exercet,
æquanimiter, patienter,firmiterq; pertuleris,[canes protinus derelinquunt tibi commi-
ſceri,]hoc eſt,impudentiſſimi dæmones fugient à te.[Patientia eſt implagabilis dolor]
hoc eſt,virtus ſine mentis læſione tolerans omnem aduerſitatem & læſionem inflictam
[& inuincibilis labor animæ,]hoc eſt,omnem laborem inſuperabiliter ſuſtinens,[ab ir-
rationalibusq; tumultibus non commotus,] imo in omni tumultu huiuſcemodi tran-
quillitatem conſeruans. [Patientia eſt præceptum tribulationis, quotidie expectatum
atq; ſuſceptum.] hoc eſt,virtus qua impletur præceptum quod datum eſt de tribulatio-
nibus patienter ferendis,per quam virtutem eſt homo ſemper expectans aduerſa,vt pie
ſuſtineat ea. [Patiens eſt operator ſine turbatione & lapſu,] peccati ſcilicet mortalis,
[per caſus & turbationes victoriam faciens,]hoc eſt,aliorum ruinas & inquietudines &
turbulentias laudabiliter ferens, atque per hoc virtuoſam impatientiæ victoriam obti-
nens, ſemetipſumq; ſuperans. [Patientia eſt exciſio occaſionum,] Quia per eam ita ſe
B habet homo, quod non quærit vllas occaſiones turbationum, nec facta aliorum ſic in-
terpretatur aut recipit,quaſi ad ſuam turbationem ſiue iniuriam facta ſint.[Eſt quoque
propria acceſſio,] quia per veram patientiam homo non ſolum hortatur alios ad ſuſti-
nenda aduerſa,ſed ipſemet etiam ſe offert ad ea. [Nemo ſic indiget cibo ſicut operarius
patientia.] hoc eſt, homo virtuoſus magis eſt patientia indigens,quàm corporali cibo
eſuriens.] quia de defectu prioris coronam accipiet,]id eſt,homo qui æquanimiter tole-
rat corporei cibi defectum,æternam gloriam promeretur, [ſed de defectu ſecundæ inte-
ritum reportabit,]hoc eſt, qui patientiam non habuerit pro eius carentia, damnationẽ
incurret. [Vir patiens ante ſepulchrum mortuus eſt,]hoc eſt,ante mortem corporalem
ſpiritaliter atque vitaliter mortuus eſt ſibimetipſi ac propriæ voluntati, ita quod inſtar
defuncti aduerſa non ſentit,de cella ſua ſibi faciens ſepulchrum,quia in cella quaſi in tu-
mulo ſe recludit, ac mundo abſcondit.[Spes & luctus pariunt patientiam.] Qui enim
futuram beatitudinem adipiſci confidit,& propria mala deflet,ac quanta pro eis tormẽ-
ta promeruit ponderat,ad patientiam in omni aduerſitate ſeipſum accingit, ſeu præpa-
rat.[Qui autem eſt abſq; duabus his]puta ſine ſpe & luctu[eſt ſeruus acediæ]Spes enim
præmij prouocat ad operandum idonee, & qui peccata ſua deplorat, ad opera pœniten-
tialia inflammatur.[Luctatorem]id eſt,militem CHRISTI[oportet cognoſce-
re,quos inimicos à longe perſequatur,]ita vt ſi ab ipſo diffugerint,nihilominus inſequa-
tur eoſdem,quemadmodum Pſalmo decimo ſeptimo ſcriptum eſt: Perſequar inimicos
C meos,& comprehendam illos, & non conuertar donec deficiant. [quos vero ſinat con-
tra ſe luctari.] ita vt eorum impugnationes diſſimulet, non inſiſtendo conſiderationi
eorum quæ ſuggerunt,ſed inde auertat ſe,& ad ſalutaria ſe conuertat. De iſta materia di-
ctum eſt ſupra, quemadmodum vitia aliqua melius ſuperantur reſiſtendo eis directe,&
inſiſtendo conſiderationi eorum talia vero per hoc,quod materia eorum vitatur,& con-
ſideratio ab eis auertitur, vt dictum eſt quæ ſint iſta aut illa.[Quandoq; lucta]id eſt,im-
pugnatio coronam adduxit,quando videlicet vincitur ipſa tentatio[quandoq; vero de-
uitatio improbos fecit,]hoc eſt,aliqui cadunt & pereunt ex eo quod certamen tentatio-
num deuitant,vel quia exercitari à ſuperiore ſeu fratribus renuunt,per quod in ſuis paſ-
ſionibus perſeuerant,nec diſcunt ſeipſos mortificare ac frangere.[Non eſt poſſibile talia
verbo dicere vel doceri,]hoc eſt, non poteſt de his generalis regula dari,quæ omnes in-
differenter concernat,ſeu ad omnes æqualiter ſpectet,quia homines diuerſimode extant
diſpoſiti,& quod vni ſalubre eſt,alteri nocet. Ideo ſubditur: [Non enim omnes eiſdem
diſpoſitionibus aut habitibus qualificati ſumus,neq; ſimiliter. Vnum ſpirituum malig-
norum obſerua vigilantius, quoniam inceſſanter repugnat homini bono,]videlicet[in
ſtatione & tranſmutatione,] hoc eſt,quacunq; variatione de vna diſpoſitione in aliam,
[& ſeſſione,& motu,& oratione,& reclinatione,& ſomno.] Per ſpiritum iſtum intelligi
poteſt dæmon vanæ gloriæ, vt patet ex dictis. Sed quæri poteſt, qualiter repugnet in
ſomno? Et reſpondendum,quod dupliciter. Primo per illuſiones phantaſticas, quæ &

xx poſt

poſt euigilationem interdum vix ceſſant. Secundo, inducendo ad immoderatam ſomni D
ſubtractionem. [Eorum qui in via quietis reſident,]id eſt, ſolitariam & contemplatiuã
vitam exercent. [Alij implent ſemper in ſeipſis quod in Pſalmo ſcriptum eſt: Prouide-
Pſalmo 15 bam dominum in conſpectu meo ſemper,]id eſt, iugiter dei præſentiam contemplantur
ac ponderant. [Non enim vniuerſi panes ſpiritualis & cœleſtis alimenti ſunt vnifor-
mes]in operatione. Panes iſti ſunt diuerſa dona ſpiritus ſancti, quæ mentem reficiunt
& in diuerſis diuerſimode operantur. In vno quoq; magis abundat hoc donum, in alio
illud, & iuxta hoc ſunt diuerſa exercitia ſolitariorum & aliorum religioſorum. Idcirco
Lucæ 21 ſubiungitur: [Alij] implent peculiariter quod ſcriptum eſt: [In patientia veſtra poſſide-
Marci 14 bitis animas veſtras. Alij]implent iſtud: [Vigilate & orate. Alij] ſemper intendũt illud
Eccli 18 Eccleſiaſtici: [Para in exitum opera tua.]hoc eſt, ad mortem diſpone te per opera bona.
Roma. 8 [Alij]penſant illud Apoſtoli ad Romanos dicentis: [Non ſunt condignæ paſſiones hu-
Pſalm. 49 ius temporis ad futuram gloriam. [Alij]iſtud Pſalmiſtæ mente reuoluunt: [Nequando
rapiat, & non ſit qui eripiat. Omnes autem hi currunt]ad patriam[vnus vero horum ac-
cipit brauium ſine labore.] Non vtiq; penitus ſine labore, ſed ideo dicitur accipere præ-
mium abſq; labore, quia cum minore labore ſaluatur quàm alij. Ille videlicet, qui con-
templationi diuinæ præſentiæ, imo & dei præceptis aſſidue vacat. Contemplationi nan-
que grandis ſuauitas eſt annexa. [Qui proficit, operatur non ſolum vigilans, ſed etiam E
dormiens. Vnde quidam in ipſis ſomnijs per dęmones ad ſe accedentes afficiũtur igno-
minijs.]id eſt, turpibus illuſionibus, aut moleſtis ſomnijs [& de caſtitate admonent fœ-
minas incontinentes,]in ſomno, quod angeli ſancti facere ſolent. Itaq; quia proficiens
intenſe occupatus eſt exercitijs virtuoſis, frequẽter habet fortes occupationes in ſomno,
& ſæpe inquietatur in ſomno, atq; illuditur à ſpiritu malo. [Prouenientibus ad te non
expectes,]hoc eſt, non ſis corde ſuſpenſus, aut præſtolans aliquorum aduentum ad te,
qui hoc non parum impedit mentis quietem. [neque ante te præpares,] ad illorum ad-
uentum. [Conſiſtentia enim quietis]id eſt, ſolitaria quies[eſt tota ſimplex]id eſt, directe
fixa & ſimplificata in deo, & eſt ſine plica duplicitatis & ſimulationis, ac ſine vinculo in-
ordinatæ affectionis ad aliquid. [Nemo volens turrim aut cellam quietis ædificare]id
eſt, obtinere ac poſſidere virtutum perfectionem, quæ per turrim quidem ſignificatur,
& contemplatiuæ vitę dulcedinem, quæ ſignificatur per cellam quietis[conetur ad hoc]
aſſumendo monaſticam aut eremiticam vitam[niſi ſedens prius per orationem].i. oran-
do quieſcens[computet & palpet an habeat proprietates neceſſarias ad conſummatio-
nem,]talis ædificationis, hoc eſt, an aptus ſit ad huiuſcemodi vitam[nequando poſt fun-
damenti poſitionem]id eſt, poſt acceptam profeſſionem aut inchoationem, [fiat inimi-
cis ſuis] dæmonibus [in deriſum, & alijs operarijs impedimentum.]eos grauando aut
ſcandalizando per ſuam ruinam. [Intende & vide peregrinantem ſuauitatem,]hoc eſt, F
delectationem exercitijs tuis bonis interdum & interpolatim annexam, [neforte doloſe
admixta ſit ab amaris medicis, magis vero inſidiatoribus] puta dæmonibus, qui inter-
dum hoc faciunt, vt ad vanam gloriam, præſumptionem, elationemq́; trahant. Vel vt
homo ſuauitate allectus indiſcrete immoretur actui bono. [De nocte plurimum tempo
ris da orationi, minus vero pſalmodiæ. De die vero iterum para ſecundum tuam virtu-
tem,]id eſt, quantum potes in bonis exerce te, atq; ad orandum & pſallendum diſpone
te. Vel ſenſus eſt, vt in die magis inſtetur pſalmodiæ. [Lectio ſcripturarum naturam
habet illuminare, & coadunare,] hoc eſt, recolligere mentem[non modice]Verba enim
ſcripturæ[ſunt ſermones ſpiritus ſancti, & regulant exequentes eos. Ea quę leguntur ſint
actiua tibi qui operarius es,]id eſt, ad bene agendum te excitent, nec tibi ſufficiat ſcire ea
[quoniam operatio horum facit lectionem reliquorum ſuperfluam]hoc eſt, is qui opere
implet ea quæ in ſcripturis legit eſſe agenda, ſuperfluam & inanem reputat lectionem cę-
terorum, quæ ſibi ædificationem non præſtant. [Quære illuminari à ſermonibus verita-
tis laboribus & doloribus magis, & non libris.]id eſt, intellectum ſcripturarum ſtude
acquirere potius per pios labores virtuoſosq́; actus & per contritiones atq; compunctio
nes ſalubres, quàm per lectiones librorum, quanquam & lectio iuuet. [Ne ſequaris ve-
nenatiua mentis verba ante ſpiritualem virtutem].i. anteq̃ ſpiritualis effectus es per vir-
tutum exercitationem, non præſumas de virtutibus prædicare per verba inania, quę ma-
gis



A gis ſunt infectiua propriæ mentis, quàm ſint audientium ædificatiua, ſed ſequere eum,
qui cœpit facere & docere. [Cum enim ſint verba tenebrarum, impotentes obſcurant,]
hoc eſt, cum verba huiuſmodi ex præſumptione, iactantia, & gloria vana procedãt, ma-
gis excæcant infirmos, qui proferunt ea, imo & ſæpe ſcandalizant puſillos qui audiunt,
& reprehenſibilem loquentis vitam cognoſcunt. [Vna phiala plerunque ſignificauit
guſtum vini,]id eſt, potatio modici vini ex vno cypho permodico, facit ſæpe cognoſce-
re ſaporem totius vini, quod eſt in vaſe magno, aut penu. [Et vnus ſermo quieſcentis,]
vtpote veraciter ſolitarij & quieti[manifeſtauit ſæpe guſtare,]id eſt, intelligere cum gu-
ſtu interno [valentibus omnem conſiſtentiam & operationem eius intrinſecam,]id eſt,
totam ipſius perfectionem [irrecuruabilem oculum animæ poſſidebis,]id eſt, omnino
habere debes inauertibilem atq; rectiſſimam mentis conſiderationem[contra elationẽ]
ne ei conſentias [quia non eſt quippiam magis exterminans & occidens eandem elatio-
nem in furtis,]hoc eſt, quæ accidit homini in occultis ſubreptionibus & ſuggeſtionibus
diabolicis, per quas priuatur quis ſpiritualibus ſuis diuitijs: nil inquam magis extermi-
nat elationem, quàm inauertibilis conſideratio mentis pręfata, qua homo conſiderat ea,
quæ ad humilitatem inflammant. [Parce linguæ in proceſſibus] hoc eſt, in ſpiritualibus
B profectibus cohibe linguam tuam à vana oſtentatione. [Nouit enim celeriter multas fa-
tigationes diſperdere,]hoc eſt, lingua ſcit per verba inania cito ac facile euacuare multa
opera bona & laborioſa à ſua mercede. [Exerce conſiſtentiam,]vel vt aliqui habent[ob-
ſiſtentiam tuam,]id eſt, vitam tuam proſequere, & hoſtibus tuæ ſalutis ſummo conami-
ne reſiſte[ſine curioſitate. Curioſitas enim inquinat quietem, ſicut aliquid aliud inquina-
re non poteſt,]hoc eſt, plus quàm aliud aliquod vitium valeat maculare eandem. Ideo
ait ſanctus Gregorius: Graue curioſitatis eſt vitium, quod dum homini vitam proximi
ſui diſcutiendam proponit, propriam vitam ei abſcondit. [Aduenientibus appone ne-
ceſſaria corpori, dico autem & ſpiritui,]hoc eſt, non tantum exhibe eis refectionem cor-
poralem, ſed etiam ſpiritualem, inſtruendo, hortando, aut ſi opus fuerit corripiendo. [Si
autem ſapientiores nobis exiſtunt, oſtendamus eis amorem ſapientiæ per ſilentium,] id
eſt, tacendo pandamus quod ſumus ſapientiæ amatores, cupientes potius informari ab
eis, quàm eos inſtruere præſumentes. [Si autem fratres ſunt,]nobis æquales, & non pa-
tres famoſi ac eminentes,] ſecundum eandem inſtitutionem,] vtpote humilitatis & di-
ſcretionis obſeruantiam [temperate portam aperiamus,]hoc eſt, cum moderamine re-
ſeremus os ad loquendum[ſed vtilius eſt putare, quod omnes excedant nos in vita & ſa-
pientia,]niſi forte oppoſitum euidenter appareat. [Qui arenam portauit in pallio, & to-
ta nocte vigilauit. detinuit me volentem penitus prohibere exiſtentibus adhuc paruulis
in congregationibus opus corporis.]hoc eſt, Senior ille, qui vt ſomnum vinceret, porta-
C uit de nocte harenam in pallio me repreſſit, ne in congregationibus prohiberem paruu-
lis ætate aut virtute opus corporale, quoniam exemplo ſenioris illius conſtat, quod cor-
poralis exercitatio aliquando proſit. Denique quum ſanctus Pachomius adhuc iuue-
nis habitaret cum beato Palemone abbate, & nocturnis horis inciperet ſomno grauari,
eduxit eum Palemon, & fecit harenam portare, vt aſſueſceret vigilare. [Quemadmodũ
enim ratione dogmatis ſanctæ, & increatæ, & adorandæ Trinitatis opponuntur quæ
ſunt de diſpenſatione incarnatione vnius perſonæ eiuſdem ſemper laudandæ Trinita-
tis: quoniam ea quæ ſunt ibi pluralia, in iſto ſunt ſingularia: & quæ ibi ſunt ſingularia, in
his ſunt pluralia.]Verba hæc intricata caute admodum ſunt exponenda. Porro in ſu-
pereſſentiali & ſuperincomprehenſibili & ſupergorioſiſſima Trinitate ſunt tria ſuppo-
ſita, quamuis nomen perſonæ atq; hypoſtaſis magis proprie habeat ibi locum, quàm no-
men ſuppoſiti. In tribus vero ſuppoſitis illis eſt vna numero eſſentia. In verbo autem in-
carnato eſt vna perſona & trinitas quædam eſſentiarum, quia in eo ſunt, deitas, anima,
caro, & tres iſtæ eſſentiæ concurrunt ibi in vnam perſonam. Ex ijs patet aliqualiter tex-
tus, vt ſit ſenſus: Ea quæ ſunt de diſpenſatione incarnationis vnius perſonæ, ſemper lau-
dandæ Trinitatis, id eſt, catholica documenta pertinentia ad incarnationem filius dei,
qui filius eſt vna in ſumma Trinitate perſona, opponuntur rationi dogmatis ſanctæ, in-
creatæ, adorandæq́; Trinitatis, hoc eſt, in modo loquendi ſe habent modo oppoſito ad
rationem & proprietatem documenti, quod datur de ſuperdigniſſima Trinitate, quoniã
xx ij ea quæ

ea,quæ ibi, ſcilicet in Trinitate, ſunt pluralia, vtpote ſuppoſita quæ ibi ſunt tria, in iſto D
ſunt ſingularia. Hoc eſt, In verbo incarnato eſt vnum duntaxat ſuppoſitum, & quæ ibi
ſunt ſingularia, id eſt, diuina eſſentia, & quicquid abſolute dicitur in diuinis, quæ ſeu
quod eſt in Trinitate quid ſingulare ſeu vnum numero, eo modo quo nomina iſta lo-
cum in diuinis poſſunt ſortiri in his, quæ conueniunt verbo incarnato, ſunt pluralia, q
in CHRISTO ſunt tres eſſentiæ modo prætactæ. [Ita & alia ſtudia ſunt conue-
nientia quieti, & alia obedientiæ.] hoc eſt, alij actus pertinent ad ſolitarios, & alij ad cœ-
nobitas ſub obedientia ſtantes. Quod quidem ex dictis, atq; in ſecundo Collationum
volumine edocetur. Solitarius nanq; tanto purius & inceſſabilius atq; feruentius debet
deo vacare, vniri, immergi, quanto plus ab hominibus ſeparatur. Obedientiarius autem
nihil præfert ijs, quæ ſibi iniunguntur à præſidente. [Et diuinus Apoſtolus Romanis
Roma: 11 ſcribens ait: Quis cognouit ſenſum domini? Ego autem dico: Quis cognouit mentem
hominis corpore atq; ſpiritu quieſcentis?] Vtpote perfecte tranquillati & reformati ac
recollecti, & fixi in deo. Quaſi dicat: Nemo niſi ipſemet ita quieſcens. Quum & idem
teſtetur Apoſtolus ſcribens ad Corinthios: Ea quæ ſunt hominis, ſeu quid agatur in ho-
mine, nemo ſcit niſi ſpiritus hominis. [Fortitudo regi diuitiæ & multitudo,] hoc eſt, re-
gem decent poteſtas, opulentia & multitudo ſeruorum, [imperium, quieſcenti multitu- E
do orationis.] id eſt, ſolitario, contemplatiuo competit dominium ſuper corpus & ſen-
ſualitatem, multitudo quoq; orationis, imo vt oret aſſidue.

## ¶De gradu XXVIII. videlicet de ſancta & beata matre virtutum oratione, & de intellectuali atq; ſenſibili aſſiſtentia, quæ eſt in ea. Articulus XXXVIII.

ORATIO ſecundum qualitatem ſuam] eſſentialem] eſt coniunctio & vnio ho-
minis cum deo.] Eſt enim aſcēſus mentis in deum. Et oratio ipſa exterior, eſt nun-
cius ſeu interpres interioris orationis, ſeu intimæ appetitionis, qua mens deo coniungi-
tur, cum circa ipſum directe verſetur hic actus. [Porro oratio ſecundum operationem]
id eſt, ſecundum effectum quem habet [eſt conſiſtentia mundi.] Quia orationibus meri-
tiſq; ſanctorum mundus ſubſiſtit, in quo omni momento tot crimina perpetrantur, [or-
natus collectio] quia orando impetramus à deo interiorem cordis dolorem [reconcilia-
tio dei, lachrymarum mater & iterum filia.] Orando quippe impetramus à deo gratiam
lachrymarum, & iterum lachrymando prouocamur ad orationem. [propitiatio pecca-
torum, pons tentationum,] quoniam per orationem tanquam per pontem tranſimus ſe-
cure ad deum in medio tot tentationum, [medius murus tribulationum.] quia per
orationem tanquam per interpoſitum murum reſiſtimus tribulationibus, ne penetrent F
& proſternant interiora animæ noſtræ, videlicet rationem & rationalem voluntatem,
ſed potius per patientiam præualeamus eiſdem [præliorum contritio,] quia virtute ora-
tionis vincimus bella, quibus à carne & mundo atq; dæmonibus impugnamur. [Opus
angelorum,] quia & angeli ſancti orant pro nobis, [alimentum omnium incorporeo-
rum,] hoc eſt, ſpirituum deuotorum, quos ſpiritualiter reficit, [futura iucunditas,] quia
futuræ iucunditatis prægustatio eſt, & perducit ad illam plenarie obtinendam, [infini-
ta operatio,] quia vſquæ ad finem vitæ eſt exercenda, [fons virtutum,] quia earum in-
crementum ac perfectionem meretur. Oratio quoque peccatoris aliquo modo diſpo-
nit ad infuſionem virtutū. [conciliatrix] hoc eſt, procuratrix [chariſmatum diuinorum,
inuiſibilis profectus,] quoniam interiorem auget profectum, [deliciæ,] hoc eſt, ſpiritua-
lis delectatio [animæ virtuoſæ,] quam reficit dulci quadam atq; ineffabili affectione in
deo, [illuminatio mentis ſecuris,] hoc eſt, exciſio [deſperationis; demonſtratio ſpei,]
Oratio nanq; oſtendit ſe habere ſpem exauditionis à domino. [triſtitiæ ſolutio,] quia
orando mœremur conſolationem diuinam, quæ repellit inordinatam triſtitiam, [diui-
tiæ monachorum, theſaurus quieſcentium,] hoc eſt, ſolitariorum, [furoris diminutio,
ſpeculum profectus,] Nam quanto quis deuotius atq; inſtantius orat, tanto plus profe-
ciſſe videtur. [declaratio menſurarum,] quia ex qualitate orationis innoteſcit ad quan-
tam perfectionis menſuram orans excreuerit, [bonæ conſcientiæ manifeſtatio,] quia ſi
oratio fuerit talis qualem eam eſſe oportet, vtpote pura, fiducialis, aſſidua, patet per eam,
quod



A quod orans conſcientiam habeat bonam atq; ſynceram, [reuelatio futurorum,] Viri
enim perfecti in orationibus ſuis frequenter percipiunt futurorum reuelationem ac ſe-
cretorum [clementię ſignatio] Eſt enim probabile ſignum impetrandi miſericordiā dei,
qui ait: Omnis qui petit, accipit. [Oratio eſt ei qui orat, curia ſententiæ & condemnatio- Matth. 7
nis,] Orans enim in ſua oratione, ſeipſum ſæpe accuſat atq; dijudicat, vt accuſationem
& condemnationem coram deo euadat. Ideo ſubditur [auditorium iudicij,] quia oran-
do audit conſcientiam accuſantem, & diſcutit cauſam eius, [& tribunal domini ante fu-
turum tribunal,] id eſt, iuſta diſcuſſio ſeu iudicatio ſui ante futurum iudicium. [Surgen-
tes] à torpore ad diligentiam [audiamus hanc ſanctam reginam virtutum,] puta oratio-
nem, quæ vocatur regina virtutum, inquantum omnes virtutes tuetur, auget a perficit,
[clamantem ac dicentem ad nos voce exili,] hoc eſt, modeſta ac humili: Venite ad me Matth. 11
omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum ſuper
vos, & inuenietis requiem animabus veſtris, & peccatis veſtris ſanitatem. Iugum enim
meum ſuaue eſt, & ſanatiuum culparum veſtrarum. Quicunq; accedimus coram ſtare]
hoc eſt, noſipſos præſentare [& colloqui regi & deo noſtro, non faciamus iter inpræpa-
rati,] hoc eſt acceſſum iſtum ad aſtandum & orandum coram altiſſimo, nō attentemus
ſine debita mentis diſpoſitione, purgatione & recollectione, [nequando] rex & deus no-
B ſter [à longe intuens nos non habentes arma] ſpiritualia [& ſtolam regiæ aſſiſtentiæ] id
eſt, ſplendidam veſtem interioris munditię, per quam homo fit dignus aſſiſtere deo, tan-
quam amicus ipſius. Beati enim (inquit Chriſtus) mundo corde. Et (vt Salomon in Pro- Matth. 5
uerbijs ait) qui diligit cordis munditiam, amicum habebit regem. [iniungat ſuis mini- Prouer. 22
ſtris & ſeruis tradi nos ligatos exilio alicubi longe à facie eius, & obſecrationes noſtras
econtra diruptas denuo proijci in faciem noſtram. [Tunica animæ ſit tibi accedenti aſ-
ſiſtere coram deo tota contexta filo, imo potius exterminio vltionis & memoriæ iniu-
riæ] ita vt nullus affectus vltionis, nulla recordatio iniuriæ tibi illatæ inhęreat tibi, quan-
tum ad hoc vt velis vindicare eandem. [Alioquin ex oratione nihil proficies. Tota ora-
tionis textura] id eſt, tenor ſeu ſeries [ſit tibi ſine varietate,] hoc eſt, abſque ſuperflua mul-
tiplicatione & exornatione verborum, & abſq; commixtione culparum, [quoniam pub-
licanus] de quo in Euangelio legitur, [& impudicus] videlicet Dauid, qui inquantum
adulter extitit impudicus [vno] id eſt, admodum breui [verbo reconciliauerūt ſibi deū]
Vnus, videlicet publicanus, dicendo: Deus propitius eſto mihi peccatori. Et alius, videli-
cet Dauid, Peccaui domino. Veruntamen non virtute verborum, ſed contritionis inter-
næ fuit reconciliatio illa facta. [Aſſiſtentia] hoc eſt, diſpoſitio [orantium vna eſt;] in
genere, quoniam omnes præſentant ſe deo, vt indigentes, aut aliquid obtinere optantes.
[Multam vero varietatem] id eſt, diſtinctionem & differentiam [poſſidet] in ſpecie [Quo-
C niam quidam interpellant dominum vt amicum & regem, offerentes ei hymnum,] hoc
eſt, laudem [& ſupplicationes cauſa opitulationis aliorum, & non ſuijpſorum.] Iſti ſunt
qui orant pro alijs. [Alij ſunt inquirentes à deo diuitias & gloriam ampliorem & con-
fidentiam.] Si hoc intelligatur de ſpiritali opulentia & gloria æternali, humiliq; in Deo
fiducia, bona eſt talis oratio. Si vero de terrenis diuitijs humanaq; gloria & confidentia
virium propriarum, fatua extat oratio talis. [Alij petunt perfecte liberari ab aduerſario
ſuo in finem,] videlicet ab inuiſibili aut viſibili hoſte. [Aliqui vero deprecantur accipe-
re aliquam dignitatem,] hoc eſt, præſidentiam ſiue officium, quod eſt ambitionis. [Qui-
dam petunt perfectam ſolutionem debiti ſolicitudinis,] hoc eſt, debiti, ad quod ſoluen-
dum à creditoribus ſolicitantur, ſicq; rogant dominum vt eis de neceſſarijs ad ſoluendū
debita prouidere dignetur. [Alij petunt liberationem à carcere,] ſiue à carcere exterioris
captiuitatis, ſiue à carcere propriæ carnis, dicentes illud Pſalmiſtæ: Educ de carcere ani- Pſalm: 142
mam meam ad confitendum nomini tuo. [Alij petunt ſolutionem accuſationum & cul-
pationum, hoc eſt, vt deus det eis ſapientiam reſpondendi idonee ad crimina eis obiecta
aut in extremo diuino iudicio obijcienda. [Præ omnibus ſubordinemus & ponamus in
charta] hoc eſt, in tenore & forma [obſecrationis noſtræ ſynceram gratiarum actionem]
quatenus de præteritis beneficijs regratiando mereamur futura optata ſuſcipere. [In
ſecundo autem verſu] id eſt, particula orationis ponamus [confeſſionem] propriæ culpę
[& contritionem animæ in ſenſu,] hoc eſt, internum dolorem in recognitione vitiorū

xx iij noſtro-

noſtrorum [Ita deinde notificabimus] id eſt præſentabimus & acceptam reddemus [pe- D
titionem noſtram regi vniuerſorum: prædictus aũt modus orationis perfectus eſt] quia
in tali oratiõe, deum de ſua pietate & liberalitate laudamus, atq; noſipſos de propria per-
uerſitate & ingratitudine accuſamus. Ideo ſcriptum eſt: Laudans inuocabo dñm. Eſt er-
go hic modus orandi perfectus [ſcdm q cuidam fratrũ manifeſtatum fuit ab angelo: Si
fuiſti aliquando ante viſibilem iudicem condemnatorẽ, tanq̃ obnoxius pœnis, nõ indi-
ges typo], i. exemplo alterius [in aſſiſtentia tuæ orationis], i. ad hoc, vt ſcias qualiter de-
beas te habere in tuis orationibus coram deo: hoc eñi diſcere potes ex proprio facto, vc;
ex aſſiſtentia illa formidoloſa, verecunda, humili ac ſupplici, qua coram iudice tempo-
rali ſtetiſti. Si eñi coram homine mortali taliter ſtabas ex timore tranſitoriæ pœnę, quã-
to magis coram ſummo & infallibili iudice debes formidoloſius, verecundius, humi-
lius, atq; ſupplicius ſtare ex conſideratione tuarum culparum ac diuinæ iuſtitiæ, & præ
timore damnationis æternæ? [Si vero non aſtitiſti] ſic coram iudice temporali, [neq; vi-
diſti alicubi exactos pœnis] id eſt, reos ſupplicio deputatos [diſce facere talem orationẽ
coram Chriſto medico animarum, ſaltem ex ſupplicatione infirmantium fuſa ad medi-
cos cum ab eis exurẽdi ſunt vel inſcidendi. Tunc eñi lachrymabiliter poſtulant ſibi par-
ci. Sic ergo & tu lachrymoſe & compunctiſſimo corde inuoca C H R I S T V M, E
à quo petis ſpiritaliter circuncidi, curari, & inflammari. [Noli in oratione tua eſſe mul-
tum prudens verbis,] quaſi ex curioſitate magiſtraliter orans & loquens, [quoniam
verba puerorum balbutientia & ſimplicia & ſine varietate prolata placauerunt ple-
rumq; patrem eorum, qui in cœlis eſt. Ne coneris multum] id eſt, ſuperflue [loqui in ora-
tione tua, vt mens tua non diſſipetur à ſua deuotione ad quæſitionem verborum,] hoc
eſt, excogitando verba q̃plurima, quibus in oratione vtaris. [Vnum verbum publicani]
Lucæ 18 videlicet: Deus propitius eſto mihi peccatori [deum ad miſericordiam flexit, & propitiũ
fecit] virtute contritionis, ex qua prolatum eſt [& vnum verbum fidele ſaluauit latronẽ]
Lucæ 23 videlicet verbum iſtud: Domine, memento mei dum veneris in regnum tuum. Hinc ait
Matth. 6 ſaluator: Orantes nolite multum loqui. [Multiloquium in oratione plerunq; pereffu-
dit phantaſticauitq; mentem] hoc eſt, fecit eam valde diſtrictam, indeuotam, & phanta-
ſijs vanis repletam. [Soliloquium vero] id eſt, cempendioſa confabulatio cum deo, [ha-
bet naturam congregare] hoc eſt, recolligere atq; in deo figere eam,] delectatione actus
vel compunctus in verbo orationis, permane in ipſo,] verbo orationi huiuſmodi inſi-
ſtendo. [Tunc enim cuſtos noſter angelus ſanctus adeſt nobiſcum orans] Iſtud ſuperius
plenius ac copioſius habitum eſt. [Noli confidere vel fiduciam habere in temetipſo eti-
amſi mundiciam poſſides, ſed magis accede ad multam humilitatem & fiducialius ages]
Quemadmodum tertio quidem capite Eccleſiaſtici ſcriptum eſt: Quanto maior es hu-
milia te in omnibus. [Nam & ſi aſcendiſti omnem ſcalam virtutum, adhuc tamen pro F
remiſſione peccatorum] ſaltem quotidianorum [exora. Audi Paulum de peccatoribus
clamantem: Quorum primus ego ſum.] Multo plus quilibet noſtrum exemplo tanti
Apoſtoli debet ſemetipſum reputare primum, hoc eſt, maximum peccatorem. [Sal qui-
dem & oleum naturaliter habent condire piſciculos, lachrymæ autem & caſtitas faciũt
orationem eſſe pennatam, hoc eſt, feruentem, & expeditam vt quàm ocyſſime volet in
cœlum, deiq; aures pulſet. [Si omnem] id eſt, perfectam [mititatem & inirafcibilitatem
comparaueris,] hoc eſt, orando, ieiunando, & alia his ſimilia bona agendo obtinueris
à deo, [non in multis laborem pones liberare mentem tuam à captiuitate,] hoc eſt, non
neceſſarium tibi erit laborare in multis ad hoc, vt mentem tuam ab euagationibus auer-
ſionibusq; præſerues atque cuſtodias, ſed tam manſuetus, mitis, humiliſq; effectus, tanta
eris gratia plenus, quod iſtud faciliter ac ſine magno labore, imo iucunde maximaq;
cum animi corporiſq; hilaritate implebis. [Quamdiu non poſſidemus] hoc eſt in prom-
ptu non habemus [orationem actiuam & efficacem,] hoc eſt, bonis operibus adorna-
tam, meritoriam ac feruentem, [ſimiles ſumus his, qui in principio exercitant pueros ad
ambulandum,] Quemadmodum enim tales parum procedunt, ſicut & ipſi infantes
quos ducunt, ita nos quoque parum proficimus, quamdiu orationem actiuam & effica-
cem non habemus ac poſſidemus. [Stude meditationem tuam ſurſum ferre,] hoc eſt,
ſummo canamine enitere, vt tua meditatio in cœlum ad dei aures dirigatur, [Magis
vero



A vero conare mentem recludere in verbis orationis,] ita vt non excedas per pluralitatem
verborum in oratione. Vel conare mentem recludere in verbis orationis, id eſt, in ſenſu
verborum, vt non cogites alia quàm quæ verba deſignant. [Et quamuis attonita pro-
pter puerile cadat,] id eſt, quamuis cor tuum timoratum aut ammiratione magna per-
cuſſum cadat interdum ad euagationes ex humana fragilitate, quæ pueriliſtati ſimilis ex-
tat [iterum eam ſurſum erige, quoniam proprium mentis inſtabile] id eſt, cordi humano
naturale ac propriũ eſt eſſe incõſtans in cogitatione & apperitione ac conſimilibus, quo-
niam intellectualitas eius debilis valde eſt, eo quod anima rationalis ſit vltima in ordi-
ne intellectualium creaturarum. [Sed poſſibile eſt vniuerſa corda ſtabilire in deo,] per
gratiam eius. Vel ſenſus eſt quod deo competit poſſe omnia ſtabilire. [Si agonem poſſi-
deas indeſinenter] hoc eſt, ſi iugiter efficaciterq; laboras contra mentis diſtractionem &
inſtabilitatem [peregrinabitur in te, qui terminat & circumſcribit mare mentis] hoc eſt,
deus qui per gratiam ſuam reſtringit cordis fluctuationes viſitabit cor tuum grati-
oſo adiutorio ſuo [& in oratione tua dices ad ipſum,] mare mentis, [hucuſq; venies &
non procedes amplius] id eſt, non diſperges te latius, nec euagaberis magis. [[Impoſſibi-
le eſt ſpirtum ligare] id eſt, impoſſibile eſt per naturam ſpiritum rationalem humanum
ab euagatione cogitationum plene reprimere. [Vbi vero eſt ſpiritus creator omnia ſunt
B ſubiecta,] hoc eſt, vbi D E V S trinitas, qui eſt ſuperſimpliciſſimus ſpiritus com-
moratur per gratiam, potentiæ & operationes, cogitationes & affectiones Deo ſubiectæ
ſunt quantum eſt de neceſſitate præcepti, & quanto deus gratioſius adeſt, tanto hæc o-
mnia ſubijciuntur perfectuis. [Si ſolem] iuſtitiæ C H R I S T V M dominum,
[vidiſti ſecundum quod ad rem pertinet] id eſt, per fidem formatam & ſapientiam ſalu-
tarem contemplatus es & cognoſcis [poteris & ei colloqui condecenter] id eſt, orare &
laudare eum, cum omni reuerentia debes & potes. [Si vero non] vidiſti ſic eum [quomo-
do, quem non vidiſti ſine mendatio interpellare valebis?] Quaſi dicat: Non poteris eum
vere ac ſynceriter exorare. [Principium orationis eſt, ſoliloquio perſequi rationabili-
ter inſultus ex eorum pohœmijs,] hoc eſt, primus & infimus gradus orationis exordi-
umque perfectionis eſt per verba compendioſa ſapienter abijcere tumultus, & euagatio-
nes cogitationum ſtatim dum oriuntur, eis non immorando. [Medietas vero eſt in di-
ctis & intellectis mentem libere eſſe,] id eſt, medius gradus ac profectus orationis eſt
mentem ſtabiliter inhærere ſenſui verborum quæ audit, profert, intelligit. [Finis vero,]
id eſt, perfectio orationis [eſt raptus mentis ad dominum.] Quod fit dum mens oran-
tis tam valde infigitur & abſorbetur in D E V M quod obliuiſcitur omnium cæ-
terorum. [Altera exultatio quæ euenit in oratione habitantibus in congregatione, &
C altera quæ aduenit orantibus ſecundum quietem] hoc eſt, quæ datur ſolitarijs, taliter
exorantibus vt ſpectat ad vitam omnino abſtractam & contemplatiuam. [Illa enim]
videlicet exultatio cœnobitarum, [patitur modicum apparentes imaginationes,] hoc
eſt, admixta eſt aliquantulum euagationi & imaginationi, propter quod non eſt penitus
pura in D E O. [Iſta vero] vtpote exultatio perfectorum ſolitariorum [tota reple-
tur humilitate] id eſt, tam pura extat in deo, quod ex intuitu maieſtatis ſuæ immenſæ re-
pletur ac perficitur profundiſſima & quodammodo infinita ſuiipſius humiliatione. [Si
ſemper ſtudueris mentem tuam non elongare à deo,] ſed quantum poſſibile eſt actuali-
ter eſſe ei ſemper vnitus [prope te erit etiam in menſæ appoſitione] id eſt, corporali refe-
ctione, immo & in omni exteriori occupatione & fiet tibi conſuetudinarium facile ac
ſuauiſſimum ambulare cum deo aſſidue in latitudine cordis tui, ipſumque iugiter intra
te laudare, orare, contemplari & amplexari. [Si autem ſine prohibitione errorem aliquẽ
non ſpontaneum aut voluntarium, ſed fortuitum aut, vt ita dicam, caſualẽ incidis] hoc
eſt, ſi abſque condigna renifione, refragatione, reluctatione, ac reſiſtentia permiſeris cor
illud tuum deuiare ac deficere à D E O, diſtrahiq; per rerum diuerſitatem, [nun-
quam tecum permanere valebit] id eſt, gratioſam eius præſentiam ac contemplationem
nuſquam poteris obtinere, niſi ab illa negligentia reſipiſcas eamque prorſus poſtponas.
[Etenim ille magnus & maximæ atque perfectiſſimæ orationis operator P A V L V S
Apoſtolus in hunc modum Corintheis Epiſtola prima capite decimoquarto loquitur:

 Magis

Magis volo dicere quinque verba ſenſu meo, & cætera quæ ſequuntur in epiſtola D
1 Cor. 14 ad Corinthios, prima Corinthiorum decimoquarto. [A magis autem paruulis hoc
tale eſt alienum]hoc eſt,ab ijs qui ſunt apoſtolo Paulo multum minores & imperfectio-
res remotum eſt implere quod ipſe impleuit dicendo. Magis volo dicere,&c̃. Quare nos
tanq̃ impfecti obſecramus cũ qualitate & multitudine q̃titatis].i.cũ qualificatione affe-
ctione ſiue diſpoſitione nobis proportionata atq; poſſibili & cũ pluribus verbis[Nempe
ſecundum eſt prioris conciliatiuum]hoc eſt,orare cum qualitate & multitudine quanti-
tatis ſecundum ſenſum nunc introductum, eſt mediũ pertingendi ad orationem illã cõ-
pendioſiſſimam & perfectam,de qua ait apoſtolus verba præfata, Ab imperfecto nanq;
aſcenditur ad perfectum[ait enim quidam. Da orationem mundã ſine pigritia ei qui o-
rat ſordide & oppreſſe] hoc eſt,orationem puram ac feruidã funde pro eo qui orat cor-
de vago,impuro deorſumq́; inclinato,quatenus deus det ei gratiam orandi pure ac libe-
re. Vel da ei orationem mundam.i.tuo exemplo excita eum ad orationem puram & affe-
ctuoſam ac expeditam vt ab imperfecto ad perfectionem deueniat.[Aliud eſt ſordes].i.
macula orationis[aliud exterminatio,aliud furtũ,& aliud querela. Sordes orõnis eſt co-
ram deo ſtare]corporalit̃[& cogitationes atq; intentiones incõuenientes imaginari]hęc
eſt euagatio mentis,q̃ maculat orõnem, qm̃ tpe quo oramus nil aliud cogitare debemus E
niſi ſenſum verbo℞ aut altius aliqd.[Exterminatio orõis eſt curis inutilibus occupari]
hora orationis quod peius eſt q̃ cogitationibus tm̃ vagari. [Furtum ſpũale eſt intentio-
nem & mentẽ inſenſibiliter recuruare].i.à deo & æquitate deflectere[vbi non decet. Que
rela eſt qualiſcunq; inſultus].i.tentatio irriſiua[nobis orantibus appropinquãs. Si eo tẽ-
pore quo oramus ſolitarie non manemus].i.ſoli non ſumus,ſed in alio℞ aſpectu[intrin
ſecus reformemus ſupplicationis noſtræ figurã]hoc eſt,in cordibus nr̃is clã renouemus
ea q̃ prouocatiua ſunt feruoris & compunctionis in orando abſq; notabilibus ac ſingu-
laribus exterioribus ſignis ac geſtibus. [Si vero miniſtri laudũ].i.hoĩes à quibus poſſe-
mus laudari[non ſunt p̃ſentes,etiã in ore extrinſeco formemus orõnem]orando vocali-
ter ac perceptibiliter etiam cũ corporali figuratione prouocant ad deuotionis feruorem,
vt ſunt tunſio pectoris,genuflexio,proſtratio,eleuatio manuum,extẽſio brachio℞,aſpe-
ctus cœleſtium corpo℞ atq; imaginum. Quæ adminicula p̃cipue cõgruunt imperfectis
qui intus non ita abundant plenitudine chariſmatũ,vt inde ſufficienter excitentur & ac-
cendantur. Ideo ſubditur.[Mens plerunq; corpori].i.corporali diſpoſitioni ac ſiui[con-
figuratur in imperfectis. Omnes & maxime qui vadunt ad regem accipere debiti remiſ-
ſionem indigent inenarrabili contritione] hoc eſt, vniuerſi qui pergunt ad aliquem ad
rogandum eundem quatenus pie remittat eis quod ſibi tenentur,indigent vt vehemẽter
valide humilient ſe illi quem rogãt pro gratioſa remiſſione. Et iſtud potiſſime neceſſariũ
eſt,accedentibus regem terrenum ad obtinendũ ab eo huiuſmodi remiſſionem. Quan- F
tomagis nos qui regem regũ,deũ cœli quotidie exoramus,vt dimittat nobis debita no-
ſtra,indigemus inenarrabili contritione humiliatione in accedendo & exorando maie-
ſtatem ipſius? Ideo Moyſes ait: Cum quæſieris dñm deum tuum,inuenies eum,ſi tñ toto
Deuter. 4. corde quæſieris eum,& tota tribulatione animæ tuæ.[Si]pro quia,[adhuc in carcere ſu-
Ibidem 13 mus]videlicet in carne hac graui & corruptibili[audiamus dicente Petro]videlicet Chri
ſtum,qui verba ſequentia dicit non formaliter ſed ſententialiter.[Pręcinge lintheum o-
bedientiæ].i.ad obediendum in cunctis exhibe te paratum[& proprias exue voluntates
& in his nudus accede ad dominum]in tua oratione[ſolam ipſius inuocans voluntatem
& tunc accipies deum detinentem gubernacula animæ tuæ & gubernantem te ſine peri-
culo. Reſurgens] per pœnitentiam [ex amore mundi & ex amore concupiſcentiæ ac de-
lectationum] carnalium [proijce à te curas] carnales & ſeculares, [tuæq́; mentis cogita-
tiones & intentiones expolia,] auferendo ab eis quod tuum eſt, vt ſint ſolum diuinæ.
[Abnega corpus. Nihil enim aliud eſt oratio niſi mundi viſibilis & inuiſibilis aliena-
tio] id eſt, tanta conuerſio & attentio mentis in D E V M vt obliuiſcatur viſibilium
& inuiſibilium creaturarum. [Quid enim mihi eſt in cœlo? Nihil, Et à te D O-
M I N E quid volui ſuper terram? Nihil, Sed tibi tantummodo ſempiterne adhære-
re in oratione abſq; occupatione]id eſt,iſtud reputo mihi eſſe bonum tam principale,vt
ſine eo nihil reputem alia. Et ſumitur nunc oratio pro aſcenſu mentis in deum qui aſcen
ſus



A ſus,contemplationem laudemq́; dei compræhendit.[Alij concupiſcunt diuitias, alij ho-
norem & gloriam]mundialem[alij poſſeſſionem]id eſt,proprium aliquid. [Mihi vero
adhærere deo bonũ eſt,& deſiderabile mihi eſt ponere in eo ſpem impaſſibilitatis meæ]
hoc eſt,ſpem obtinendi per gratiam eius impaſſibilitatem ſeu reformationem paſſionũ
plenariam, [fides enim fecit orationem habere alias quia ſine ipſa valere non poteſt.]
Quod ait: ſine ipſa poteſt referri ad fidem,& item ad ſpem. Oratio nanque indiget ſpe,
vt penetrat cœlos.[Nos qui ſumus vitioſi & paſſionabiles dominum perſeueranter roge
mus,quoniam omnes qui à vitijs ſunt mundati ex paſſibilitate ad impaſſibilitatem atq;
munditiam profecerunt. Quamuis iudex]cœleſtis [nondum timeatur tanquam deus,ta
men propter laborem & moleſtiam quos ei infert anima viduata ab ipſo per peccatum
& lapſum]per quæ deſijt eſſe ſponte ipſius ita quod ſpiritualiter vidua facta eſt[Deus fa
ciet ei vltionem de aduerſario eius,videlicet,proprio corpore, & de impugnatoribus ei-
us dæmonibus] hoc eſt,ſi anima talis deum neceſſanter orauerit dabit gratiam ei per q̃
de cætero pręualebit tentationibus carnis ac dæmonum. Dicitur autem anima talis deo
laborem moleſtiamq́; inferre,non proprie, ſed metaphorice tm̃.[Bonus noſtri negocia
tor]videlicet,deus qui noſtrã ſalutem pie procurat,immo qui & ſanguine ſuo nos emit,
B [rationabilit̃ & prudẽter animas trahit ad ſuam charitatem per celerem exauditionem
petitionis eorum. Imprudentes vero animas parat]id eſt,facit [ſibi aſtare per orationem
inſtar canum propter famem & ſitim petitionis]hoc eſt,quemadmodum canis ſtat ante
menſam,ſolo deſiderio ſuæ annonæ,ſic homines nõ illuminati,qui inuocant deum ſolo
deſiderio proprij commodi quaſi canes ſtant coram deo ex fama & ſiti obtinendi quod
poſtulant,& tamen vix tarde exaudiuntur[quia & canis inutilis pane accepto protinus
à dante recedit.] Quod de cane alieno & non ſeruiente ad aliquid præcipue verum eſt.
[Dum in oratione diu permanſeris,& moram perſeueranter contraxeris,non dicas te ni
hil direxiſſe]id eſt,profeciſſe.[Iam enim direxiſti[cor tuum ad dominum.[Quid eñ ſub
limius bonum eſt,quam deo adhærere,& apud eum in vnione indeſinenter perſeuerare?
Qui condemnatus eſt ad mortem temporalẽ,non ſic timet ſententiã ſuæ pœnæ ſicut ſtu
dioſus executor orationis timet in eiuſdẽ aſſiſtentia].i.præſentiali & actuali executione
coram deo. Ex hoc perpendere poſſumus quales ſimus,qui tam intimorate oramus.[Vñ
ſiquis ſapiens ſit & acutæ intelligentiæ ex illius memoria]hoc eſt,ex recordatione huius
ꝙ ſc3,cum tanta formidine,ſynceritate ac diligentia oporteat exorare[poteſt à ſe auerte-
re omnem maledictionem,iram, ſolicitudinem, euagationem, tribulationẽ, ſatietatem,
tentationem,& cogitationem] iniquam ſiue extraneam.[Præanticipa præparare teip̃m
per continuam in anima orationẽ ad aſſiſtentiam tuæ ſupplicationis].i. ante omnia fe-
ſtina te præparare ad aſſiſtendum deo in orationibus tuis debitis ſeu intentis,orando de
C um in corde tuo aſſidue pro gratia exorandi eum condigne[& confeſtim proficies. Vidi
quoſdam in obedientia fulgentes & non negligentes memoriam dei virtute qua pote-
rant ſecundũ mentẽ].i.ad actualem dei memoriã ſe iugiter totis viribus extendentes[q
in oratione aſſiſtentes protinus excedebant mentẽ]per raptum[vt lachrymas effundebãt
affluenter quia per ſanctam obedientiã parati ante fuerunt. Captiuitates, vanitates,& re
curuationes proſequuntur pſalmodiam,quæ fit cũ multitudine] hoc eſt,diſtractiones il
laqueationes & vanæ gloriæ motus ac reflexiones à deo, admiſcent ſe pſalmodiæ cordi-
buſq; pſallentiũ cũ conuentu. Pſalmodiã aũt quæ fit ſingulariter nõ ſic] impugnant hęc
vitia[ſed acedia feruor aũt & prõptitudo].i.deuotio ſiue alacritas[cooperant̃ ei]vc3 pſal
modiæ,quia conſeruant & perficiunt eã.[Preliũ nanq; demonſtrat amorẽ militãtis ad
regem]quia ſi pugnat viriliter contra aduerſarios regis ſignũ eſt,ꝙ diligit regẽ ſuũ.[Cha
ritatẽ ꝟo monachi ad deũ oſtendit tẽpus orõnis,& p̃ſens aſſiſtentia corã deo.]Si eñ tpe
orõnis h3 ſe timorate reuerenter,& pure ac pſeueranter in dei p̃ſentia, ſignũ eſt ꝙ diligit
eũ.[Oratio tua manifeſtabit tibi cõſiſtentiam tuã].i.q̃lis ſis in gradu virtutũ. Quo.n.o-
ratio tua ſyncerior,ſtabilior,affectuoſiorq́; extiterit,eo virtuoſior eſſe ꝓbaris.[Theologi
quoq; docuerunt orõem eſſe ſpeculũ monachi]qa in ea qualitatẽ interioris vultus ſui in
ſpicere poteſt,ſicut nunc tactũ eſt.[Quodcunq; negotiũ qs exeq̃t & hora orõnis appre-
hendente,id eſt,tempore diuini obſequij iam præſente [vocat ab oratione] nõ exequẽdo
mox diuinum obſequium, [& ſtudet in eo] hoc eſt,in exercitio & exteriori laborat, aut
etiam ſtudio lectionis intentus eſt[à dæmonibus talis illuditur. Intentio nanq; latroni-
bus]

bus] puta dæmonibus[eſt horam ex nobis deprædari]hoc eſt, per inordinatam occupationem in vna hora aſſumptam priuare nos fructu horæ ipſius , aut etiam horæ ſequentis dum in vna agimus hora, quod eſt agendum in alia, & ita per indiſcretionem ſuccumbimus, nec circumſtantias actus virtuoſi ſeruamus vnumquodq; agendo ſuo loco et tempore. [Obſecratus orare pro anima] hominis Chriſtiani [ne diuites hoc facere, etiam ſi non poſſides orationum] id eſt, quamuis non habeas virtutem orandi tam pure ac feruide, ſicut decet. [Quia plerunq; fides petentis, ſaluauit etiam orantem, cum cõtritione] hoc eſt, credulitas eius qui petit humiliter orari pro ſe, profuit ſæpe ad ſalutem ei quem rogauit vt oraret pro ſe. [Obſecrans & exauditus pro alijs ne extollaris, quia illorum fides operata eſt, & præualuit] id eſt, merito fidei illorum pro quibus oraſti, es auditus. Deniq; & ſi conſtaret oranti, qui proprio merito eſſet exauditus pro alijs, non tamen merito deberet extolli, ſed tanto plus deo regratiari ac ſubijci. [Puer quippe de omni ſapientia quam didicit à præceptore ſuo atq; magiſtro, exquiretur quotidie ab ipſo magiſtro,] id eſt, magiſter exiget à diſcipulo ſuo vt gratus ſit & ſibi aſcribat hoc ipſum quod ſcit. [Mens vero omnem virtutem quam ex D E O accepit in omni oratione iuſte repetetur] id eſt, Deus iuſte requiret ab homine gratitudinem & obſequium pro virtutibus quas ei donauit oranti, ſicut ait Saluator Matthæi viceſimoquinto : Cui plus datum eſt, plus requiretur ab eo. Dominus quoq; poſiturus eſt rationem, cum his quibus talenta largitus eſt. [Quocirca attendendum eſt, quia cum vigilanter oraueris celerius in iras impugnaberis] id eſt, citius iraſceris, vel ad iraſcendum tentaberis. [Iſte enim conatus eſt & intentio inimicorum noſtrorum] hoc eſt, dæmones id intendunt & implere nituntur, vt quo feruentius damus nos ad bene agendũ, eo acrius nos impugnent. Veruntamen interdum accipimus tantam in oratione exuberantiam gratiæ quod poſtmodum dũ ſentimus fructum inde mirabilem, traquilitatem, patientiam, mititatem, alacritatem atque feruorem, ita vt vix moueri poſſimus ad iram aut ſimilem paſſionem. [Omnem virtutem, & maxime orationum faciamus ſemper in multo ſenſu] hoc eſt, cum ingenti attentione & interno ſapore. [Tunc anima noſtra orat in ſenſu, cum melior ſuperiorque efficitur furore & ira]id eſt, cum ad tantam mentis libertatem pertingit qui paſſionibus dominatur. [Dominatur gratiæ quæ acquiruntur per multas ſupplicationes & labores & per tempora diuturna ſunt firma & permanſiua. Qui dominum poſſidet] id eſt, deo intentus eſt [in oratione] ſtabiliter ita quod qua ad libitum eleuatur ac figitur per orationem in deo [non narrabit vltra fabulam ſibijpſi] hoc eſt, non ſedebit ad ſeipſum fabulans ore, aut intus imaginarie recitans fabuloſa, vt faciunt quidam phantaſtici [nec ſubinducet in tentionem meditationis ſuæ,] id eſt, meditationibus ſuis bonis, non admiſcebit intentiones nouas impertinentes ac vanas. [Spiritus enim tunc interpellat pro eo] hoc eſt, interpellare eum facit [gemitibus inenarrabilibus. Ne ſuſcipias in oratione orationem ſenſibilem phantaſiam] ideſt, imaginationus phantaſticas[vt non exceſſem ſuſtineas]irrationabilem, vtendo ſpeciebus ſeu ſimilitudinibus rerum pro ipſis rebus, vt faciunt taliter excedentes [amentiamq; incurras, incurras & phantaſticus factus cadas à recta regula fidei] incidendo errores fidei ſanctæ contrarios, ſicq; & gloria ſeu præmio fidei deſtituaris. [In oratione manifeſtatur certificatio & conſummatio omnis petitionis] id eſt, deus per orationem perſeuerantem certificat ipſum orantem de dubijs, & implet quę petit. Talis quippe oratio meretur illuminationem & exauditionem à domino. [Certificatio eſt liberatio ab hæſitatione. Certificatio eſt certa & incommutabilis, commutatio incerti]. i. ab incertitudine ad certitudinem. Quæ commutatio eſt ipſa veritatis reuelatio qua mens ab incerto mutatur ad certum. Quæ etiam cõmutatio incõmutabilis dicitur, quantum eſt ex parte ipſius veritatis, ſiue ex parte reuelantis, quamuis ex parte ſubiecti poſſit mutari. [Stude eſſe valde miſericors tu qui es ſtudioſus & curam gerens orationis, quia in ipſa monachi accipient centuplum] hoc eſt, per præcordialem & abundantiſſimam miſericordiam monachi obtinebunt à Deo copioſiſſima dona gratiæ in præſenti. Deinde præclariſſima dona gloriæ in futuro. Quemadmodum enim quis facit proximo ita fit ſibi à deo. Qui ergo toto corde compaſſiuus atq; beneficus eſt proximis, & opera miſericordiæ corporalia aut ſpũalia liberaliſſime eis impendit aut cupit impendere, iſte munificẽtiſſime viſitatur vt impletur à deo. [Quod ꝟo eſt inde]. i. centuplũ iſtud gratiæ, ꝙ per orõnem & mĩam obtinet[eſt in eo ꝙ eſt ex inde]. i. cõſiſtit etiam in plenitu-

Margin: D (beside the first line); Matth. 25, E (beside "quas ei donauit oranti…"); F (beside "miſcebit intentiones…").



A plenitudine gloriæ quæ obtinetur per centuplum ſeu copiam gratiæ. [Ignis ſuſcitauit in anima orationem ab ea peregrinantem.]Ignis iſte eſt ſpiritus ſanctus, qui anima ab oratione ceſſante reſuſcitat eam ad orandum. Nam & actuali motione ſeu excitatione ſpiritus ſancti indigemus in omni meritorio actu. Iterum. ignis iſte eſt charitas quæ imperat actum bonum & ſuo feruore ſpecialiter mouet ad orationem peregrinantem, id eſt, recedentem ab anima niſi per charitatem reſuſcitetur. [Eadem vero]videlicet anima[ſuſcitata ad orationem & in cœlum aſſumpta]per mentis eleuationem [factus eſt deſcenſus ignis in cænaculum animæ]hoc eſt, ſpiritus generoſius deſcẽdit in mentẽ orantis. [Dicũt quidam orationem eſſe vtiliorem memoria mortis. Ego vero vnius perſonæ duas laudo ſubſtantias] id eſt, ambos commendo. Veruntamen abſolute loquendo oratio multas excellentias præ mortis habet memoria, & magis attingit ad deum, contemplationi quoq; vicinior eſt, & multa impetrat, quæ memoria mortis non impetrat, niſi forte in mortis memoria includatur conſideratio diuini iudicij retributionis quoq; futuræ. [Equus probatus habet naturam caleſcere & ad motum addere ſecundum progreſſum], progrediendo nanq; paulatim fit calidior atq; velocius currit[Curſum intelligo hymnologiam, equum autem mentem virilem.] Quaſi dicat: Sicut quod dixi verificatur in equo,

B ſic ſpiritualiter cor virile, quanto plus procedit in via dei tanto amplius inflammatur, velociuſq; feſtinat ad perfectionem & gloriam & deum deuotius laudat. Abundanti etẽm datur & profectus parit profectum. Porro hymnologia eſt canticum laudis diuinæ[Hic talis homo à longe adoratur bellum] id eſt, pugnans tentationum præuidet ſapienter, [& de cætero præparatus]ad talia bella[manet penitus inuictus]immo reſiſtendo fit victorioſior. [Crudele eſt aquam rapere ex ore ſitientis. Crudelius vero eſt ꝙ anima cum compunctione orans priuet & retrahat ſemetipſam ab aſſiſtentia]. i. oratione per quam deo aſſiſtit[multum concupiſcibili & deſideranda ante terminationem & finem eiuſdẽ compunctionis. [Ne reſilias] à tali oratiõe[quouſq; videris ignem]feruoris [& aquam] plorationis ſeu rorem diuinæ conſolationis[diſpenſatiue]hoc eſt, ex moderamine ſpiritus ſancti ſine negligentia tua[recedere & ceſſare]à te[forte eñ non accipies tale tempus ad remiſſionem culparum tuarum in omni vita tua.] Veruntamen ſecundum ꝙ ſcribit Caſſianus, omnino eſt prouidendum vt oratiõe cum feruore & ſynceritate terminemus hoc eſt, ſaltem cum diligentia ſine torpore. [Qui guſtauit orationem]. i. dulcedinem eius expertus eſt [inquinauit ſæpe intellectum ex vno verbo veniente in mentem]hoc eſt, ex recordatione conſenſu aut delectatione vnius verbi aut facti, vel ex vno verbo interiori, vel ex vna cogitatione aut imaginatione ſeu euagatione [& ſtans in oratione non inuenit deſideratum & concupitum]. i. deum ſuper omnia præoptatum contemplari & inuenire non poteſt more ſolito. Ideo indigemus ſumma circumſpectione in oratione ad

C vitandum tale ac tantum diſpendium. [Aliud eſt in corde frequẽtius viſitari, & aliud eſt viſitare cor per mentem principantem & principem pontificẽ rationabiles hoſtias Chriſto offerentem. [Hanc diuerſitatem author nõ proſequitur, neq; declarat niſi forſan obſcure. Eſt ergo dicendum ꝙ frequentius viſitari in corde eſt gratioſe præueniri, illuminari, accendi, & conſolari à deo. Porro viſitare cor per mentem principantẽ, eſt ſeipſum aut proximum per mentis examinationem, correptionem, informationem aut ſimilẽ actionem ſalubrem accedere & purgare ſeu erudire. Dicitur autem mens principans cum ſit ſupremum in homine, propter quod dominatur ac præcipit cæteris viribus animæ. Quæ etiam mens appellatur, princeps pontifex cum ſit principalis vis animæ rationabiles ſpiritaleſque hoſtias D E O offerens, vtpote orationem feruentem, dulcem deuotionem, laudem, honorem, & gloriam & ſuijpſius abnegationem deo gratiſſimam. [Vt vnus eorum qui acceperunt nomen theologiæ,] hoc eſt, ſecundum qui vnus theologorum ait[ſanctus & ſupercœleſtis ignis peregrinans] id eſt, ſpiritus ſanctus corde hominum aliquando viſitans interdum relinquens[inflammat illos propter defle ctibile purgationis] hoc eſt, eos qui frequentius viſitantur in corde accendit & igne amoris culpam quam habent conſumit & aufert, quia adhuc aliquid purgabile ac deflectibile eſt in eis. [Iſtos vero]qui viſitant cor[rurſus illuminat propter menſuram perfectionis] id eſt, quoniam ſua profectione qua & alios viſitant & expurgant & ſpiritales hoſtias immolant promeruerunt ſic iterum illuſtrari à domino. [Nimirum quoniam idem videlicet ſpiritus ſanctus]nominatur ignis conſumens, iuxta illud deus noſter ignis conſumens

Margin: Deuter. 4. (beside "ſtias immolant promeruerunt…").

ſumens eſt[& lux illuminans. Vnde & quidam exeuntes ab oratione,exeũt quaſi à cami D
no ignis]videlicet,validiſſime inflammati[ſentientes in ſe alleuiationem ſordis & fecis]
id eſt,reuelationem & purgationem à culpa & carnalitate [alij vero exeunt tanquam il=
luminati à lumine copioſiſſimo induti diploide hũilitatis & exultationis]hoc eſt,profun
diſſima humiliatione vt abundanti lætitia eos ſpiritualiter veſtiente,orante,& operien
te inſtar diploidis.[Qui autem egrediuntur ab oratione præter iſtas duas operationes]
ita qui nec inflammati ſunt, neq; illuminati [orant non ſpiritualiter, ſed corporaliter,vt
nõ dicam,quod orent Iudaice]id eſt,infideliter,vel cum reproba vita,propter quod, nec
ſuccendi,nec illuminari merentur.[Si]pro quia [corpus corpori copulatum alienatur ab
operatione]id eſt,ſic alteratur ab alio corpore quod impeditur à propria operatione, vt
patet de igne & aqua quæ caleſit igne,& de magnete & ferro [quomodo nõ alienabitur
qui manibus innocentibus ingerit ſe corpori dei?]hoc eſt,q corpus Chriſti in ſacramen=
to digne conficit,tractat & ſumit,quaſi dicat: Talis vtiq; vehemẽtiſſime alienatur à cor=
pore Chriſti,ita qui concupiſcentias carnales,& opera ſordida abijcit, & ſpiritualis effi=
citur ac Chriſto per virtutum imitationem aliqualiter conformatur ſurſumq; trahitur,
quemadmodum ferrum à magnete. [Iuxta ſimilitudinem regis terreni contingit videre
noſtrum regem ſemper bonum & ſuperbonum] hoc eſt, conſiderare poſſumus qui rex E
noſter cœleſtis ita ſe habet ad ſuos miniſtros,quẽadmodum rex terrenus ad ſuos.[Nam
rex terrenus elargitur dona ſua ſuis militibus quandoq; per ſeipſum immediate, quan=
doq; per amicum ſibi familiarem,quandoq; per ſeruum,interdum vero incognitę]id eſt
ſecreto,Sic facit & deus. Nam virtutes & dona ſpiritus ſancti per ſe immediate largitur
hominibus,quia creando ea infundit,aliqua vero donat per angelos,quædam per beatiſ
ſimam virginem & per ſanctos apoſtolos ac cæteros ciues cœleſtes,aliqua quoq; dat per
homines.[Hæc autem ſecundum tunicam humilitatis præexiſtentis in nobis]hoc eſt,de
us tam diuerſimode dona ſua largitur hominibus,ſecundum q̃d videt eos magis aut mi
nus veſtitos ac decoratos humilitate per quã aptantur ad diuinorum ſuſceptionem cha=
riſmatum.[Quemadmodum abominabilis eſt regi terreno qui ei aſſiſtit,& vultum pro
prium à rege auertit,& inimicus eius colloquitur]ex amicitia & fauore ad eos[ita abomi
nabilis eſt deo qui ei in oratione aſſiſtit,& immundas cogitationes ſuſcipit,] immoran=
do aut conſentiendo eiſdem,vel cum propoſito eas admittit ſiue aſſumit. [Attendamus
& formidemus iugiter verbum hoc & emendemus nos fortiter. Aduenientem canem ar
matura perſequere] id eſt,dæmoni ad tentandum te accedenti per arma virtutum reſiſte
[& quoties congreditur,] te impugnans, [ne cedas ei. Pete adiutorium dei, per luctum
quære per obedientiam,pulſa ianuam pietatis diuinæ per longanimitatem. Ita enim pe=
tens accipit,& quærens ſic,inuenit,& pulſanti taliter aperietur. Cuſtodi te,ne forte in o=
ratione tua ores indifferenter] hoc eſt, inconſiderate,pro fœmina conſiderando eam vt F
fœminam,vel cum tali proprietate aut actione ipſius quæ faciliter ad concupiſcentiam in
citat,aut indecentem cogitationem adducit[neforte à dextris depredationem ſuſtineas]
id eſt,ne occaſione operis boni cito lædaris. Orandum eſt ergo pro fœmina conſideran
do eam vt hominem ſeu quandam perſonam.[Ne velis corporales actiones in oratione
particulariter confiteri]hoc eſt,dum orans deum pro remiſſione culparum tuarum, non
recites ore,nec corde reuoluas in particulari, & cũm circumſtantijs ſingularibus corpo=
ralia vitia quæ egiſti[vt non fias ſpontanee tibi ipſi inſidiator.] Quaſi dicat: Si egeris il=
lud ingerens cordi tuo diſtractiones periculoſas imaginationesq; fœdas,ex quibus faci=
liter ſequerentur ſtimuli carnis, niſi curſorie fieret recordatio talis. [Tempus orationis
tuæ non fiat tibi hora prouiſionum viſitationumq; neceſſariarum atq; ſpiritualium ne=
gotiorum]hoc eſt,eo tempore quo orare teneris aut debes, vel quando actualiter oras,
non admittas cogitationes aut curas de prouiſionibus pro neceſſarijs vitæ præſentis,ne=
que de viſitationibus hominum,immo nec de negotijs exterioribus ſpiritualibus,quan=
tomagis vitanda eſt in oratiõe,cura & cogitatio inutilium & rerum illicitarum. [Si quo
minus] id eſt,ſi ita non feceris, [ſuſtinebis furtum, melioris & vtilioris, ] hoc eſt, fructu
orationis priuaberis,qui fructus præeminet bonis illis præfatis. [Qui inceſſanter tenet
orationis baculum non offendet] id eſt, qui orationi quaſi baculo ſemper innititur non
peccabit,quia inquantum hoc facit,non peccat. [Quod ſi contigerit] eum offendere,
[non tamen cadet in finem,] id eſt, non perſeuerabit in vitijs, quoniam aſſiduis præci=
bus



A bus ſuis obtinebit gratiam creatoris & pœnitebit.[Oratio enim eſt pia tyrannis dei]hoc
eſt,oratio videtur deum quaſi violentare ad exaudiẽdum & extorquendũ ab eo ꝙ petit
ſi tamen vſq; ad finem opportune & importune continuetur. [Argumentemur & con=
ſideremus vtilitatem orationis ex dæmoniacis impedimentis quæ accidunt fratribus,in
tempore collectarum ſiue horarum. ] Cum enim dæmones tam inceſſabiliter ſtudeant
corda fratrum à deuotione impedire,quando in eccleſia congregantur,vel horas perſol=
uunt,conſtat quod ineffabilis ſit deuotarum orationum vtilitas [fructum vero eiuſdem
orationis penſemus ex inimici victoria]id eſt,ex hoc quod per eam præualeamus diabo
lo & peccatis. [In hoc enim cognoui quoniam voluiſti me, quoniam non gaudebit ini= Pſalm. 40
micus meus ſuper me,in tempore prælij Pſalmiſta ait: Clamaui in toto corde meo, hoc
eſt in oratione anima & ſpiritu,] id eſt, in oratione clamaui te inuocando viribus meis
ſuperioribus ac inferioribus ſeu intellectiuis ac ſenſitiuis inquantum pars ſenſitiua,& ca
ro rationi obediunt,& cooperantur.[Vbi enim ſunt duo vltimi] ſcilicet, anima & ſpiri=
tus[congregati]ita quod inferiores & ſuperiores vires inuicem concordant in bonis[ibi
eſt deus in medio eorum] per gratiam quæ facit talẽ concordiam.[Omnia omnium nõ
ſunt ſimilia,neq; quæ ſecundum corpus ſunt,neque quæ ſecundum ſpiritum.].i. Homi=
nes non habent per omnia eadem ſiue æqualia dona, corporalia aut ſpiritualia, pro=
B pter quod ait Apoſtolus: Vnuſquiſq; donum ſuum habet à deo. Immo,tam in donis na 1.Cor.7
turæ,quàm in gratiæ ac fortunæ magna extat diuerſitas, & vnus homo alio aptior eſt
ad virtutes ex naturali diſpoſitione. Vnus quoq; aptior eſt ad hãc virtutem, alter ad illã.
[Nempe quibuſdam quoq; in pſalmodia coaduenit abbreuiatum & velox, quibuſdam
autem rarum & tardum] hoc eſt,aliquos in decantatione pſalmorum accidit frequenter
ſeu breuiter,itemq; velociter,ſeu faciliter illuminari cõpungi & eleuari ad dñm. Alijs au=
tem contingit eleuatio,compunctio,ſeu illuminatio,iſta raro ac tarde. Ex quo patet do=
norum diuerſitas in ipſis pſallentibus. [Illi quidem] quibus videlicet contingunt hæc ſę
pe ac facile,[Dicunt ſe pugnare contra captiuationem] id eſt,euagationem,ne deuotio=
nem cito & inopinate contemptam mente abducta faciliter perdant. [Iſti vero] quibus
hæc raro contingunt [dicunt ſe pugnare contra indiſciplinabilitatem,] .i. indecentiam
morum,ne,ſcilicet ex deuotionis carentia.i.difficultate pertingendi ad eam fiant indiſci
plinati,tædioſi & graues.[Si enim indeſinenter interpellaueris ad regem] id eſt, adiuto=
rium dei inuocaueris contra inimicos tuos [quãdo veniunt contra te]ad tentandum te,
[confide in domino. Non laborabis]ad expellendum eos à te[quoniam ipſi à ſeipſis] .i.
proprio motu,[diſcedent velociter à te. Immundi etenim dæmones non volunt te ſin=
gulis horis coronam].i.triumphum [accipere] & gloriam promereri[ex certamine]hoc
C eſt, ex victorioſa reſiſtentia,qua præualeres aut præuales contra eos per orationẽ,& per
alia quoq; remedia.[Nam & aufugient ab iſtis]id eſt,qui taliter contra eos armati ſunt,
[quaſi caſtigati].i.correpti [& flagellati ab igne] hoc eſt,feruore [orationis]ipſorum de
uotorum dei ſeruorum, quorum ignitæ orationes & amoroſæ affectiones vehementer
affligunt & incendunt dæmonia. [Omnem poſſide fortitudinem].i.perfectam mentis
conſtantiam habe [& deum habebis magiſtrum orationis tuæ]ita quod ipſe per ſuã vn=
ctionem te inſtruet qualiter debeas exorare.[Nam videre non eſt per verbum addiſcere]
hoc eſt,quod clare quis videt,non addiſcit ab alio,ſicut qui videt parietẽ eſſe album.[Na
turæ enim ineſt & cohæret].i.vis viſiua ſeu operatio eius, puta videre naturaliter compe
tit homini. [Neq; eſt orationis pulchritudinem addiſcere per doctrinam alterius,] hoc
eſt,vnus homo aliũ non poteſt docere puritatem, efficatiam ac perfectionem orationis,
niſi & ipſe qui informatur experientiam habeat eorum quæ audit. [Ipſa enim] oratio [à
ſeipſa]id eſt,ex ſua natura[deum habet magiſtrum.]Veruntamen quamuis deus ſit prin
cipalis atq; perfectus magiſter orationis,attamen vir exercitatus ac virtuoſus poteſt im=
perfectum diſpoſitiue & aliqualiter informare quid ſit ſyncera & pulchra oratio,& qua
liter poſſit ad eam pertingere deo auxiliante. [Qui docet hominem ſcientiam & dat ora
tionem oranti.] Nam ſupplicandi præſtat affectum & aſpirando præuenit vota noſtra.
[Inſuper & benedicit annos iuſtoꝝ].i. ipſos iuſtos benedicit in annis quibus hic viuunt
infundendo eis dona gratiæ ſuæ & multiplicando ea in ipſis, Amen.

¶De terreno cœlo impaſſibilitatis imitatiuæ dei & perfectionis,reſurrectioniſq;
animæ ante communem reſurrectionem. Gradus XXIX.

ECce nos qui poſiti ſumus in loco profundiſſimæ ignorantiæ & vitijs tenebroſis & D
in vmbra mortis corporis incipimus de cætero ex quadam audatia philoſophari,]
.i. tractare & loqui [de cœlo terreno.] Quid autem ſit cœlum terrenum infra in iſto dice
tur articulo [firmamentum quippe habet pulchritudinem ſtellas.] hoc eſt, ipſas ſtellas
habet pro ornamento. [Impaſſibilitas vero] .i. immunitas & inuulnerabilitas mentis à
paſſionibus, vtpote plena reformatio animæ ab inordinatis motibus paſſionum [habet
ornatũ] videlicet [ipſas virtutes.] Immo virtutes animi purgati, ſeu virtutes ſecundũ eſſe
cõpletum & ſtatum perfectũ, ſunt ornamenta animę taliter reformatæ. [Ego apprehen
di nil aliud eſſe impaſſibilitatem quàm cordale cœlum mentis,] id eſt, intimam animæ
tranquillitatem pacem & imperturbabilitatem, ſeu ipſam mentem plenarie reformatam
& tranquillatam, quod cœlum eſt [cogitans & arbitrans de cætero aſtucias dæmonum
quaſi ludos] hoc ergo eſt cœlum terrenum, cor humanũ tam impaſſionabile & tam tran
quillum effectum, ita quod ſicut impreſſionis methereologicæ & peregrinæ quæ fiunt in
aere, attingere nequeunt cœleſtia corpora nec fieri poſſunt in eis, ſic motus ſenſualitatis
& impetus paſſionum qui ſolẽt in ſenſitiua animæ parte oriri, mentem reformatam non
valent inquietare nec maculare. [Propriæ ergo eſt & eſſe cognoſcit impaſſibilis qui car-
nem incorruptibilem fecit]. i. proprium corpus tam plene redegit in animæ ſeruiturem, E
& rationi ſic ſubdidit, quod concupiſcentijs & motibus carnalium vitiorum corrumpi
non poteſt. [Mentem autem à creatura ſurſum exaltauit] id eſt, in deum fixit cõtemplan
do ac diligendo tam intenſe, vt omnem creaturam tranſcendat paruipendat aut obliui-
ſcatur [ſubijcens menti omnes ſenſus] non vtendo ſenſibus, niſi iuxta rationis cenſuram
[& animam ſuam exhibens præſentem vultui dei ſuperextendit eam ad deum in ſempi-
ternum ſupra ſuam virtutem] id eſt, vltra ſuam naturalem potentiam, quia per ſuperna-
turalem virtutem gratiæ contẽplationis, ita ſe eleuat & infigit altiſſimo [Deniq; quidam
dixerunt impaſſibilitatem eſſe reſurrectionem animæ ante reſurrectionem corporis] q̃d
verum eſt intelligendo per animæ reſurrectionem, reformationem, & inuulnerabilitatẽ
præfatam. [Alij vero dixerunt impaſſibilitatem eſſe perfectam dei cognitionem ſecun-
dam ab angelis] id eſt, poſt angelorum cognitionem immediate ſequentẽ, ita quod im-
paſſibilitas iſta eſt perfectiſſima cognitio, quæ haberi poteſt de deo in vita præſenti, quę
cognitio ſicut inferior eſt cognitione beatifica quam angeli habent de deo, ita eam mox
ſequitur in ordine perfectionis. Cum ergo cognitio iſta reformationem plenariam præ-
ſupponat, includat, & finis ipſius exiſtat, impaſſibilitas dici poteſt. [Iſta ergo] impaſſibili
tas [eſt perfecta perfectio imperfectorum] vtpote viatorum qui quantumcunq; in hac vi
ta perfecti dicantur, tamen imperfecti ſunt non ſolum comparatione incircũſcriptibilis
dei, ſed etiam omnium ciuium ſupernorum [ſecundum q̃ quidam factus guſtator ipſius
impaſſibilitatis mihi narrauit. Quando poſt relictionem portus cœleſtis] id eſt, cœno- F
bij, quod dicitur portus cœleſtis in quo à naufragijs & tumultibus mundi quieſcit. Quan
do ergo relicto hoc portu per ingreſſum ad ſolitariam & heremiticam vitam [mens de
cætero eſt ſanctificata, & à materijs] vtpote ſenſibilibus om̃ibus [ſurſum rapta tunc con
templatio effert & ſuperextollit ipſam mente factam extaticam plurimũ]. i. valde [vitæ
quæ eſt in carne] ita quod mens extra ſe in deum translata per raptum, non percipit ſe eſ
ſe in carne, nec ſentit vitam carnalem, tunc inquam, contemplatio effert & eleuat eam,
ſuper cœlum] ita quod contemplando vnitur extatice creatori cœlorum. [De quo pul-
chre ait in quodam loco, qui expertus hæc fuit. Qm̃ dij fortes terræ vehementer eleuati
Pſalm.40 ſunt] per contemplationem. Talem fuiſſe cognouimus Aegyptium]. i. quẽdã patrũ Ae-
gypti [qui qñ cum aliquibus orabat ſupermultum]. i. valde multum [manus ſuas in ora-
tione extentas non relaxabat] quia vc; diu manſit in raptu, legitur aũt in vitaſpatrum
de beatiſſimo abbate Syſoy quod qñ manus in oratione extendit cum alijs mox eas retra
traxit ne raperetur. [Eſt impaſſibilis, & eſt impaſſibilis, impaſſibili impaſſibilior] hoc eſt
in impaſſibilitate ſunt gradus, ſicut in ſanctitate & perfectione. Non enim omnes ſancti
ſunt æque ſancti. Vnus ergo impaſſibilis eſt perfectior alio in impaſſibilitate. [Etenim il-
le fortiter odit maligna]. i. impaſſibilis nõdum de numero perfectorum impaſſibilium
factus toto corde vitia deteſtatur. [Hic autem] qui eſt impaſſibili impaſſibilior vtpote,
vnus perfectorum exiſtens [inſatiabiliter & irreplebiliter diteſcit virtutibus] quia quan-
to eſt feruentior, tanto plus auget ſuã perfectionem, & quanto plus facit hoc, tanto plus
appetit



A appetit eam augere. [Et caſtitas dicitur impaſſibilitas, & conuenienter quoniam prohœ-
mium eſt communis reſurrectionis] hoc eſt, inchoatio quædam reſurrectionis futuræ [&
incorruptibilitatis corruptibilium]. i. mortalium hominum. Per caſtitatem nanq; cor-
pus incorruptibilitatem quandam ſortitur ſicut iam dictum eſt, & corporibus glorifica
tis aliqualiter aſſimilatur, quandam puritatem, ſpiritualitatem, & agilitatem participan-
do. [Impaſſibilitatem oſtendit qui dicit ſenſum Chriſti poſſideo,] id eſt, Paulus qui ait:
Nos autem ſenſum Chriſti habemus, oſtendit ſe impaſſibilitatẽ hanc eſſe adeptum. [Im- 1.Cor.2
paſſibilitatem oſtendit Aegyptius qui dicit ſe dominum non timere.] Iſte fuit abbas An
thonius, qui aliquando fiducialiter dixit. Ego iam non timeo deum, ſed diligo. [Impaſſi-
bilitatem oſtendit qui econtra orat paſſiones conuertere retro] hoc eſt, qui exorauit vt
paſſiones conuerterentur poſt eum, ita vt impugnaretur quatenus materiam triumphan
di haberet. Quis ante futuram claritatem quæ erit in regno cœlorum efficitur dignus im
paſſibilitate ſicut Syrus ille?] videlicet ſanctus Effrem? Quaſi dicat: Valde pauci ad tan
tam impaſſibilitatem pertingunt, vt ille. [Nam Dauid inter prophetas famoſus dixit ad Pſalm.38
dominum: Remitte mihi vt refrigerer. Iſte vero cantor]. i. laudator dei, videlicet Syrus
præfatus [locutus eſt deo, Remitte] id eſt, contine, ſuſpende ſeu minue [vndas gratiæ tuę]
Quaſi dicat. Sanctam gratiæ exuberantiam mihi infundis, q̃ ſuſtinere nõ valeo. Ex iſto
B tamen concludi non debet, nec conſequens eſt quod Effrem iſte fuerit maior quam Da
uid, qui in perſonis diuerſorum locutus eſt. [Impaſſibilitatem habet animam quę ita qua
lificatur virtutibus, ſicut vitioſi concupiſcentijs] hoc eſt, quæ tam copioſe impletur ſpiri-
tualibus affectionibus, quam copioſe aliquis libidinoſis impletur affectibus carnalibus.
[Si] pro quia [iſta eſt terminatio] id eſt, plenitudo & conſummatio [gulæ, q̃ quis ſeipſum
violentat ad gulam cum non appetit] hoc eſt, vehementer & impetuoſe incitat ſe ad ap-
petendum accipiendumq; alimenta dum ſaturatus eſt. [Hæc erit penitus determinatio]
id eſt, ratio & perfectio [abſtinentiæ quod quis famelicus atq; eſuriens cõtineat ſe à ſum
ptione cibi vſq; ad tempus natura exiſtente innocua] hoc eſt, ita id faciat cum diſcretio-
ne, vt naturam non lædat periculoſe. [Si iſta eſt definitio luxuriæ etiam ſuper brutis & in
animatis vexari inſania, hæc eſt definitio] id eſt, ratio & completio [caſtitatis quod ſen-
ſus & etiam appetitiuæ potentiæ afficiantur in omnibus tanquam ſuper inanimatis & in
ſenſibilibus] id eſt, non magis libidinoſe aut turpiter afficiantur circa ſua obiecta anima
ta carnalia, quam ſi obiecta illa eſſent prorſus inanimata, & omni ſenſu aut ſenſibilitate
carentia. [Si iſte eſt auariciæ terminus] hoc eſt, complementum [nunquam ceſſare à ſtu-
dio cumulandi & ſaciari nõ poſſe terrenis diuitijs, iſte erit terminus paupertatis, proprio
corpori non parcere in penuria neceſſariorum, ſed ſeipſum odire & in neceſſarijs corpo-
ri de ſe penitus non curare] ſolicitudine carnali aut ſeculari, non tamen debet ſibi neceſ-
C ſaria omnino abſtrahere, aut non accipere ea, quia hoc eſſet ſeipſum occidere vel deum
tentare. [Si iſte eſt impatientiæ terminus, quod quis exiſtens in omni requie] ita q̃ nullã
ſuſtinet iniuriam ſiue moleſtiam [& tamen impatientia agitetur atque in nulla re patien
tiam ſeruet, iſte erit patientiæ terminus] id eſt, plenitudo & finalis perfectio, [quod in o-
mni tribulatione quis exiſtens arbitretur & reputet requiem ſe habere. Si iſtud eſt pela-
gus] id eſt, profundum & maximum flumen [iræ nemine irritante aut aſſiſtente, turbari
more ferarum, iſte erit portus longanimitatis] id eſt, quies & perfectio manſuetudinis,
[ipſo maledicente abſente & præſente, ſimiliter eſſe pacificum in ſeipſo & trãquillitatem
in omnibus immobiliter conſeruare. Si iſta eſt vanæ gloriæ altitudo, quod quis non de-
ſinat figurare & fingere opera vanæ gloriæ atque hypocriſis nemine aſſiſtente qui poſſit
laudare iſta erit ſpecies] id eſt, decor & complementum [priuationis] hoc eſt, extirpatio-
nis ſeu carentiæ vanæ gloriæ [quod mens aut intentio nunquam ſuſtineat furtum] id eſt
aliquod ſpiritale damnum [in præſentia & aduentu eorum qui laudant nos. Si iſta eſt ſpi
ritus damnantis ſuperbiæ in vili & contemptibili habitu à figura extolli] hoc eſt, de ipſa
figuratione ſeu forma monaſtici habitus ſuperbire [hoc erit ſignum ſalutaris humilita-
tis habere ſemper humile ſapere] id eſt, humiliter de ſe ſentire, [in altis commiſſionibus
& adniſibus atq; directionibus] hoc eſt, in præclaris officijs, ſtudijs, virtuoſiſq; actibus.
[Si iſtud eſt argumentum plenæ & omnimodæ vitioſitatis feſtinanter conſentire & ve-
lociter obedire, vniuerſis quæ dæmones ſeminant in cordibus noſtris, ego cognoui hãc
ſanctam munditiam & impaſſibilitatem dicere poſſe efficaciter & aperte. Declinantem à Pſalm.100

me malignum non cognoſcebam qualiter aut cur venit ad me, vel qualiter abijt,ſed ad D
talia praua totus inſenſibilis de cætero factus ſum,totusq́; deo vnitus exiſtens, cum ipſo
iugiter ero. Qui tali conſiſtentia] id eſt,tam virtuoſa diſpoſitione [dignus effectus eſt ita
quod eam veraciter habet[adhuc viuens in carne habet ſpiritum dei habitantem in ſe,&
gubernantem ſe in vniuerſis ſermonibus,operibus,intellectibus,intentionibus & delibe
rationibus ſuis. Vnde de cætero ſumit per illuminationẽ intrinſecus quaſi vocem quan=
dam diuini conſilij,& opitulationem beneplaciti eius] id eſt,in omnibus ſupernaturali=
ter dirigitur,edocetur & adiuuatur à deo,audiens quid loquatur in ſe dominus deus.[&
Pſalm. 41 altior factus omni humana doctrina]vtpote eruditus à ſpiritu ſancto,dicit:Quando ve
niam & apparebo ante faciem dei? Non enim amplius fero operationem & efficatiam
deſiderij & æternæ concupiſcentiæ] id eſt, diutius æquanimiter ſuſtinere non valeo im=
petum & feruorem ſpiritalis,ac connaturalis appetitionis,qua cupio plenarie reformari
ac deo vniri ac perfrui,[ſed quæro pulchritudinem illam immortalem,quàm mihi dedi=
ſti bene & pulchre ante lutum]hoc eſt,antequam huic carni lutoſæ cõiungerer. Quod ſi
intelligatur de pulchritudine increata,aut de pulchritudine gloriæ,quod ait: Quam de=
diſti mihi, exponendum eſt. Dare præordinaſti. Si autem intelligatur de naturali pul=
chritudine animæ,quæ ex vnione cum corpore aliqualiter maculatur,ſenſus eſt:quod il=
lam pulchritudinem dedit creator ipſi animæ ante lutum non tempore, quia anima cre= E
ando infunditur, ſed ordine naturæ. Quam pulchritudinem appetit vir perfectus in ſe
pleniſſime reformari per gloriam, quia tunc pleniſſime erimus ſimiles deo, cum videri=
1. Iohã. 3 mus eum ſicuti eſt. [Impaſſibilem oportet dicere multa,] id eſt, multa in ſcripturis con=
tenta & de viris perfectis prolata conueniunt impaſſibili & ab eo poſſunt proferri. [Vi=
2. Cor. 5 uit etenim iam non ipſe,viuit vero in ipſo C H R I S T V S, qui & bonum ago=
nem agonizauit] hoc eſt,ſalubre certamen certauit [curſum conſummauit & fidem ſer=
2. Timo. 4 uauit. Dyadema regis non conſiſtit ex vno lapide precioſo,ſed multę gemmæ conſiſtunt
in eo,ſic & ĩpaſſibilitas non perficit] id eſt,eam non habemus veraciter[ſi neglexerimus
vnam minimamq́; virtutem. Nimirum impaſſibilitam intelligere debes eſſe palacium re
gis noſtri qui eſt in cœlis. [Deus enim moratur in mente impaſſibilitatẽ habente, quaſi
in cœleſti palatio. [Multas vero mãſiones palatij huius intellige,habitationes quæ ſunt
intra ciuitatem eandem] id eſt, virtutum inhæſiones quæ ſunt impaſſibili anima,quæ a=
nima eſt ciuitas ſpiritalis,in qua eſt concors inhabitatio bonarum cogitationum & affe=
ctionum ſanctarum,virtutum, donorum, ac fructuum, tanquam ciuium pacificorum.
Iſaiæ 27 [Murum autem huius cœleſtis Hieruſalem] vtpote animæ talis cuius conuerſatio eſt in
cœlis[intellige remiſſionem culparum] per quam tanquam per murum fortiſſimum a=
nima contra omnia munitur ac defenſatur aduerſa,quia nulla nocebit aduerſitas,ſi nul= F
la dominetur iniquitas. Hic quoq; eſt omnis fructus vt auferatur peccatum. [Curramus
o fratres curramus] id eſt, per cordis feruorem & operum promptitudinem feſtinemus
ad patriam,[vt intra palatium participemus ad ſponſi introitum]hoc eſt,vt intra præfa=
tam impaſſibilitatem Chriſto iungamur occurramusq́; ei, & participemus amplexum
ipſius. [Si vero præanticipamur]id eſt, præuenimur & capimur[aliquo vitio præaſſum=
ptionisve pondere proh dolor ex euentu, aut tempore,] hoc eſt, ex aliquo caſu ac=
cidentali aut temporis qualitate,ita quod ab impaſſibilitate deficimus, [præoccupemus
ſaltem aliquam manſionem circa regionem ſponſi,] hoc eſt, feſtinemus impaſſibilitati,
quæ eſt regio ſponſi approximare & ſaltem in ſtatu proficientium inueniri. [Si autem
fatigamur adhuc,& ſumus hæſitantes] atque remiſſi deficiendo à ſpiritali profectu.[fa=
tigamus omnino adminus fieri intra murum] hoc eſt, remiſſionem peccatorum accipe=
re & ſaltem in ſtatu ſalutis ac numero incipientium reperiri. [Quoniam qui ante finem
vitæ ſuæ ingreſſus non fuerit intra illum,] videlicet, murum præfatum, qui eſt remiſſio
peccatorum,[magis vero tranſgreſſus] id eſt, potius dico quod qui non fuerit progreſ=
ſus vltra murum iſtum per ſpatium aliquod,quia non ſufficit malum non facere, ſed o=
portet & bona peragere. Siquidem omnis arbor quæ non facit fructum bonum excide
Lucæ 3 tur,[commorabitur in ſolitudine,] id eſt, ſterilitate & derelictione vitiorum ac dæmo=
num. [Propterea quidam orabat: In deo meo tranſgrediar murum. Et alter] videlicet
Pſal. 17 Iſaias, [dicit quaſi ex D E I perſona. None peccata veſtra ſunt quæ diuiſerunt inter vos
Iſaiæ 59 & me? Diſſoluamus o amici medium maceriæ parietem,] id eſt, pœnitendo tollamus
malam



A malam ſtructuram qua diſtamus à deo[quem] parietem[per inobedientiam male ædi=
ficauimus. Accipiamus]id eſt,per pœnitentiam acquiramus, [ſolutionem debiti inde,]
hoc eſt,remiſſionem peccati[quoniam non eſt in inferno qui poſſit ſanare aut dimittere
debita. Vacemus ergo fratres & ſtudeamus,] .i. deo ſimus intenti,& à malis ceſſemus,
atque virtutibus inſiſtamus[quoniam omnes ſic vacantes & ſtudentes,vſq; in finem de
ſcripti ſumus in libro vitæ. Non eſt lapſum,non eſt tempus, non eſt omnis quandoque
cauſare querelis]hoc eſt,excuſare nequaquam nos poſſumus,nec culpam noſtram impu
tare impoſſibilitati,neceſſitati,difficultati,aut tempori.[Quotquot enim receperunt do= Iohan. 1
minum per lauachrum regeneratiõis,dedit eis poteſtatem filios dei fieri,dicens: Vacate Pſalm. 45
& videte & cognoſcite, quoniã ego ſum deus. Impaſſibilitas quoq; eſt libertas à vitijs]
idcirco impaſſibilitas iſta poſſibilis eſt,quia à ſeruitute vitiorum liberi eſſe valemus.[Ipſi Pſalm. 112
gloria in ſecula, Amen.] Aeterna etenim gloria datur impaſſibilitati pro præmio.[Suſci
tat quidem beata impaſſibilitas inopem mentem à terra & à ſtercore vitiorum, & à cor=
dis munditia erigit pauperem. Superlaudabilis vero charitas] quæ dicitur ſuperlaudabi=
lis,quia præ cæteris virtutibus extat laudabilis[hæc collocat pauperem ſpiritum,]videli=
cet humilem[cum principibus populi domini] hoc eſt,cum præcipuis hominum electo=
rum in cœlo[& facit cum ſedere cum principibus angelis] id eſt,cum angelis ſanctis qui
B modo ſunt principes noſtri.

¶ De gradu triceſimo vtpote de communione, & coniunctione ac vinculo
virtuoſæ trinitatis in virtutibus,ſcilicet fidei, ſpei, & charitatis.
Articulus XL.

NVnc itaq; poſt omnia præinducta manent tria hęc perſtringẽtia atq; tenentia con
iunctionem omnium prædictorum, videlicet fides,ſpes,charitas. Maior autem in= 1. Cori. 13
ter hæc eſt charitas. Denique tres iſtæ virtutes dicuntur perſtringere & tenere omnium
coniunctionem. Nam cæterę vniuerſæ virtutes ac dona ordinantur ad eas, & vniuntur
in eis,atque in actibus ſuis informantur,viuificantur,ac diriguntur ab ipſis. Itaque ma= 1 Iohan. 4
ior horum eſt charitas,Deus enim nominatur quemadmodum ſcriptum eſt. Deus cha=
ritas eſt. Veruntamen nõ ſolum charitas increata quæ dicitur deus,eſt ſumma virtutum
ſed & charitas creata infuſa quæ eſt theologica virtus.[At ego primam]videlicet fidem,
[video eſſe radium.]Fides nanq; eſt radius primæ & increatæ veritatis intellectum illu=
minans ad aſſentiendum his quæ credi iubentur, atque ad cognoſcendum aliqualiter
ea. [Secundam autem,] videlicet ſpem, [video eſſe lumen] quo cor illuſtratur ad expe=
ctandum promiſſa diuina. [Tertiam vero] ſcilicet charitatem[video eſſe gyrum vel cy=
clum] quoniam ambit virtualiterq́; includit cunctas virtutes. [Omnia autem] tria hæc,
C vtpote tres iſtæ virtutes [ſunt vnus ſplendor & vna claritas] non quod ſint eſſentialiter
vnus ſplendor vnave claritas,quia realiter abinuicem diſtinguuntur, ſed quoniam in o=
mni actu virtuoſo meritorio pariter aliquo modo concurrunt. Nihil enim meritorium
eſt niſi ex charitate procedat. Iuſtus quoq; ex fide viuit. Impoſſibile eſt quoq; ſine ea pla= Roma. 1
cere deo. Et ſpe ſaluamur,& propter futuram beatitudinem cuncta aguntur. [Etenim Hebræ. 11
prima]ſcilicet, fides, [facere & condere omnia poteſt.] Omnia enim poſſibilia ſunt cre= Roma. 8
denti. [Secunda] id eſt, ſpes, [miſericordiam dei circumgirat & inconfuſam facit.] Ex Marci 9
quo ſequi videtur, quod etiam ſpes poſſit gyrus vocari. Immo vnaquæq; harum virtu=
tum dici poteſt,radius,lumen,ac gyrus. Sed ea quæ dicta ſunt per appropriationem intel
liguntur. Verum cum increata miſericordia dei ſit infinita quomodo ſpes poteſt eam cir
cumgyrare? Et reſpodendum quod metaphorice intelligendum ſit iſtud, ſicut & chari=
tas dicitur D E V M amplecti. Poteſt quoque per miſericordiam dei intelligi effe=
ctus pietatis diuinæ,quem ſpes intra ſe ſuſcipit. [Tertia autem] videlicet, charitas, [nun=
quam excidit,nec currere deſiſtit neque de cætero ſinit quieſcere plagatum beata inſania]
id eſt, vulneratum amoris furore ſeu exceſſiuo feruore. Quæ omnia intelligenda ſunt,
non quaſi charitas ſemel habita non poſſit amitti, ſed quoniam charitas quantum in ſe
eſt, extat fortiſſima ſuperabilis atque idonea ad omnia iſta. [Volens loqui de charita=
te dei,loqui conatur de deo] cum deus ſit charitas increata & obiectum immediataque
cauſa charitatis creatæ. [Porro,de deo exequi narrationem ſermonibus]id eſt,diffuſe lo
qui de deo [eſt periculoſum ac dubium, Iuxta eum qui dixit, etiam veriſſima veriſſime
 de

quenter. Nec mirum, quoniam ſi contraria concupiſcentia plerunq; repulit eſcam,] hoc D
eſt, ſi deſiderium vnius cibi frequenter extinxit deſiderium cibi ei contrarij[exiſtimo gu-
ſtatorem incorruptibilium horum] donoꝝ, vcz contemplationum, conſolationum, in-
flammationumq; diuinarum[ſuper naturam factum,] .i. per tam præclara gratiæ dona
ſupernaturaliter eleuatum vltra communem hominum proprietatē,[non infirmari vel
lædi decætero in corpore per famem, ſitim, aut conſimilia indifferenter, vt contingere ſo-
let]hoc eſt, ſolito modo iuxta curſum naturæ, [quoniam corpus eius ſanctificatum eſt,
& quaſi incorruptibile factum per flammam caſtitatis reſcindentem,]id eſt, penitus au-
ferentem[concupiſcentiæ flammam. Arbitror autem, quia nec ipſum cibum corporalē,
quem ſumunt, decætero cum delectatione accipiunt. Nam aqua rigat ſubterraneā plan-
tæ radicem, horum vero animas nutrire & alere habet ignis cœleſtis,] videlicet ſpiritus
ſanctus & ardor amoris, & quoniam in huiuſcemodi ſpiritali refectione non mediocri-
ter delectantur, in corporali refectione affliguntur frequenter magis quàm delectentur.
[Augmentum timoris eſt initium charitatis.]Timor enim ſeruilis quanto plus creſcit,
tanto plus retrahit à peccato, & ita diſponit tenentem ad charitatis infuſionem. [Finis
vero & perfectio caſtitatis, theologiæ ſuppoſitio.]hoc eſt, caſtitas conſummata eſt fun-
damentum theologicæ pertractationis & inquiſitionis ac ſtudij diuinorum. Qui enim
à carnalibus affectionibus prorſus mundati ſunt, ad theologicam hanc occupationem E
ac ſapientiam myſticam ſunt aptati. Quem enim docebit dominus ſcientiam, & quem
intelligere faciet auditum, niſi ablactatos à lacte, auulſos ab vbere? [Qui ſenſus ſuos]in-
teriores, intellectuales, omnem ſcilicet ſuam notitiam intellectiuam, [vnit deo perfecte
ſermones eius de ſurſum lati ab eo,] id eſt, verba quæ dicit aut ſcribit ex diuina inſpira-
tione concepta & prolata [ab ipſo myſtice docentur].i. ſpiritaliter exponunt, & occultā
includunt ſcientiam. [His enim non coaptatis & cognitis deo,].i. q̃diu interiores & in-
tellectuales ſenſus non fuerint deo applicati, atq; per approbationem ab eo cogniti [du-
rum & periculoſum eſt homini de deo aſſerere & ſermocinari.]Peccatori enim dixit de-
us: Quare tu enarras iuſtitias meas? [Verbum vnius ſubſtantiæ cum patre perficit caſti-
tatem] hoc eſt, verbum æternum deo patri conſubſtantiale dat caſtitatis perfectionem]
[aduentu ſuo mortificans mortem] .i. mortiferam concupiſcentiam penitus auferēs per
ſuam glorioſiſſimam viſitationem [Hac autem morte mortificata diſcipulus theologiæ
illuminatur]id eſt, is qui loquitur, tractat ac ſtudet ſcripturas & ea quæ dei ſunt, deſuper
vngitur, irradiatur & edocetur, ita quod eo ſpiritu ſcripturas intelligit, quo ſunt ſcriptæ.
[Verbum enim domini ex domino]id eſt, verbum patris natum ex patre[caſtum perma
net in ſecula ſeculorum,] Vel verbum domini ex domino caſtum permanens, eſt ſacra
ſcriptura diuinitus inſpirata, immobiliter permanens vera. [Qui enim deum nō cogno-
ſcit] fide formata & ſalutari ſcientia[coniecturando de eo loquitur, quæ non nouit]hoc F
eſt, ſine ſapore interno & certitudinali illuminatione, quæ habetur per dona ſpiritus ſan-
cti. [Caſtitas diſcipulum facit theologum,]quia diſponit mentem ipſius ad præclaras il-
luſtrationes ſpiritus ſancti, diſcipulum inquam [aſſererentem & firmantem dogmata
Trinitatis,]trium videlicet diuinarum perſonarum, quæ tres perſonæ ſuperdigniſſimæ
ſunt ipſa Trinitas ſupergloriosa. Itaq; documenta catholica ad hanc ſuperbenedictam
Trinitatem pertinentia aſſerit & affirmat diſcipulus theologiæ [per ipſum]theologum,
id eſt, per ſeipſum, ſeu proprio ore, inquantum theologus eſt. [Qui diligit dominum,
prædilexit & fratrem ſuum,] id eſt, proximum diligit plus quàm exteriora bona terre-
na, imo plus quàm proprium corpus, [Oſtenſio enim prioris eſt ſecundum,]hoc eſt, cha-
ritas proximi eſt ſignum charitatis dei. Qui enim proximum diligit detrahentem nun-
quam ſuſtinebit, ſed magis fugiet ab eo quaſi ab igne. Attendamus & impleamus hoc
ſaluberrimum documentum, ne detrahentem audiendo aut ſuſtinendo, inuoluamur
tranſgreſſioni & damnationi ipſius. Vnde & Salomon in ſuis Prouerbijs dixit: Ventus
Proue. 25 aquilo diſſipat nubes, & facies triſtis linguam detrahentem. [Qui iraſcitur fratri ſuo]lo-
quendo de ira per vitium [& dicit ſe deum diligere, ſimilis eſt ei qui currit in ſomnis,] id
eſt, à ſeipſo decipitur, & vana inutiliq; æſtimatione illuditur. [Spes eſt imperium caſtita-
tis.]Expectatio enim æternæ felicitatis incitat hominem, vt corpus ſuum ab omni vo-
luptate refrenet, & caſtum immaculatūq; cuſtodiat. Ideo ſubditur[quia per hanc]ſpem
expecta-



A [expectamus & ſuſcipimus mercedem & retributionem charitatis,] .i. æternæ iucundi-
tatis, quæ per charitatē principaliter obtinetur ac promeretur. [Spes eſt locupletatio in-
certarum & occultarum diuitiarum,] hoc eſt, Spes eſt virtus, per quam in præſenti vita
meremur exaudiri à deo, ac ſpiritalibus donis repleri ab eo, in futuro quoq; ſaluari. Quis
enim ſperauit in domino, & derelictus eſt? Deniq; ſpiritalia dona dicuntur incertæ &
occultæ diuitiæ, quia nō ſolum latent alios, ſed & ipſum habentem, quia ignorat homo
an habeat charitatem illam veram & bona gratiæ ei annexa. [Spes eſt theſaurus abſ-
que hæſitatione ante theſaurum,] id eſt, certa inchoatio & expectatio diuitiarum regni
cœleſtis, antequam diuitiæ illæ realiter poſſideantur. Nunc enim per ſpem & meritum
aliqualiter poſſidentur. [Spes eſt requies laborum]Qui enim in dei ſeruitute laborat ex
confidentia diuinæ remunerationis reſpirationem & relauamen ſortitur. [Ipſa porta eſt
charitatis]quia ad eius incrementum perducit, & eam accendit. [Spes deſperationem oc-
cidit, eſtq; imago bonorum abſentium,].i. virtus repræſentatiua eorum, quia ad eorum
intuitum mouet, atq; (vt tactum eſt) ſpes eſt inchoatio futurorum bonorum, quemad-
modum fides eſt ſubſtantia rerum ſperandarum. [Defectus ſpei eſt exterminatio chari-
tatis. Spei illuminatio eſt charitatis manifeſtatio.] Per hoc enim oſtenditur homo cha-
B ritatem habere, ꝙ illuminatā, id eſt, operibus decoratā, & ſapientiæ luce perfuſam ſpem
habet. [Spe ligantur dolores, ſuſpendūtur labores]quia ex ſpe infinitæ beatitudinis con
conferendæ dolor omnis vitæ huius mitigatur, & labor omnis quaſi pro nihilo reputa-
tur. [Spem gyrat & circundat miſericordia.]Circa principium huius capituli dictum eſt
ꝙ ſpes circumgyrat miſericordiam, nunc autem aſſeritur, ꝙ miſericordia gyrat & circū-
dat ſpem, ergo ſeinuicem complectuntur, & miſericordia dei vndiq; præuenit, ambit, ex-
auditq; ſpem. [Monachus bene ſperans]hoc eſt, ſpem ſuam condignis exornans operi-
bus[eſt occiſor acediæ, & triumphat de illa in gladio eius]hoc eſt, ex conſideratione pro-
prietatis & impugnationis acediæ eam vehementius deteſtatur & abijcit, & quo impor-
tunius impugnatur ab ea, eo feruentius atq; fiducialius reſiſtit eidem. [Experientia do-
norum dei ſpem parit.]Quanto enim quis experitur ſe copioſius diuinis chariſmatibus
adimpleri, eo plus ſpes eius augetur. [Qui enim inexpertus eſt]de donis & pijs viſitatio-
nibus creatoris[ſæpius fluctuat, nec eſt firmus in ſpe. [Furor ſpem ſoluit]id eſt, actū ſpei
tollit aut minuit[Spes quippe non confunditur].i. bono ſperato nō priuatur, nec à deo
contemnitur. [Vir autem furibundus eſt inhoneſtus,] quoniam ratio excæcatur in eo,
ideo fatue agit, & inſtar beſtiæ agitatur, nec tamen ſuam aduertit inſaniam. [Charitas
eſt miniſtratrix philoſophiæ]id eſt, procuratrix & adductrix ſapientiæ, quoniam illumi-
nationem dei meretur, quemadmodum in Eccleſiaſte ſcriptum eſt: Qui timetis dominū Eccl. 2
diligite illū, & illuminabunt corda vr̄a. [Charitas eſt exhibrix & operatrix prodigioꝝ]
C Viri nanq; in charitate perfecti faciliter obtinent ab omnipotente tempore opportuno
perpetrationem miraculorum. [Charitas eſt illuminationis abyſſus]id eſt, copioſiſſima
cauſa impetrandi illuminationem diuinam, & ipſamet charitas tenebras vitiorum ex-
pellit, atq; præ omni virtute mentem adornat. [Charitas fons ignis]hoc eſt ſpiritalis fer-
uoris[quantum furſum emanauerit].i. quanto plus creuerit & deo propinquauerit[tan-
to plus ſitientem inflammabit. Charitas eſt mater pacis]qm̄ facit voluntatē humanam
concordare cum deo & tranquillari in eo. Vnde ſcriptū eſt: Pax multa diligentibus legē Pſalm. 118
tuam [Eſt & q; fons ſapientiæ, & radix immortalitatis & gloriæ,]nam inter oēs virtutes
ipſa potiſſime promeretur hæc oīa, nec alicui virtuti competit promereri, niſi per charita
tem, quæ dr̄ forma, vita, & ꝟtex vniuerſaꝝ virtutū. [Charitas eſt ſtatio angeloꝝ]qa per
charitatē ſunt confirmati & collocati in deo[profectus ſeculoꝝ].i. oīm hoīm electorū,
quorū profectus ſcd̄m charitatē ſemper attendebat[Annūcia nobis ò charitas pulchra
in virtutibus].i. virtutū pulcherrima] vbi paſcas oues Chr̄i, q̄ charitate potiſſime reficiū-
tur]& hoc facit charitas in eccleſia militāte[vbi habitas in meridie].i. in tuo ſummo fer-
uore, q̄d maxime eſt in cordibus ſupernoꝝ ciuiū[Illumina nos, pota nos, deduc nos, ma-
nuduc nos, qa decetero iam volumus aſcēdere ad te, tu eīm dn̄aris vniuerſis].i. volūtates
oīm electoꝝ & virtuoſoꝝ ſubijcis tuæ inſpirationi ac deo[nunc vero aīam meā cordia-
liter vulneraſti, & flammā tuam continere].i. occultare nō poſſum [Laudans te quo
ibo? Tu dominaris poteſtati maris,].i. motibus cordis amari & inquieti iubes ac prædua
les,

les. Ideo ſubditur[motum aūt fluctuum].i.tumultuantium deſiderioꝶ & euagationum D eius[tu mitigas atq; mortificas. Tu humiliaſti ſicut vulneratum cogitationem ſuperbā] eam prorſus abijciendo. Charitas enim non inflatur,[in brachio virtutis tuæ diſperſiſti inimicos tuos].i.in eminentia potentiæ tuæ expuliſti aciem victorum,quæ omnia te intrante diffugiunt. Vel,inimici charitatis ſunt,oēs in mortali peccato exiſtentes. De quibus ſubiungitur:[Et ſine prælio & impugnatione facis tuos amatores.] Mox enim vt charitate eorum corda tanguntur,acquieſcunt atq; obtemperant ei. [Igitur aduenį docere].i.veni vt doceas nos,[qualiter Iacob contemplatus eſt te innixam & firmatam ſuper ſcalam. Precor ediſcere].i.mihi expone[amanti,quæ vere eſt ſpecies].i.decor & exiſtentia huius viæ[superni regreſſus:]hoc eſt,ſcalæ virtutum,per quam ad ſupernum paradiſum reditur. Ediſſere quoq; mihi [quis ſit modus & collecta conſtructionis & compoſitionis illoꝶ graduum,]hoc eſt, quæ ſit qualitas, diſpoſitio atq; connexio ſpiritalis ſtructuræ virtutum & virtuoſoꝶ profectuum[quos amator tuus diſpoſuit in corde ſuo] tanq̃ aſcenſus ſalubres,per quos ad deum deorum attingitur[Sitiui item cognoſcere,qs ſit numerus eorum]ſc; graduum prædictorum. Et ſicut iam patuit,triginta ſunt gradus iſti. [quantū vero vtiq; eſt tempus curſus,] hoc eſt,concupiui ſcire,infra quantū tempus poſſit quis ad ſummum gradum huius ſcalæ peruenire. Et conſtat ꝙ in hoc nō eſt regula generalis & certa, ſed quanto qs magis aptauerit ſe ad gratiam dei, & quanto glorioſius præuenitur à deo, eo cæteris paribus citius proficit & pertingit. [Quoniam qui didicit tuam luctam].i.qui per experientiam nouit ò charitas,qualiter homo debeat ſe exercitare in te & contra aduerſarios tuos [annunciauit manuductoribus viſionem,]id eſt, edocuit alios quod ipſe nouit, & qualiter intelligenda ſit myſtice viſio ſcalæ, cui innixa es,declarauit manuductoribus aliorum.i.prælatis,aut etiam his,qui per fidem & diſcretionem ſe dirigunt in aſcenſu virtutum ac graduum[ſed nil aliud q̃ viſionem hāc voluit illuminare].i.alijs declarare[magis aūt nō potuit plus q̃ hoc. Ipſa autem]charitas[vt arbitror,tanq̃ regina de cœlo apparens viſa eſt mihi hoc dicere propius,quæ in vnione ſpiritali colloquens animæ meæ dixit: O amator, niſi obliuiſcens obliuiſcaris hebetudinē & groſſitiem inſipientiæ].i.omnem carnalem,mundanam deceptoreamq; prudentiam, quæ inimica eſt deo,& ſtultitia coram eo[diſcere non vales, qualis eſt viſio mea & aſpectus].i.qualiter ſit intelligenda apparitio mea in ſcala Iacob[ſed ſcala te doceat ſpiritualem conſtructionem & compoſitionem].i.connexionem virtutū. Et de hoc in exordio libri huius facta eſt mentio. [Porro in vertice ſcalæ ego innixa ſum & firmata,ſecundū ꝙ magnus meus doctor] vc; Paulus[ait: Nunc aūt manent fides,ſpes,charitas,tria hęc,

1. Cori, 13 maior aūt horum eſt charitas.

¶ Exhortatio ad aſcenſum. F

ASCendite fratres,aſcendite prompte].i.expedite,& firmiter perficite,diſponētes in corde veſtro aſcenſiones,audientes dicentē,vc; Iſaiam: Venite,aſcēdamus ad montem dñi,& ad domum dei noſtri,qui perficit pedes noſtros tanq̃ ceruoꝶ, & ſtatuit nos ſuper excelſa,vt vincamus in via eius. Curramus precor cum illo q ait,puta cum Paulo dicente: Feſtinemus donec occurramus oēs in vnitate fidei & agnitionis filij dei, in virū perfectum, in menſurā ætatis plenitudinis Chriſti. Omnia verba hæc, ſunt ṽba ſcripturę canonicę,quæ ſuis locis expoſita ſunt,ideo breuitati ſtudens ea nunc nō expono. Itaq; taliter feſtinemus in occurſum Chriſti, qui baptizatus eſt cum eſſet triginta annoꝶ ætate viſibili.i. corporali,qui & in ſcala noſtra intellectuali ſupercollocatus eſt in gradu triceſimo,vtpote in gradu ſupremo,tanq̃ innixus ſcalæ,qm̄ charitas eſt deus,qui eſt Chriſtus Nam vnaquæq; diuina & increata perſona eſt eſſentialiter charitas ipſa æterna, quæ eſt diuina eſſentia, Interea ſiue charitas infuſa creata,ſiue charitas increata, vc; Chriſtus,dicatur ſcalæ innixus,redit in idem. Charitas nanq; eſt finis cæteraꝶ virtutū,aſcenſionū, ac graduum formaliter inhærens. Chriſtus aūt vt deus,eſt finis illaꝶ obiectalis, in q̃ ſalus conſiſtit,cui hymnus,imperium fortitudo: cui ineſt oīm bonoꝶ cauſalitas.i.potētia creatiua,cum ſit vniuerſoꝶ prima cauſa,ſicut in Apocalypſi teſtatur: Ego ſum α & ω,principium & finis, primus & nouiſſimus, qui & erat ante mundi conſtitutionem, & erit per infinita ſecula, Amen.

¶ Enarrationum D. Dionyſij Charthuſiani in libri Iohannis Climaci finis.